380

2

SANCTI THOMAE

DOCTORIS ANGELICI

In libris de generatione & corruptione Ariſtotelis claríſſima Expoſitio: Nuperrime recognita; innumeris caſtigata erroribus, ac proprio uultui reſtituta.

Cum duplici Textuum translatione, Antiqua ſcilicet, & Petri Alcyonii elegantiſsima nuperrime addita.

Index inſuper ordinatiſſimus omnium notatu dignorum, tam Philoſophi, quàm Sancti Thomæ, quæ hoc Libro contenta ſunt.

Græcarum quoq; dictionum, quas in hoc opere intactas reliquerat uetus interpres. Per clariſsimum & ſapientiſſimum uirum Orthographia & interpretatio lucidiſſima.



Venetiis apud Octauianum Scotum D. Amadei F.
M D X L I X.

EXCELLENTISSIMO ARTIVM ET MEDICINÆ DOCTORI

D. Marcantonio Ianuæ Patauo, Philoſophiam ordinariam in Pat. Gym. Pub. Profitenti. Frater Sixtus Medices Venetus, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac in Conuentu Sanctorum Ioannis & Pauli de Venetijs Regens. S. P. D.

QVEMADMODVM Scientiarum ſtudia, quanto cæteris induſtrię humanę exercitijs artibuſq; præſtant, Mi Excellentiſſime atq; Clariſſime Doctor, tantoq; ſtagiritæ Ariſtotelis doctrinam, tum ex miro inſtituendi ordine, cum etiam ex dictorum ſuorum firmiſſimis rationibus comprobatione, aliorum Philoſophorum traditiones antecellere, longeq; eminentius ſupereuolare, nemo eſt qui recte ambigere poſſit. Qua ex re, naturæ Angelus, ore rotundo, ab omnibus paſſim dicitur & prædicatur. Sic etiam in ſcientijs aut humanitus indagatis, aut diuinitus præſtitis, & ſi ꝗ plures digniſſimi profeſſores, & priſcis, & proximis temporibus extiterint: quis tamen poterit Diui Doctoris Thomę angelicam ſcientiam non libenter ſuſcipere? Mirificos eius labores non laudare? Stilum breuem, Gratam facundiam, Celſam, claram, firmam ſentẽtiam non commẽdare? Quis ingenium ſcientia deſuper conſperſum non admirari? Non Ipſum deniq; ſcientiæ Pelagus, Eccleſiæ lumen, omni reuerentia proſequi, Canoriſq; laudum concentibus non efferre? Ita enim in enodandis aperiendiſq; omnium diſciplinarum latebris, ac ænigmatibus, Angelicus Doc. planus eſt atq; clariſſimus: vt longe decentius illud Propertij, de Thoma Aquinate, ꝗ de Mantuano Marone cantari poſſit.

Cedite Romani ſcriptores, Cedite Graij.

Quæ autem Ariſtotelis explanando codices (vt cætera infinita pene intellectus ſui monumenta ſubticeam) conſcripſit: ita conſona ſunt, ita limpida & aperta, vt viſcera mentis, intima Philoſophi penetraſſe videatur, quocirca eſt vt inter alios Ariſtotelis interpretes, ſolus Thomas Expoſitoris nomen κατ᾽ ἐξοχὴν ſibi vendicauerit: illudq; Iam per ſcholas vulgatiſſimum dictitetur adagium, vbi tacuerit Thomas, Ariſtotelem mutum fuiſſe: adeo nihil intactum dimiſit, nihil non ad amuſſim elaboratum. Cum igitur in Patauino Gymnaſio vbi plures Iam annos ordinariam Philoſophiam publice ſciuſſime profiteris, Ego diu in tua Diuiq; Doc Thomę literaria palęſtra dimicauerim. Tertiumq; ante annum ex officio nihil iniuncto, Libros de generatione & corruptione Ariſt. cum D. Tho. Expoſitione, quibuſdam condiſcipulis interpretarer, offendi codicem illum: Dij boni. Adeo ſquallidum, lacerum, ineffigiatum, & incultum, vt ipſum legere deſperarem. Facies equidem aut pars nulla erat vbi innumeri non ebullirent errores, ac gregatim (vt aiunt) mendæ ante oculos quaſi expullularent. Non enim ſolum ſyllabæ deerãt: ſed verba tranſpoſita, & deficientia ꝗ plura peruerſe locabantur. Integris inſuper ſententijs truncatus erat. Accenſus attamen erga Diuum Præceptorem meũ pietate infinita pene in Libro hoc manentia vlcera, obducta cicatrice ita ſanaui, vt nunq; claudicaſſe cogitares, niſi & aliorum perlegiſſes caſtigationes. Igitur tum antiquioribus conferendo exemplaribus: tum etiam plura marte noſtro (vt dicitur) vigilanter aptando, figuraſq; aliquas non inutiles in ſecundo Libro collocando, quod potui perfeci. Sic tamen, vt ſi qui me forte audacia voluiſſent arguere: impietate tamen & incuria non poſſent. Idq; ſum interpretando aggreſſus, quaſi mihiipſi ſatisfaciens: non autem vt in lucem editurus. Verum accidit vt Liber ita caſtigatior neſcio quo pacto: ad manus Domini Octauiani Scoti, qui cum maxima functus eram conſuetudine, cuiuſq; ſudoribus debet plurimum ſtudioſa iuuentus peruenires. Quem poſtmodum, dum ego Romę eſſem, tipis cudendum: me profecto neſciente: curauit. Diligentiq; cura Domini Victoris Trincauelliæ artium & Medicinæ Doctoris eximij, Textum Domini Petri Alcyonij adiecit elegantiſſimum. Mihi vero ex Vrbe reuertenti fit obuius, excuſſum volumen porrigit, ſibi non iraſci, ac in fronte collocare indicem exorat. Non potui (fatebor enim) haud ſatis dolere, Librum meo ſub nomine, minus elimatum, minuſq; quam par eſt emũctum, In antiqua præſertim textum tranſlatione, prodiſſe in publicum. Verum cum tu, Mi ſingulare præſidium & dulce decus, in mentem veniſti, & animi ſerenitas, & mentis tranquillitas illico eſt ſubſequuta. Placuitq; Librum iam editum, ſub tui nominis tutela circumuolare. Cum enim tu vtranq; linguam, ſingulamque liberalium artium: inter cæteros mortalium: optime calleas. Philoſophiam vero in primis doctiſſime profitearis. Quam & in Pat. Gym. ſummo omnium Conuentu & admiratione Pub. ordinariæ legeris, Doctorem Angelicum ſuſcipis, defendis, celebras, veneraris, Ipſius quoque Expoſitionem hanc a me obſequentiſſimo auditore: quaſi ſeminum tuorum germina: tibi nuncupatam: ſicubi hallucinatus fuerim: reformandam ac defendendam hilari fronte ſuſcipies, Doctiſq; ſcholarium te ſtipantium cateruis, auctoritate tua perlegendam præſtabis. Ita enim benignitatem tuam a tui ipſius benignitate vinci perſpexero: ſi huius mei laboris præſidium ac munimẽ fore non dedignaberis. Te oro etiam atq; etiam, mi optime atq; colendiſſime Doctor, vt valeas, Tuumq; Sixtum Medicen, familiari (vt ſolebas) dilectione proſequaris. Venetijs Pridie Nonas Sextiles. M. D. XXX.

Pet. Ant. ſiculi Syracuſani Diſtichon.

Cura Thomam Sixti medicis perluſtrat, vt orbem
Phœbus, & ipſe Thomas luſtrat Ariſtotelem.

REPERTORIVM PVLCHERRIMVM, IN QVO LITERARIO ordine collocantur omnia quæ notatu digna tam Philoſophi quam S. Tho. in Libris de generatione & corruptione continentur, Nuper ſtudioſiſſime collectum

ACCIDENS idē numero an poſſit eſſe in genito & corrupto. Folio 13 lr̃a. L.
Act⁹ et potētia nō diuerſificāt ſpēm. 25. N
Ad pauca reſpicientes facile enuntiant. contra Platonicos. 5. A.
Aer quare dicatur modice ſenſibilis. 12. O.
Aer eſt magis humidus q̃ calidus. 34. M.
Agens & patiens debent eſſe genere eadem: ſpecie vero diuerſa. 21. M.
Agere & pati, mouere et moueri dupl̃r dicunt̃. 22. D.
Agens ſiue faciens dupliciter ſumitur. 19. N.
Alteratio ordinatur ad generationem ſicut ad finem: augumentum vero conſequenter ſe habet. 1. C.
Alteratio quonam pacto fiat. 14. I.
Alteratio, primo & per ſe eſt in tertia ſpecie qualitatis, in alijs vero ſpeciebus ſecundario. 12. L.
Allatio facit generationem actualiter, quia adducit et abducit generans, ideſt ſolem. 43. K.
Allatio circa obliquum circulum zodiaci eſt cauſa generationis & corruptionis. 44. A.
Quod in vno eſt accidēs, in alio nō pōt eſſe ſb̃a. 10. N.
Anaxagoras propriam vocem ignorauit in generationis principiorum poſitione. 1. O.
Antiquorum Philoſophorum, quidam generationē dicebant alterationem. alij vero aliud. 1. I.
Antiquorum opi. q̃ vnum elementum ex alio fieri non poterat, & quæ illorum ratio. 2. Q.
Antiqui attribuentes infinitū principijs, q̃ fuerint. 9. L.
Apud quoſdā Philoſophos quicquid videtur alicui verum eſt. contradictoriaq; ſimul vera aiebāt. 4. C.
Animata vere habent virtutem agendi & nutriendi: inanimata vero ſimilitudinariæ. 19. A.
Anima rationalis & ſenſitiua in homine non differūt realiter, ſed ſolum ſecundum rationem. 13. Q.
Aquæ pluuiales ſunt vaporoſæ & calidę: & niue deſcendente non eſt intenſio frigoris veluti in cæteris hiemis temporibus. 28. H.
Aqua humidior aere. 34. M.
Quod aqua & aer ſint in quolibet mixto. 41. K.
Aqua eſt omnium materia, ſecundū Thaletem. 43. F.
Artes & ſcientiæ dicuntur potentiæ & q̃uo. 43. A.
De atomis & eorū concurſu ſm̃ Leucippum. 23. Q.
Augumentū fit aliquo extrinſecus adueniente. 15. O.
Q̃uo id quod augumentatur mouetur localiter. 13. P
Quod augetur, ſm̃ quālibet partem augetur. 15. N.
Tria ſunt augumento neceſſario requiſita. 16. D.
Augumentum quodammodo eſt a ſimili, quodammodo autem a diſſimili. 18. A.

CALIDITAS nō eſt forma ſub̃alis ignis. 10. N.
Calidum: ſi ſeparatum erit: nihil patietur. 22. M.
Calidum patitur a calidiori quatenus eſt magis permixtum frigido. 25 B.
Calidum, quomodo diffiniatur. 32. H.
Calor & frigus non ſunt formæ ſubſtantiales ſed accidentia. 10. N.
Calidi natura eſt ſegregare, frigidi autem congregare. 43. H.
Calidū & frigidū actiua, humidū & ſiccū paſſiua. 32. I.
Caro & os duplex. 17. D.
Cauſa cōtinuę generationis ē materia & ſub̃m. 11. Q.
Cauſa materialis & efficiens nunquam coincidunt, in idem numero. 43. F.
Combinationes elementarium qualitatum poſſibiles ſunt ſolum quatuor. 33. N.
Combinationes impoſſibiles duæ. 33. O.
Comparatio inter elementa ſecūdum ſimilitudinem & ſecundum proportionem. 38. O.
Conſiderans genus aliquod, cauſas totius generis cōſiderare debet. 1 D.
Contrarietates ſm̃ tactum ſunt ſeptem. 32. E. H.
Contrarietates primo exiſtūt q̃tuor elementis. 12. B.
Contrariorum contraria eſt cauſa. 44. A.
Continuitas motus probatur. 43. N.
Corruptio vnius eſt gñatio alterius, & ecōtra. 9. M.
Corpus non poteſt reſolui in puncta, quia ex eis non componitur. 5. O
Corpora cœleſtia non habent eandem materiam cū iſtis inferioribus. 21. O.
Corpa viuentia mouēt ſe ipſa ſm̃ oēs motus. 18. Q.
Omne corpus ſenſibile eſt diuiſibile ſm̃ potētiā, non omne corpus ſenſibile eſt diuiſibile ſm̃ actum. 6. H
Cœlum ex elementis compoſitū poſuit Empe. 39. K.
Cœlum non eſt ſenſibile tactu; quia non habet in ſe ſenſibiles qualitates. 32. A.
Cur nigreſcunt quæ tanguntur a fumo. 35. Q.

DEMOCRITVS videtur de omnibus curam habere. 3 O.
Democriti conſequentia non valet, corpus eſt diuiſibile omnino. ergo eſt omnino diuiſum actu. 7. C.
Deficiente virtute nutritiua ſpēi, aīal deſtruitur. 19. G.
Deus, ideſt cœlum (teſte Ariſto.) dixit Empe. 39. E.
Differentiæ ſub̃ales p accñtales manifeſtantur. 10 O.
De differentia generationis & alterationis. 12. G.
Diui Tho. digreſſio contra ponentes plures formas ſubſtantiales in compoſito. 13. O.
Differentia inter mouens & faciens, nam mouere in plus ſe habet. 20. E.
Differentia inter mouens primum & vltimum. 22. E.
Dr̃ia inter Leu. & Pla. de pricipijs īdiuiſibilibus. 24. L.
Diuerſorum diuerſæ ſunt menſuræ. 44. P.
Diuerſi ſtatus uitę. ſ. pfectus uſq; ad ſtatū et alii. 44. Q.
Duæ Democriti rationes quod principia ſint corpora indiuiſibilia. 6. M.
Duo principia rerum ſcilicet ens & non ens, ſecundum Parmenidem. 2. E.
Duo corpa eſſe ſimul in eodē loco eſt impoſſe. 15. Q.
Duę cōditiōes q̃ regrunt̃ ad actionē & paſſionē. 26. H
Dubium pulchrum ſoluitur: cur ſcilicet elemēta non diſtent ab inuicem. 45. H.

ELEMENTA ſunt in mixto præter naturā. 28. C
Quomodo elementa veniant ad mixtionem, naturaliter ſcilicet an violenter. 28 D.
Q̃uo elm̃ta ſint i mixto ſm̃ Auic. Auer. & S. Th. 28. H
Cur elemēta dicant̃ ſenſibilia anthonomaſtice. 30. M.

Elementa quæ ſentimus non ſunt pura elemēta. 34. F.
Elementa adinuicem contrarietatem habent. 35. A.
Quodlibet elementum generatur ex quolibet. 35. A.
Ex duobus elementis ſumme contrarijs, tertium generari poteſt. 35. N.
Ex quibus elementis non generetur tertium. 36. C.
Elementa in generatione imitantur circularem motum cœli. 45. E.
Elementa non ſunt vbiq; pura, quia in partibus in quibus ſe contingunt ſunt permixta. 45. L.
Quomodo elementum contrariatur elemento, & ſubſtantiæ ſubſtantia. 41. M.
Ens aliquādo ſignificat quodam commune omnibus prædicamentis: aliquando autem primum prædicamentorum. ita ecōtrario ipſum nihil, ſiue nō ens. 8. E.
Ens & non ens quod ſentitur vel non ſentitur, ſecundum quoſdam, eorūq; opi. reprobatur. 11. B.
Q̄uo Empe. reducit elementa in duo contraria. 34. B.
Aequale tempus generationis & corruptionis eorum quæ ſecundum naturam. 44. L.
Eſſe, eſt ipſum diuinum quod omnes res naturales appetunt vt finem. 45. D.
Eſſe ſempiternū, & ex neceſſitate, conuertuntur. 47. C
Experientia rerum ſenſibilium, philoſophiæ Philoſophum conducit. 5. A.
Exempla cur inducantur, & qualiter accipi debeant; & quanti Philoſophus faciat ipſa. 10. E. &. 38. A.
Expreſſe Empedo. non poſuit corpora indiuiſibilia, ſed hoc ſequitur ad opinionem eius. 24. F.
Exiſtentium, id eſt ſenſibilium exercitatio pauca, Pla. fecit facile enuntiare, quia ad pauca reſpexit. 5. A.

FACILIVS inſpicimus ſingularia, quando de vniuerſalibus acceperimus prius. 42. C.
Faciens ſiue agens dupliciter ſumitur. 21. G.
Q̄n eſt ꝙ factū nō aſſimilatur agenti in forma. 16. D.
Sermo de facere & pati 21. A
Flamma non eſt ignis, ſed ignea. 34. F.
Flamma quid, & quomodo. 34. F.
Flamma eſt fumus ardens. 35. O.
Forma duplex, completa & non completa. 10. H
Forma ſubſtantialis non eſt ſenſu perceptibilis. 10. N.
Forma rationalis & ſenſitiua in homine non differunt realiter, ſed ſolum ſecundum rationem. 13. Q.
Superiora ſe habent vt forma ad inferiora. 42. G.
Frigiditas dr̄ priuatio, non quia ſit priuatio pura, ſed quia eſt qualitas deficiens reſpectu calidi 32. L.
Frigidi deſcriptio, & q̄uo dicatur eſſe actiuum. 32. I.
Fumus eſt ex aere & terra. 35. O.
Quare nigreſcant quæ a fumo tanguntur. 35. N.
Futurus incedere quis non incedet: aliqua vero conſequuntur neceſſario. 46. C.

GENERATIO & corruptio artificialium non ſpectat ad naturalem. 1. H.
Generatio & alteratio quomodo ſint. 7. K.
Generatio ſimpliciter, eſt ex non ente in actu, ente vero in potentia 8. H.
Quę non ſignificant ſubām non gn̄ant ſimplr. 11. M.
Q̄uo fiat generatio, & maxima generatio. 12. M. N.
Generatio & corruptio omnibus natura ſubſiſtentibus ſubſtātijs nō eſt ſine ſenſibilibus corpibus. 30. L.
Quę generant a natura, aut ſemp aut vt multū. 39. D.
Quæ generantur præter ſemper & multum ſunt ab euentu & fortuna. 39. E.
Generatio circularis in quibus ſit, & in qbus nō. 47. N
Ex frumento generatur frumentū & non oliua. 39 E
Sermo de generatione cōpoſitorū ex elemētis. 40 G.
Q̄uo p generans intelligatur ſol, & alij planetę. 44 N
Quando eſt ꝙ generato vno, ex neceſſitate ſequitur generatio alterius, & quando non. 46. L.
Quomodo generatio eſt ex ente in actu per accidēs, & ex ente in potentia per ſe, 8. H.
Qualr̄ generatio ſm̄ Pla. fiat p ſigillū materię. 42. N.
Glacies eſt aqua ſm̄ ſubſtantiam, ſed eſt alterata. 27. B.
Glacies eſt coagulatio frigidi & humidi. 34. E.
Ex glatie aut ex ligne quæ apud nos ſunt, nihil generatur, ſed mixtum vtrunq; ſit. 34. G.
Gutta vini in mille millibus amphoris aquæ, non miſcetur, ſed in totam aquam corrumpitur. 29. I.

HABITIBVS pręſentibus in materia ceſſat motus. 22. M.
Hoīs cōplexio eſt maxime vicina tēperamēto. 42. H.
Hominis ætas eſt. 70. aut. 80. annorum. 44. Q.
Quæ cauſa ꝙ ab homine generatur homo, aut ſemper aut multū, & ex tritico triticū & nō oliua. 29 G.
Humidum quando coagulatur non mutat ſubſtantiam, ſed fit alteratio quędam. 27 B.
Humida ſunt bene miſcibilia, niſi ſint viſcoſa aut lubrica. 29. Q.
Vnde habeat humidum ꝙ ſit viſcoſum 30. A.
Humidi deſcriptio. 32. I.
Quomodo humidum dicatur repletiuum. 32. N.
Humidum & ſiccum dicuntur multifariæ. 33. B.

IDEAS Plato poſuit omnium ſenſibilium & mathematicalium figurarum. 5. C.
Ideas (dixit Plato in Phedone) cauſas effectrices generationis & corruptionis 42. M.
Idem ſilr ſe habens ſp facit idē, & non cōtraria. 44. A.
Igni, omīa contraponit Empedocles. 34. E.
Ignis eſt ſuperabundantia caliditatis, ſicut glacies frigiditatis. 34. E.
Ignis, arſio calidi & ſicci. 34. E.
Ignis eſt calidiſſimum omnium calidorum. 34. M.
Ignis eſt ſiccior q̄ terra. 34. L.
Quod ignis ſit in quolibet mixto 41. M.
Ignis multo deterius mouet q̄ organum, niſi accidat ipſum eſſe organum. 43. I.
Impoſe ē corpus ſenſibile eſſe ſine cōtrarietate. 31. A.
Impoſe eſt tempus eſſe ſine motu, ſicut impoſſibile eſt ꝙ paſſio ſit ſine proprio ſubiecto 45 M.
In alteratione idē ſubiectū manet ſm̄ ſubſtantiā. 2. G.
In aere ſunt quædā partes igneæ, & aereæ, & aqueæ & terreæ: Et de igneis probatur. 28 G.
Inconueniens eſt ponere vnum contrariorum in rerum natura ſine reliquo 25. B.
In genito & corrupto non manet eadem quantitas numero, ſed ſpecie. 35. I.
In habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, tardior autem in non habentibus. 35. E.
In omni compoſito, omnia ſimplicia erunt. 41. M.
In quibus ſit generatio circularis, & ī qbus nō 47. N.
In ſymbolis eſt minor, immo nulla reſiſtentia; ideo facilior tranſitus. 35. K.

Inter ſimplicia corpa ignis eſt maxie formalis.41.Q.
In rebus animatis eſt vere virtus nutritiua & augumẽtatiua: in inanimatis vero ſimilitudinariæ.8.F.

LIBER de cœlo eſt ſecunda pars, ſcientiæ naturalis: & liber de generatione ſequitur ad ipſum.1.B.
Lineam cõponi ex punctis, dupl'r exponi poteſt.5.O.
Linea eſt oino diuiſibilis in potentia, non tñ oino põt eſſe diuiſa actu: quia tota eſſet ſolũ vnus pũctus.7.D.
Leucippus ponit vacuũ, Parmeni. autem negat.23.O
Lubricum quomodo ſit, & fiat.32.P.
Lubricum reducitur ad humidum, non aqueum ſed aereum quod eſt bene inflammabile.32.P.
Per lumen, Cœlum mouet materiam generabilium & corruptibilium ad omnem formam 32.A.
Lunæ ſphæra, nata eſt mouere aquam.28.F.

MATERIA dicitur non ens, nõ per ſe ſed per accidens ratione priuationis adiunctę.12.E.
Quorũ materia eſt vna inuicem generantur.12.E.
Materia aliud eſſe & aliam rationem ſuſcipit prout ad diuerſas formas ordinatur.12.F.
Materiã ſine magnitudine p ſe exñte eſt impoſe.15.I.
Materia ſeparata a magnitudine nõ eſt ĩ aliquo.15.M.
Materiam non eſſe quid mathematicum.15.P.
Materia eſt vna numero omnium, & non differt niſi ſecundum rationem.15.O.
Materia nõ ẽ ſepabilis a paſſionibus, nec a forma.16.B
Materia prima ſecundum ſe eſt in potentia, & ipſa eſt ſua potentia.25.O.
Materia prima eſt ſicut mater.31.E.
Ex materia et mouẽte põt accipi ppetuitas motus.9C
Materia, in gñabilibus, eſt cauſa q res poſſit eſſe & non eſſe. forma vero eſt cauſa eſſe tantum.42.F.I.
Materiæ eſt pati & moueri, facere autem & mouere alterius potentiæ.43 D.
Melius eſt eſſe q̃ non eſſe.45.C.
Sermo de mixtione.27 F.
Mixtionis differentia ab alijs motibus.27.P.
Miſcibilia qũo ſunt in mixto poſt mixtionem.28.C.
Mixtum omiomerum eſſe oportet.29 E.
Miſcibilia ſunt actiua & paſſiua adinuicem.29.N.
Quæ faciliter & quæ difficulter miſcentur.29.P.Q.
Mixtio eſt miſcibilium alteratorum vnio.30.F.
Qũo mixtionis diffinitio habeat intelligi.30.H.
Quæ miſcentur corrũpunt intẽtiones adinuicẽ.42.A
Mixta eſt aquæ terra ex qua plantæ nutriuntur.41.O
Molle dicitur ſubactiuum, & quare.25.C.
Molle non eſt humidum, ſed effectus humidi.33.A.
Motus localis eſt primus omnium motuum.43.O.
Differentia inter mouens & faciens.20.E.
Motus vnius medietatis circuli non eſt cõtrarius motui alterius medietatis.44.G.
Motus cœli ẽ cõtinuus: quia mobile eſt cõtinuũ.45.P
Motus ſemper ſequitur mobile.47.Q.
Multa paucis adiũcta, & multis pauca, non faciunt mixtionem, ſed augumentationem.29.I.

NATVRALIS non ſolum motum ſed etiã mobilis conſiderat.1.H.
Natura quę eſt forma, eſt bonum & optimum vniuſcuiuſq; rei.39.E.
Natura ſemper deſiderat quod melius eſt.45.C.
Neceſſaria ad eſſe, & poſſibilia quæ ſint.42.I.
Niue deſcendente ceſſat intenſio frigoris.28.H.
Nigreſcunt quæ a fumo tanguntur, & quare.35.Q.
Non ens ſimpliciter quid ſit.10.H.
Non omne omni eſt miſcibile.27.P.
Notabilia quædã pulchra de potentia materiæ.25.N
Solus ignis nutritur inter ſimplicia corpora.41.Q.

OBIECTVM ſenſus viſus, ratione lucis, prius eſt obiectis aliorum ſenſuum.32.A.
Omnium quæ agunt & patiuntur adinuicem, debet eſſe vna materia.19.N.21.O.
Omne ſimile eſt a ſuo ſimili impaſſibile.21.G.
Omnis paſſio ẽ p materiã: & ois actio p formã 22.O.
Omnia mixta ſunt ex quatuor elementis.30.M.
Omnes qualitates tangibiles, ad primas quatuor reducuntur.33.C.
In omni compoſito omnia ſimplicia erunt.41.M.
Omnia nutriuntur ex quibus ſunt.41.P.
Oẽ tps & vita periodo menſuratur, ſed nõ eodẽ.44.H.
Omnium eſt ordo, vt ſcilicet ſuperiora ab inferioribus dependeant.44.I.
Omnia contraria patiuntur adinuicem.21.M.
Opiniones Parmenidis & Melliſſi de principijs pulchre ponuntur & declarantur.23.H.
Opio Auer. & Auic. qũo elemẽta ſint in mixto.28.H

PARMENIDES duo dixit principia rerum naturalium ſcilicet ens & non ens, appellãs ens ignem, & non ens terram.10.E.
Paſſiones per ſe, a ſubſtantia ſeparari eſt impoſe.8.F.
Paruitas vel magnitudo non eſt cauſa diuiſibilitatis vel indiuiſibilitatis.25.H.
Periodus quid.44.I.
Quid faciat periodum.44.O.
Periodus poteſt per accidens impediri.44.Q.
Platonici logice procedebant ad probandum magnitudines indiuiſibiles.5.A.
Plato poſuit vltra materiam & formam tertiũ principium ſcilicet ideas.42.M.
Plato loquutus eſt ſolũmodo de gñatione & corruptione elmtorũ & nõ de alijs: et ideo mãcus fuit.3.N
Plato poſuit rem gñari per ſigillum, materiæ.42.N.
Potentia proxima ad formas contrarias non eſt vna numero ſed diuerſa.25.N.
Potentia remota contrariorum eſt vna & eadem, & hæc eſt materia prima, quæ ſecundũ ſe eſt in potentia, & ipſa eſt ſua potentia.25.O.
Eſſe in potentia eſt de rõne quorundã & ſucceſſiuorũ & pmanentiũ, & ea ſublata tollitur ratio eorũ.7.C.
Poſſibili poſito in eſſe nõ ſequit aliquid impoſe.26.C
An pori ſint cauſa paſſionis.26.I.
Principia ſunt corpora indiuiſibilia ſecundum Demo. & ipſius duæ rationes.6.M.
Prima cauſa appellatur cœlum.28.E.
Primæ qualitates, elementa dicuntur, & primæ propoſitiones.33.K.
Quæ ſint corporum generabilium principia intrinſeca, & quæ extrinſeca.42.G.H.
Priuatio eſt contrariorum alterum.36.N.
Proprietates, ſunt proprij effectus formarum ſubſtantialium.10 O.
Punctus in actu eſt actu diuiſio lineæ.7.B.

QVAM qualitatem in ſummo vnuſquiſq; elementorum ſibi determinet.34.K.
Quare Philoſophus in hoc libro determinet de generatione elementorum. 1.E.
In genito & corrupto non remanet eadem quantitas numero, ſed ſpecie.35.I.
Quare generatio eſt ex corruptis.12.B.
Quare in quibuſdã generatiõibus eſt circulus; in alijs vero non.47.N.
Quãdiu animal augetur.18.O.
Quantũ vle nõ generatur ſed particulare.18.K
Quæſtio, an aliquid ſimplr gñet aut corrũpatur.7.L.
Quæſtio, an tm̃ ſubſtantia generetur ſimplici generatione.8.L.
Quæſtio cur generatio ſit ſemper.9.C.
Quæſtio, an non ens, ſit aliquorũ cõtrariorũ.12.D
Quæcunq; non habent eandem materiam ſunt inuicem impaſſibilia.22.G.
Quæcunq; non in materia habent formam impaſſibilia ſunt.22.H.
Quę in circuitu generantur, neceſſario & ſimpliciter generantur.47.H.
Quæritur an omnia eadem numero reiterentur, & ſolutio.48.B.
Quod augetur & quod nutritur ſunt idem re, ſed differunt ratione.18.G.
Quo pacto ſit alteratio & generatio ſecundũ peripatheticos.2.G.
Quomodo generatio eſt ex ente actu per accidens, & ex ente in potentia per ſe.9.N.
Qm̃o quælibet pars aucti eſt aucta.17.H.
Qm̃o animal deſtruitur, & alia quæ miſcentur vt vinum & aqua.19 C.
Qm̃o calidum dicatur congregare homogenea.32.K
Qualiter ponentes vnum principium, contrarias q̃litates ponebant.34.B.
Quomodo vtatur philoſophus exemplis, & quantum curet de eis.10 F 38.A
Quorum ſubſtantia eſt incorruptibilis, eadem numero reiterantur.48.A.
Quorum corruptibilis eſt ſubſtantia, ſolum ſpecie eadem redeunt, non numero.48.A.

RATIONABILIVS eſt ponere pricipia corpora indiuiſibilia, vt Demo. q̃ ſupficiẽs, vt Pla.4.N
Ratio Democriti, qua ponebat generationem fieri per corporum indiuiſibilium congregationem.6.I.
Rõ cur agẽs & patiẽs ſint loco & ſubito diſtĩcta.26 L.
Rationabilius eſt ens non enti generationis cauſam eſſe, q̃ non ens enti.43 O.
Ratio qua philoſophus probat generationem infinitam, non ſecundum rectum ſed in circuitu.46.N.
Rarum & denſum non ſunt phyſice qualitates.32.F.
Quando ex aqua ſit aer, non eſt augumentum, ſed generationem conſequitur rarefactio.16.D.
Quæ reiterantur ſecundum generationem eadem numero & quæ non.48.B.
Rarefactio non eſt augumẽtum ſed alteratio.16.H.

SEGREGATIO & congregatio faciunt rẽ eſſe velocioris aut tardioris corruptionis.7.N.
Separata anima a corpore animalis, corpus ipſum non ſtatim reſoluitur in elementa.19.I.

Senſus effunduntur ſuper ſenſibilia per media, ſecundum quoſdam.23.A.
Quod ſenſibile apparet, accipitur vt principium in ſcientia naturali.15.N.
In aſtrologia, ſeptimum ſignum dicitur domus mortis, & aſcendens vocatur domus vitæ.44.P.
Simile non patitur a ſimili: quia tunc idem a ſeipſo pati poſſet.21.B.
Siccum multipliciter dicitur.33.B.
Cauſæ ſiccitatis duæ.34 L.
Siccum quomodo deſcribatur.32.I.
Sola naturalia, vere ſunt in loco.20.C.
Solem igneæ naturæ ponebat Empe.2.Q.
Quod ſol eſt generans, & qua ratione, & alij planetæ etiam.44.N.
Sphæræ cœli habent ſpeciales effectus in hæc inferiora.28.E.
Sphęra ſolis mouet ignẽ, lunæ aquã, aliæ quinq; aerẽ, & ſphæra ſtellarũ fixarum mouet terram.28.E.F.
Subtile quomodo dicatur eſſe repletiuum.32.N.
Subſtãtia, qm̃o dicatur ſuſcipere magis et minus.10.P
Subiectũ generationis & alterationis quomodo.2 G.
Succeſſiua habẽt de ratione ſua q̧ ſint in potẽtia: & q tollit ab eis potentiam deſtruit eorũ rationem.6.N.
Supiora agũt in iſta inferiora per motũ et lucẽ.44.N
Superiora ſe habent ad inferiora vt forma ad materiam.41.B.
Habentia ſymbolum facilius tranſmutantur, non habentia vero difficilius.37.A.
Symbolum habere & non habere quid ſit.35.G.

TACTVS proprie & trãſumptiue dicitur.19.Q.
Tactus quomodo deſcribatur.20.K.M.
Tactus conditiones inueſtigantur ab Ariſto.20 A.
Tactus, ſubiecto prior eſt alijs ſenſibus, nam omnibus alijs ſenſibus ſubſternitur.32 A.
Terra & ignis differunt calido & frigido.10.M.
Terra eſt frigidior aqua, & omnibus elementis.34.N
Ex terra & aere ſit ignis.35.Q.
Terra aeri, igni vero aqua contraria eſt 41.M.
Tranſmutatio ſecundum ſubſtantiã eſt generatio vel corruptio: ſm̃ accidentia vero alteratio.7.L.N.
Tranſmutatio elementorum non procedit in infinitũ, nec vltra quartum elementum 38.E.

VACVVM Secundum Leucippum, eſt ſicut priuatio.23.O.
Vdum, eſt habens humiditatem in ſuperficie, quod Auer. irroratum appellat.33 D.
Vere vnum, & vere multa quæ ſint.24.A.
Vnam ſemper contrarijs ſupponere oportet materiam.2.N.
Quomodo materia omnium elementorum dicatur vna.40.L.
Vltra materiã & formã in rebus generabilibus oportet dari tertium principium ſcilicet agens.42.I.
Vis rationis Philoſophi contra Empe. de tranſmutatione elementorum.38.Q.
Vnum elementum non poſſunt ex alio fieri ſecũdum antiquos & eorum ratio.2.Q.
Vi, ei quod eſt ſecundum naturam contrariũ.29.M.

FINIS INDICIS.

Dictionum Grecarum, quas in hoc opere, vt erant, intactas reliquit vetus interpres, orthographia & interpretatio, in eorum gratiã, qui in literis græcis adhuc ſunt rudes. Per virum doctiſſimum enucleata.

Folio.1. litera.Q. OMIOMERA, legendum homæomera vel homæomerea ὁμοιομερῆ, ſimilium partium. Theodorus gaza in libris de animalibus ſimilares partes vertit, Sicuti & Anomæomera vel anomæomerea ἀνομοιομερῆ, pari ratione Theodorus idem ſimilaria & diſſimilaria, aut ſimilarium & diſſimilarium partium. ὅμοιος ſimilis, μέρος pars, vnde ὁμοιομερής, & ἀνομοιομερής, ex a priuatiua litera, interpoſita, ν, litera euphoniæ cauſa.
17.D.

1.Q. Synonyma συνώνυμα, quę dictio etſi iam eſt a latinis recepta non minus quam illa, grammatica, philoſophia, dialectica, & huiuſmodi. Siquis tamen velit etymologiam reſpicere, non inepte cognomina dicat, vt alcyonius. Ita enim e συν & ὄνομα componitur apud græcos, vt apud nos e con & nomẽ, & ſoni melioris cauſa cognomẽ vt cognatus. Boetius vniuoca dixit. Non me præterit alia ratione ſynonyma dici a grãmaticis.

1.Q. Morphas μορφάς, formas, vt nonnulla alia, inuerſo literarum ordine.

2.A. Panſperma, legendum panſpermia, muliebri genere. πανσπερμία. vniuerſale quoddã ſeminatium, παν totum vel omne, σπέρμα ſemen.

3.F. Syſtica, legendum ſyſtœcha σύστοιχα, σὺν ſimul, con, στοῖχος ordo, στοιχεῖον, elementum, & inde compoſitum σύστοιχα, eliſo ν, e priore ſyllaba. ſi liceret vno verbo dicere, coelementa, vel coelementaria, quod vtrunque verbum, vt nouum & inſolens, vt euitaret Alcyonius, longa periphraſi eſt vſus.

5.A. Autotrigonon αὐτοτρίγωνον, vno verbo legiſſe videtur vetus interpres. Alcyonius per diuerſas partes vt etiam nunc habent vulgati codices græci τὸ αὐτὸ τρίγωνον. Triganon autem a veteribus noſtris triquetrum, a poſterioribus Philoſophis triangulum dicitur, maiore ratione verbi græci. nam γωνία græcis, nobis angulus eſt. vnde illa omnia trigonon, tetragonon, & huiuſmodi.

6.H. Endelechia, legendum entelechia per, τ, ἐντελέχεια. etiam ſi a græcis noſtri temporis, τ, præcedente, ν, quaſi ſono noſtri, d, pronunciatur. Multum tamen refert an p, τ, an p, d, hęc dictio ſcribatur. Entelechia.n. quam iuuenili quodã calore vir clariſſimus Hermolaus Barbarus, neſcio an tam feliciter quam fideliter perfectihabiam in latium induxit, actus a noſtris Philoſophis vertitur. At endelechia perpetua quædam motio eſt Ciceroni, qui ſic in Ariſtotele agnouiſſe videtur. Hinc orta eſt nobilis illa controuerſia inter Argyropilum, & Politianum, noſtra ætate præclaros viros. dum illa Ciceronem ignorantiæ literarum græcarum arguere, hic contra fortiter defendere cõtendit. Cæterum Lucianus inſeruiens loco. In nomine entelechia, τ, in locum, δ, procaciter ſubiiſſe iocatur, quaſi nihil referat quoquo modo hoc verbum ſcribatur. Manere tamen vnum & idem ſignificatum: acutius id fortaſſe, quam verius.

7.A. Paralogizans, παραλογιζόμενος. obratiocinans vertit Alcyonius. Qui enim in ſyllogiſmo claudicat, id eſt non perfecte ratiocinatur, ſed ratiocinari videtur. Is παραλογίζεσθαι, Paralogiſſari a græcis dicitur. Sic cõponimus nos obridere, & obaudire, & cætera.

Hyle, ὕλη. Materia. interdum & ſylua, interpoſita a noſtris, y, conſonãte, & mutata aſpirationis nota in, ſ, ſicuti ἕξ, ſex, ἑπτὰ ſeptem, & pleraque id genus alia. 13.H.

Homoideos, græce habet ὁμοειδοῦς per ſynereſim, & componitur hoc in loco ex εἶδος quod & ſpecies & forma interdum dicitur, non autem ex idea. ὁμοῦ autem ſimul & vna ſignificat, vnde huiuſmodi nomina componuntur. ὁμογενῆ, homogenea eiuſdem generis. ὁμοούσιος apud theologos, eiuſdem ſubſtantiæ: ſiue, vt iidem dixere, conſubſtantialis in ſymbolo niceno. 16.A.

Illud notandum hoc in loco, in græcis exemplaribus quæ excuſa habentur, non eſſe verbum hoc, ὁμογενοῦς homogeneos, etiam ſi Alcyonius, ſicut et vetus interpres id agnoſcit, vterque fortaſſe meliorem codicem nactus. 16.A.

Omonyme, lege homonyme ὁμώνυμος. Seruauit vetus interpres dictionẽ græcam, ſicuti & ſupra illud ſynonyma. Alcionius periphraſi maluit & hic vti. Quod Boetius & eum ſecuti æquiuoce dixiſſet, & homonyma æquiuoca in prædicamentis. 19.P.

Lynceo Grecus habet λυγκεῖ in vulgaris codicibus vt ſit datiuus a nomine λυγκεύς. Alcionius videtur legiſſe λυγγί, lynx lyncis, quo nomine animal eſt acutiſſimo (ſicut aiunt) viſu, vnde & lynceus heros vnus ex argonautis, quem fabulæ fingunt tam perſpicaci oculorum acie, vt etiam ſubterranea penetraret obtutu. Sic & lyncei homines a lynceo perſpicaciores in prouerbio, dicuntur viſu plurimum valentes. Nonnulli fortaſſe putarent Alcyonium, illud, lynci ita a nomine lynceus datiuum deduxiſſe, vt Vergilius ab orpheus orphi, græca forma, quod, vt aliquibus placeat, non ego tamen in his diſciplinis affectarem. 29.F.

Epafoterizant. legendũ epãphoterizant. ἐπαμφοτερίζει. Alcyonius quum videret id verbum proprie dici de ambiguis, quæ in vtranque partem accipi & intelligi poſſint, immutauit ordinem, & quod prius Ariſtotelis dixerat balbutire, poſteriore loco dixit, inter ſe blæſa ſunt: & illud antea, ancipitem obtinent naturam. Quanquam etiam certo quodam defectu pedum affectos, iuleux pollux dixit bleſſos. Cæterum non inepte poſſet illud epamphoterizant, hoc loco verti claudicant: ſumpta metaphora a pedibus, quẽad modum & illud ſupra balbutiunt, a linguæ vitio. Hoc autem & ſenſui conuenit. 30.B.

Pandoxis. legendum pandeches, τὸ πανδεχές neutrali genere, per quod ſignificatur in Timæo vniuerſale receptaculũ, a πᾶν (vt ſupra dictum eſt) totum, & δέχομαι capio, recipio. Capedinem dixit Alcyonius ſimplici verbo, vnde intercapedo componitur. Sed non potuit exprimere illud πᾶν, niſi quis dicat omnicapedo: ſi liceret nobis, quod græcis, qui componendis dictionibus, nobis ſunt feliciores. 31.D.

Periodo. περίοδῳ, ambitu, circuitione, a, περί circum, & ὁδός, via. Sic periodus grammaticis eſt, ſic & medicis, ſuo vtriſque ſignificato. Quamuis Diuus doctor vndiquaque abſolutiſſimum futurus naturæ opus, ſi per tẽporum culpam linguas callere ſibi licuiſſet, ab ᾠδή, compoſitum putarit hoc nomen: quo & cantus & modulatio ſignificatur: ſed per o mega, quum ὁδός, e quo periodus cõponitur, o, paruum habeat, et alius ſit inflexionis. 44.H.

FINIS.

A

DIVI THOMAE AQVINATIS SACRI ORDINIS PRAEDIcatorij inter latinos expoſitores facile principis. In libros Ariſtotelis de generatione & corruptione præclariſſima expoſitio.

Cum duplici textus trãſlatione, Antiqua videlicet, ac fideli, & Petri Alcyonij elegantiſſima.

PROOEMIVM.

Te.cõm.38.

B

Tex.cõ.71.

SICVT tradit philoſophus in tertio de aia: ſcientię ſecantur quemadmodũ & res. Nam & omnes habitus diſtinguũtur per obiecta ex quibus ſpeciem habent. Res autem quas conſiderat naturalis ſunt motus et mobile. dicit .n. philoſophus in ſecundo phyſicorum. ꝙ quęcunqꝫ mota mouent ſunt philoſophicę ſpeculationis. & ideo oportet ꝙ ſecundum differentiam motuum & mobilium diſtinguantur & ordinentur partes ſcientię naturalis. Primus autem motuum eſt ipſe motus localis qui eſt perfectior & communior omnibus motibus naturalibus: vt probatur in. 8. phy. Et ideo poſt conſiderationem motuum & mobilium in cõmuni: quæ fuit tradita in libro phy. primo oportuit ꝙ tractaretur de corporibus ſecundum ꝙ mouẽtur motu locali in libro de cęlo: quæ eſt ſecunda pars ſcientię naturalis. Reſtat igitur conſideratio de motibus alijs conſequentibus: qui non ſunt cõmunes omnibus corporibus: ſed inueniuntur in ſolis inferioribus. Inter quos principatum obtinet generatio & corruptio. Alteratio enim ordinatur ad generationem: ſicut ad finem: qui eſt perfectior naturaliter his quæ ſunt ad finem. Augmentum etiam conſequenter ſe habet ad generationem. nam augmentum non fit ſine quadam particulari generatione: qua. ſ. nutrimentum conuertitur in nutritum: ſicut etiam Philoſophus dicit in ſecundo de anima. ꝙ cibus nutrit inquantum eſt potentia caro: augmentat autem inquantum eſt potentia quanta caro. Et ideo neceſſariũ eſt: quia hi motus conſequenter ſe habent ad generationem: ſimul cum eis de generatione & corruptione tractare. Eſt autem conſiderandum ꝙ de unoquoqꝫ: quod in pluribus inuenitur: prius eſt conſiderandũ in communi ꝙ̃ ad ſpecies deſcendere: alioquin oporteret idem dicere multotiens: ita. ſ. ꝙ in ſingulis id quod eſt commune repeteretur: ſicut probat Philoſophus in primo de partibus animalium: & ideo prius oportuit de generatione & corruptione in cõmuni determinare ꝙ̃ ad partes eius deſcendere. Similiter etiam conſiderare oportet quod ſi in aliquo genere aliquod primum inuenitur quod ſit cauſa aliorum: eiuſdem conſiderationis eſt commune genus: & id quod eſt commune in genere illo: quia illud primum eſt cauſa totius generis. Oportet autem eum qui conſiderat genus aliquod cauſas totius generis conſiderare: & inde eſt quod, philoſophus in metaphy. ſimul determinat de ente in communi et de primo ente: quod eſt a materia ſeparatum. Sunt autem in genere generabilium & corruptibilium: quædam prima principia. ſ. elemẽta quæ ſunt cauſa generationis corruptionis & alterationis i omnibus alijs corporibus. Et inde eſt quod Ariſt. in hoc libro: qui eſt tertia pars ſcientia naturalis: determinat non ſolum de generatione & corruptione in cõmuni: & alijs motibus conſequentibus: ſed etiam de generatione & corruptione elementorum. His ergo prælibatis ad demonſtrandum intentionem Ariſto. in hoc libro accedendum eſt ad expoſitionem eius.

Quare liber de cœlo ſit 2ᵘ naturalium. Tex.cõ.55.

Et ꝑ de cœlo c.12.

Quare liber iſte ſequat̃ librũ de cœlo.

C

Qũo alterõ & augmẽtu hẽant reſpectũ ad gñationẽ.

Tex cõ.37.

D

Cap.ꝑ.

Cõſiderãs genus aliqd. cas toti' gñis cõſiderari opʒ.

E

Q. ſ hic Ariſ. de elẽtis cõſideret.

Alcyo.

GEnerationis & interitus eorum quæ natura gignantur & occidant: omnium in uniuerſum cauſæ partiendæ: rationeſq; illorum præſcribendæ ſunt. De auctione itẽ & de alteratione diſſerendum: quidnam utraq; ſit ac utrum unam: eandemq; naturam alterationis: & generationis an diuerſam: ut nominibus quoq; diſcrete ſunt: ſtatuere oporteat.

F

Antiqua.

DE generatione autem & corruptione: & de natura generatorum & corruptorũ: & uniuerſaliter de omnibus: & cauſis diuidendum: & rationes eorum determinãdum. Amplius de augmentatione & alteratione quid utrunq; ſit: & utrum exiſtimandum ſit eãdem eſſe naturam alterationis & generationis: aut ſemotam, ut determinata ſunt ex nominibus.

Lectio. 1.

IN hoc igitur libro philoſophus primo ponit procemium demonſtrans ſuam intẽtionem. ſecundo proſequitur propoſitum. ibi { Antiquorum quidem igitur }. Circa primum tria facit. primo enim ponit id quod principaliter intendit & continuatur ad finem libri de cęlo: vbi dictum eſt. De graui quidem igitur et leui determinatum ſit hoc modo. Et ſubditur. De generatione autem & corruptione & natura generatorum & corruptorum & eorum quæ generãtur & corrumpũtur vniuerſaliter de omnibus & cauſas diuidendum eſt: vt. ſ. aſſignemus alias cauſas generationis & alias corruptionis: vel etiam vt communes cauſas diſtinguamus applicando ſingulis ſpeciebus generatorum & corruptorum naturaliter. Et cauſas & rationes eorum determinandum eſt: vel generationis & corruptionis: vel etiam eorũ quę naturaliter generantur & corrũpũtur: vtrunqꝫ enim diffinitione ſcire oportet. Naturalis enim non ſolum conſiderat motum: ſed etiam mobilia. Dicit autem naturam generatorum & corruptorum: quia conſiderare generationem & corruptionem artificialiũ non pertinet ad naturalẽ. Secundo cum dicit. { Amplius } Promittit ſe dicturum de alijs motibus conſequentibus. ſ. de alteratione augmentatione quid ſit vtrunqꝫ. Tertio ibi { Et vtrum } Promittit ſe dicturum de comparatione prædictorum adinuicem: vtrum. ſ. ſit exiſtimandum vel recipiendum ꝙ eadem ſit natura & ratio alterationis & generationis: aut ſemota diſtincta. ſ. differant ratione et natura: ſicut determinata. i. diſtincta ſunt nominibus. Deinde cum dicit.

G

Cõtinuatur hic liber ad libꝫ de cœlo

H

Natural' motũ & mobilia conſiderat. Gñatio artificialiũ nõ ſpectat ad naturalem.

Alcyo.

Itaq; ueterum alij generationem: quæ ſimplex uocetur alterationem eſſe tradunt: alij generationem ab alteratione omnino diuerſam aiunt.

I Antiqua. *Antiquorum quidem igitur hi quidem uocatam genera*
tionem ſimplicem: alterationem eſſe inquiunt: hi uero aliud
generationem:et aliud alterationem.

De gñ͞itione, corruptiõe ⁊ alteratiõe ſm antiquoꝝ opi.

Proſequitur ſuum propoſitum:& primo determi
nat de generatione & corruptione in cõmuni: & etiã
de conſequentibus ſecundo determinat de generatio
ne & corruptione elementorum: & hoc in ſecundo
libro qui incipit.ibi{De mixtione quidẽ igitur} Pri-
ma pars diuiditur in duas. In prima determinat de ge
neratione & corruptione in cõmuni: & alijs conſe-
quentibus motibus. In ſecunda determinat de quibuſ
Tex.com 43. dam quæ ad hęc requiruntur. ibi {Quoniam autem
primum oportet de materia} Circa primum duo fa-
cit. Primo inquirit vtrum generatio differat ab alte-
K ratione quod erat tertium propoſitorum: oportuit
tamen prius hoc tangere: quia cum differentia con-
ſtituat ſpeciem non poſſet ſciri propria ratio genera
tionis & corruptionis hoc ignotato. ſecundo deter-
minat de generatione & cõſequentibus motibus.ibi
Tex.com 4. {Vniuerſaliter itaq; de generatiõe} Circa primũ tria
facit. primo ponit diuerſas ſcientias antiquorum circa
differentiam generationis & alterationis. ſecundo ra
tionẽ diuerſitatis aſſignat. ibi{ Quicũq; igitur} tertio
rationem aſſignatam manifeſtat. ibi{ Empe. quidem
enim} Dicit ergo primo. ꝙ quidam antiquorum phi
loſophorum dixerunt ꝙ illa quæ dicitur ſimpliciter
generatio.i. abſoluta: eſt idem quod alteratio. Alij ve
ro dixerunt eſſe aliud generationem ſimplicem & al
terationem. Deinde cum dicit.

Alcyo. L *Qui enim uniuerſitatem rerum unicam defendunt, & omnium ortum ab uno duntaxat principio ducunt: ijs neceſſe eſt confirmare generationem eſſe alterationem: & id quod precipue ortum adipiſcitur alteraſcere.*

Antiqua. *Quicunque igitur unũ aliquid omne eſſe dicunt: et omnia ex uno generant: his quidem neceſſe eſt utiq; generationem alterationem eſſe dicere: & quod principaliter ſit alterari.*

Parme. Meliſ. Diogẽ͞n Tha les Heracli.1. phy.tex.co.6.

Aſſignat rationem diuerſitatis prædictę. Et circa
hoc tria facit. primo aſſignat rationem: quia quidam
poſuerunt generationem ſimplicem idem eſſe quod
alterationem. Fuerunt enim quidam qui poſuerunt
vnum eſſe principium materiale omnium rerũ: puta
aquam uel aerem vel ignem: & etiam poſuerunt ꝙ
materia eſt tota ſubſtãtia rei: ex quo ſequitur ꝙ ſub-
ſtantia rei ſemper maneat: & ideo generatio in re nõ
M differt ab alteratione: hoc eſt quod dicit. Quicunq; di
cunt omne vniuerſum eſſe vnum.i. immaterialẽ ſub-
ſtãtiam: & omnia generat .i. cauſat ex uno principio
materiali: his neceſſe eſt dicere ꝙ generatio ſit idem
quod alteratio: & ꝙ idem ſit aliquid principaliter.i.
ſimpliciter fieri & alterari. Secundo cum dicit.

Alcyo. *Qui autem materiæ ſtrata uno plura ſubdunt: ut Empedocles: ut Anaxagora, ut Leucippus inter generationẽ et alterationem intereſſe putant.*

Antiqua *Quicunq; autem plures materias una ponunt: utpote Empedocles & Anaxagoras & Leucippus & Democritus: his aliud.*

Aſſignat rationem: quare quidam poſuerunt diffe
rentem generationem & alterationem: fuerunt enim
quidam philoſophi ponentes plura principia mate- N
rialia ex quorum congregatione & ſegregatione di
cebant ea fieri & corrumpi: & ſecundum hoc dicebãt
congregationẽ & ſegregationem eſſe generationem
& corruptionem. Alterationem autem dicebant fie-
ri per qualitercũq; partium tranſmutationẽ. Hoc eſt
ergo quod dicit ꝙ quicunq; poſuerunt plures mate
rias rerũ q̃ vnam: ſicut Empe. Anaxa. & Leucippus
cum Democrito iſtis videtur aliud generatio & ali-
ud alteratio. Tertio ibi.

Atqui Anaxagora ſuam huiuſce rei propriãq; uocem ignorauit: quippe qui aſſerat generationem & interitum eiuſdem eſſe naturæ cũ alteratione et non ſecus atq; cæteri philoſophi: multa haberi elementa tradat. Alcyo. O

Sed tamen Anaxa. propriam uocẽ ignorauit: dicit enim quod fieri & deſtrui idem exiſtit quod alterari. Multa autem dicit elementa: quemadmodum & alij. Antiqua.

Manifeſtat errorem Anaxa. de quo dicit ꝙ pro- Anaxa. plura poſuit elementa: tñ gene. & alte idem aſſeruit.
priam vocem ignorauit: ſicut ille qui poſuit aliquod
inconueniens ſuę poſitioni. cum enim poneret multa
elementa: ſicut alij. tamen dicit ſingulariter ꝙ genera
ri & corrumpi ſunt idẽ quod alterari. Et huiuſmodi
diuerſitatis ratio eſt: quia ſicut dicitur in primo phy. Te.com.37.
Anax. poſuit res fieri per abſtractionem a mixto: po
nebat autem miſceri non ſolum elementa: ſed etiam
accidentia: & eundem modum ponebat productio-
nis corporum qui pertinet ad generationem & cor-
ruptionem: & accidentium qui pertinet ad alteratio-
nem: vt ſicut caro fit per abſtractionem: ita & albe- P
do: & ſecundum hoc generatio non differebat ab al-
teratione. Deinde cum dicit.

Empedocles quatuor cecinit elementa: eademq; corporea. Deniq; cum omnia collegiſſet: ſex protulit atq; in illis ipſis duo mouentia comprehendit. Sed Anaxagora infinita induxit: ut Leucippus & Democritus. Anaxagora enim ſimilaria ſubſternit elementa: ut os carnem medullam neruũ & reliqua omnia: quorum ſingulæ partes ad ſingulas partis cognomines adiungantur: ſed Democritus & Leucippus ex corporibus indiuiduis cætera cõdi ſentiunt: atq; illa nullis finibus circunſcribi: uel ſi copiam & effigies reſpexeris: eadem quoq; putant inter ſe tum ijs: ex quibus conſtant: tum eorum ipſorum poſitione & ordine differre. Verum Anaxagora ſententiam longe diuerſam quam Empedocles probaſſe uideri poteſt. hic enim ignem aerem aquam terram quatuor plane elementa ſimpliciora intemperatioraq; omnino ipſa carne & oſſe ac reliquis eiuſdem generis ſimilaribus partibus ait. hic uero quæ modo nominaui ſimplicia: atq; elementa eſſe confirmat ignem aquam aerem terram compoſita: quandoquidem illorum ſeminarium ſunt. Alcyo. Q

Empedocles quidem enim corpora quatuor: omnia autem cũ mouentibus ſex ait numero. Anaxagoras aũt infinita & Leucippus & Democritus. Hic quidem omiomera elementa ponit: utpote os carnem & medullam: et alia quorum uniuſcuiuſq; ſynonyma pars eſt. Democritus autem et Leucippus ex corporibus indiuiſibilibus hec & alia componi inquiunt. Hec autem infinita & multitudine & mot Antiqua.

A *phea eſſe. Illa autem ab illis differunt his ex quibus ſunt & poſitione & ordine horum. Contrariæ autem uidentur dicere qui circa Anaxagoram eis qui circa Empedoclem. Hi quidem enim inquiunt ignem & aquam & aerem & terrã quatuor elementa & ſimplicia magis eſſe q̃ carnem & os & talia ſimilium partium. Hi autem quidem hæc ſimplicia & elementa eſſe: terram autem & aquam aerem & ignẽ compoſita. panſperma enim horum eſſe.*

Manifeſtat præmiſſam rationem & primo oſtendendo quomodo quidam ponebant plura principia. Eorum enim qui ponebant vnum principium erat vnus abſolutus modus ꝓcedendi. ſecundo manifeſtat: quare illi qui ponebant vnũ principiũ negabant differentiam generationis & alterationis: quam aſſumebant ponentes plura principia ibi {His quidem igi- B tur.} Circa primum ponit differentias ponẽtiũ plura principia: & primo cõparat Empe. ad oẽs alios. Et dicit quod ideo prędictum eſt quod prędicti philoſophi poſuerunt plures materias. Empedocles ponebat quatuor elementa eſſe principia materialia. ſ. terram aquam aerem & ignem: omnia autem hęc cum mouentibus. ſ. cum amicitia quæ congregat: & cum lite quæ ſegregat: dicit eſſe ſex numero: & ita ponebat principia finita. Alij non. ſ. Anaxagoras Democritus & Leucippus ponunt principia infinita. ſecundo ibi. {Hic quidem.} ponit differentiam Anaxa. a Democrito et Leucippo. hic quidem. ſ. Anaxa. poſuit corpora omiomera. i. ſimilium partiũ eſſe principia materialia, vtpote infinitas partes carnis & oſſis medullarum & aliorum huiuſmodi, quorum quilibet pars eſt ſynonyma toti. i. conueniens cum toto in nomine C & ratione, hęc enim dicuntur omiomera. ſ. ſimilium partiũ, et hęc poſitio magis manifeſtata fuit ab Ariſt. Te. com. 33. vſque ad 40. in primo phy. Sed Democritus & Leucippus dixerunt omnia corpora ſenſibilia componi ex quibuſdã indiuiſibilibus corporibus quæ quidem ponebãt infinita multitudine & forma & figura. Nam quædã corporum indiuiſibiliũ dicebant eſſe circularia, quædam autem quadrata quædam pyramidalia, & ſic de alijs, ponebant tamen eſſe indifferentis naturę & ſpeciei contra id quod ponebat Anaxa. & tamen cũ iſta principia ſint indifferentis naturę & ſpeciei, alia corpora ſenſibilia differunt ab alijs ſecundum differentiã eorum ex quibus componuntur non quidem ſecundum differentiã in ſpecie naturę, ſed ſecundum differẽtiam poſitionis & ordinis, prout. ſ. diuerſimode ordi- D nantur & diſponuntur in diuerſis ſecundum prius & poſterius, ante & retro, ſurſum & deorſum, dextrorſum & ſiniſtrorſum. tertio ibi. {Contrariæ autem.} Simplicia q̃ ſm Anax. & Empe. Ponit differentiam Anaxa. ab Empe. & dicit quod iſti contraria videntur dicere. Empe. enim dixit quod ignis, terra, aer, & aqua ſunt magis ſimplicia q̃ caro & os, & talia corpora omiomera. i. ſimilium partiũ, & hęc ideo quia ponebat res fieri per congregationem ex elementis, ideo iſta elementa quę congregabantur ad compoſitionem appellabat ſimplicia. Sed Anaxa. ponebat os & carnem & ſimilia corpora eſſe magis ſimplicia, elementa vero eſſe compoſita, & hoc ideo quia ponebat res fieri per abſtractionem a mixto, vnde cum videret quod ex aere, aqua, terra, & igne, omnia alia corpora generentur, credidit quod in prędictis elementis ſeu corporibus eſſet maxima mixtio, ita quod ex his omnia alia extrahi poſ- E ſunt, & hoc eſt quod ſubdit quod dicebat iſta quatuor corpora eſſe panſpermata. i. vniuerſalia ſemina aliarum omnium rerum, quaſi prędicta quatuor corpora eſſent commixta ex ſeminibus omnium aliorũ corporum.

Et certe qui ex uno principio omnia moliuntur: neceſſe habent confiteri ortum: & interitum alterationem eſſe: præſertim cum afferant rerum ſubiectum idem & unum ſemper ſubſtare: quod quidem mutationis genus alterationem eſſe affirmamus. Alcyo.

His quidem igitur qui ex uno omnia conſtituunt neceſſe eſt dicere generationem & corruptionem alteratiõẽ. ſemper enim manere ſubiectum unum & idem: tale autem alterari dicimus. Antiqua. F

Lec. ij.

SVPRA Ariſt. aſſignauit rationem, quare quidam antiqui philoſophi poſuerunt generationem ab alteratione differre. quidem autem non ex eo quod quidam poſuerunt vnum principium materiale, quidam autem multa, hanc rationem ſupra manifeſtauit quantum ad radicem oſtendens quod quidam philoſophorum poſuerunt multa principia. Nam ponentibus vnum principiũ abſolutior eſt ſermo q̃ qui plura. Nunc autem intendit ipſam rationem ſecundum ſe manifeſtare. Et circa hoc duo facit, primo manifeſtat ipſam rationẽ, ſecundo obijcit contra eam, ibi {Neceſſe eſt autem} Circa primum duo facit, primo manifeſtat quantũ ad ponẽtes vnum principium, ſecũdo quantum ad ponentes plura principia, ibi {His autem qui genera multa.} Dicit ergo primo quod omnibus G illis philoſophis qui ex vno materiali principio ponunt omnia eſſe producta neceſſe eſt dicere quod generatio & corruptio idem ſit alterationi, illud enim principium materiale ponebãt eſſe aliquod ens actu, puta ignem vel aerem aut aquam, & ponebant, quod illud eſſet ſubſtantia omnium quæ ex eo generabantur, & ſicut materia ſemper manet in his quæ ex materia fiunt, ita ponebant quod illud ſubiectum ſemper manet vnũ & idem, hoc autẽ dicimus alterari quãdo manente ſubſtantia actu exiſtentis fit aliqua variatio circa formas, unde ſequitur quod nulla tranſmutatio eſſe poſſit, qui dicitur generatio & corruptio, ſed ſola alteratio. Subiectũ gñationis & alterationis q̃do. Nos autem ponimus omnium generabilium & corruptibilium eſſe vnum ſubiectum, quod tamen non eſt ens actu, ſed in potentia, & ideo ex eo H quod accipit formam per quam fit ens in actu dicitur ſimpliciter generatio, & ex hoc quod poſtquam eſt ens actu factum, ſuſcipit aliam, quancunque formam dicitur alteratio. Deinde cum dicit.

Qui autem copioſiora elementa proponunt: ijs generatio ab alteratione uidetur differre: nam ex illorum coitione, & diſsipatione rei ortus efficitur: & interitus conſequitur: propterea Empedocles quoq; ita refert: nihil natura tenere uidetur. Miſtio ſed ſolum & miſtarum federa rerum. Itaq; perſpicuum eſt de his ita ſtatui oportere: tum quod talia uerba eorum præceptionibus familiaria ſint: tũ etiam quod ita docere conſueuerint. Alcyo.

His autem qui genera multa faciunt differre generationem ab alteratione: conuenientibus enim & diſſolutis ge- Antiqua.

I *neratio cõtingit & corruptio. Ideo dicit hoc modo Emp. quoniã natura nullius eſt: ſed ſolũ mixtura & ſegregatio mixtorum. Quoniã igitur proprijs hic ſermo eorũ ſuppoſitioni: ita loqui manifeſtũ eſt: & quoniã dicũt hoc modo.*

Manifeſtat prædictã rationem quantum ad ponẽtes plura principia, dicit quod illis qui faciunt multa genera principiorum materialium de quibus eſt ſupradictum, neceſſe dicere quod differat generatio ab alteratione inquantum illa conueniunt in vnum contingit ſecundum eos generatio, inquantum autem diſſoluuntur contingit corruptio. vnde Empe. dicit quod natura. i. forma corporis compoſiti ex elemẽti nullius elementorum eſt, neq; n. eſt de natura ignis, neq; de natura aquæ uel aliorum elementorum, ſed eſt ſolum mixtura. i. ſolum conſiſtit in natura quadam mixtionis, et oppoſita priuatio conſiſtit in ſegregatione mixtorum. Et quia ex hoc dicitur aliquid generari quod acquirit propriam naturam, ideo ponebant quod ex congregatione erat generatio & ex ſegregatione corruptio fieri, alterationē autem ponebant per ſolam tranſpoſitionem (ut infra dicitur) quia igitur iſte ſermo eſt proprius ſuppoſitioni eorũ. ſ. quod ita loquantur, manifeſtum eſt quod ita dicunt de differentia generationis & alterationis, ſicut dictum eſt.

Secũdũ Empe. forma nullius elem. est, ſed ſolũ mixtura.

K

Te. c. 5. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Quanquam autem huiuſce ſententiæ defenſoribus neceſſe eſt inter generationem: & alterationem diuerſitatem dare: tamen id fieri nequit ex ijs: quæ exponunt. Nec uero magnum eſt negotium perſpicere: hoc a nobis recte affirmari: ut enim aſpectu ſentimus: quanquam ſubſtantia interquieſcat: & incolumis ſit: tamen in eadem ipſa per magnitudinem eam fieri mutationem: quæ auctio & diminutio uocetur: ita alterationem quoq; effici: ac induci aſſerimus. Sed tamen qui plura uno rerum initia excogitarunt: alterationem minime ex ijs concedere poſſunt: quæ teſtata reliquerunt: propterea quod affectiones: quibus hoc ipſum obiri ſolet diſcrimina ſunt: quæ inter elementa explicentur: calorem dico: frigus: candorem: nigrorem: ſiccitatem: humorẽ: mollitiem: duritiem: & reliqua omnia: ut etiam Empedocles inquit. Candidus aſpicitur ſol: & feruere uidetur. At imber nigricans heret: rigiduſq; laceſſit. Eodem modo cæteras affectiones præfinitas uoluit. Quamobrem ſi minime fieri poteſt: ut ex ignis aqua oriatur: aut ex aqua terra: neque album nigruerit: neq; molle obduruerit: quæ quidem ratio in alijs etiã probabitur. At huiuſmodi mutationis genus alteratio eſt. Quapropter conſtat materiam unã: hoc eſt ſubiectum contrarijs ſemper ſuggerendam ſiue per locum: ſiue per auctionem & diminutionem: ſiue per alterationem mutatio fiat. Accedit etiam quod ſimili neceſſitate alteratio ſubdetur: atq; cõmune ſubijcitur ſtratum: quoniã ſiue alteratio eſt unum par eſt elementum ſubiectum eſſe: unamq; materiam omnium: quorum uiciſſitudo eſt: ſiue ſubiectum unum eſt: alterationem eſſe oportet.*

L

M

Antiqua. *Neceſſe eſt autem & his alterationem eſſe aliud dicere præter generationem. Impoſſibile tamen ſecundum quæ ab eis dicuntur: hoc autem quomodo recte dicimus facile eſt uidere. Quemadmodum enim uidemus quieſcente ſubſtantia in ea tranſmutationem fieri ſecundum magnitudinem quæ uocatur augmentatio & diminutio: ſic & alterationem.*

N *Sed tamen ex quibus dicunt plura principia facientes uno impoſſibile alterari. Paſſiones enim ſecundum quas his dicimus contingere differentiæ elementorum ſunt. Dico autem puta calefactum & frigidum: humidum, & ſiccum: album & nigrum: durum & molle: & aliorũ unũquodq; ut inquit Empe. Solem album uideri & calefactum. Imbrem in omnibus frigidum nigrum & nebuloſum. Similiter autem determinauit de reliquis. Quapropter ſi non poſſibile ex igne fieri aquam, neq; ex aqua terram, neq; ex albo nigrum erit aliquid, neq; durum ex molli. Eadem enim ratio & de alijs, hæc autem erat alteratio. Amplius autem & manifeſtum, quoniam unam ſemper contrarijs ſupponere oportet materiam, ſiue tranſmutetur ſecundum locum, ſiue ſecundum augmentationem & diminutionem ſiue ſecundũ alterationem. Amplius autem ſimiliter neceſſe eſt eſſe hoc & ſecundum alterationem. Si enim alteratio eſt & ſubiectum unum elementum, & una omnium materia habentiũ adinuicem tranſmutationem. Et ſi ſubiectum unum eſt & alteratio eſt.*

Vnam ſemper cõtrarijs ſupponere om nẽ materiã.

O

Improbat ea quæ dicta ſunt quantum ad ponentes plura principia. Nam ſecũdũ ponentes vnũ principiũ ex neceſſitate concluditur propoſitum, ſuppoſita ſua radice. Circa hoc ergo duo facit, primo obijcit communiter contra omnes. ſecũdo ſpecialiter cõtra Emp. ibi (Empe. quidem igitur.) Circa primum duo facit primo proponit quod intendit. Dicit quod his qui ponunt multa principia neceſſe eſt dicere quod generatio ſit aliud præter alterationē, vt dictum eſt, ſed tamen hoc eſt impoſſibile ſubſiſtere ſecundum ea quæ ab eis dicuntur, hoc facile poteſt videri ex his quæ ſequuntur. ſecundo ibi (Quemadmodum) Manifeſtat propoſitum duabus rationibus. Circa quarum primam proponit quãdam ſimilitudinē dicens, quod ſicut videmus quod ſubſtantia quieſcente. i. permanente accidit in ea tranſmutatio ſecundum magnitudinē quæ nominatur augmẽtatio & diminutio, & ita neceſſe eſt de alteratione ſecundum qualitatem. Nam ſicut quantitas fundatur in ſubſtantia ita & qualitas, ſed impoſſibile eſt per hũc modum fieri alterationē ſecũdũ ea quæ ponuntur ab his qui ſunt facientes plura principia, dicunt enim quod paſſiones. i. paſſibiles qualitates ſecundum quas dicitur hoc contingere. i. alterari, vt patet ex ſeptimo phyſico. ſunt differentiæ propriæ elementorum. ſ. calidũ frigidũ, album & nigrum, ſiccum & humidum, molle & durum & alia huiuſmodi ſicut Empe. dixit, quod ſol. i. ignis, ponebat enim ſolem igneæ naturæ. videtur enim eſſe albus & calidus imber vero. i. aqua videtur in omnibus eſſe niger frigidus & nebuloſus, ſicut patet ex ipſa obſcuratione aeris quæ fit per imbres. Et ſimiliter determinabant de reliquis paſſionibus attribuentes eas elementis. Dicebant autem quod non erat poſſibile ex igne fieri aqua aut ex aqua terram vel quocunque modo vnum elementorum conuerti in aliud. Non enim ponebant huiuſmodi elementa compoſita ex materia & forma, vt ſic poſſet ex vno corrupto aliud generari, ſed ponebant eſſe primas materias quæ non reſoluerentur in aliquod primũ ſubiectũ, oportet autē oē quod in aliud conuertitur reſolui in aliquod ſubiectũ primũ, impoſſibile eſt autē ꝓpria accidentia inueniri niſi in ꝓprijs ſubiectis, vnde ſi calidum eſt ꝓpriũ accidens

P

Te. cõ. 11.

Q

Secũdum antiquos vnum elementũ nõ poteſt ex alio fieri. & cõtratio.

A accidens ignis, frigidum aquæ, impoſſibile eſt calidũ eſſe niſi in igne, frigidum niſi in aqua, & ſi. de alijs. Si ergo ex aqua non poteſt fieri ignis, neq; ex vno elementorum aliud, conſequens eſt quod nec poſſit aliquid ex albo fieri nigrum vel ex molli durum, & eadem ratio eſt de huiuſmodi alijs qualitatibus. Cum ergo alteratio non contingat niſi ſecundum variationem dictarum qualitatum circa idem ſubiectum, conſequens eſt quod nulla erit alteratio, & ita nihil eſt quod ponunt differentiam inter alterationem & generationẽ. Secundam rationem ponit, ibi {Amplius autem manifeſtũ} Et dicit q̃ neceſſe eſt ſupponere vnã naturam contrarijs, quæ ſunt termini motus in quolibet. ſ. ſiue transmutatur aliquid ſecundum locum, ſiue ſecundum augmentum & diminutionem. Et ſimiliter neceſſe eſt hoc eſſe in alteratione, vt. ſ. ſi alteratio eſt, B ſit vnum ſubiectum & vna materia omnium habẽtium huiuſmodi transmutationem adinuicẽ. Et ſi eſt vnum ſubiectum eorum ſecundum quæ attenditur alteratio, ſequitur etiã quod ſit alteratio. Quia igitur prędicti philoſophi nõ ponũt vnũ ſubiectum omniũ qualitatum ſecundum quas attenditur alteratio, ſed plura, non poſſunt ponere alterationes & generationes. Differt autem hęc ratio a priori. Nam iſta aſſignat vniuerſalem cauſam medij quod aſſumebatur in prima ratione. Deinde cum dicit.

Qũo hęc rõ & pri dſtanc.

Alcyo.

Iam uero Empedocles non ſolum dicta cum ijs: quæ in conſpectu ſunt pugnantia uidetur proferre uerum etiam ſe non nihil ſibijpſi contrarium præbet: quandoquidem auctor eſt nullum elemẽtum diuerſum ex elemento diuerſo gigni: immo ex his ipſis reliqua omnia conſtare, ſimul nihil C *dubitat: quin cum uniuerſam naturam in unum contulerit: ſentiat: omnia: excepta ſimultate una e re quem ſpherum appellat iterum oriri: ut ex illo per differentias & affectiones. quæ ſeiungatur: modo aquam: modo ignem oriri conſtet: quemadmodum de ſole ſcribit: qui tum albus: tum calidus ſentiatur: & de terra quæ partim grauitatem partim duritiem habeat: quibus quidem differentijs interceptis (habere enim hanc naturam eas: ut ortas aſſuerat) neceſſario fieri: ut terra ex aqua: & aqua ex terra gignatur: & alia elementa eodem prodeant modo: non ſolum iam tum: ſed nunc etiam: cum per affectiones eorum uaſtitudo fit. Ex illius autem diſputatione licet intelligere eaſdem facultatem habere ad accedendum & recedendum: præſertim cum doceat inter principia illa gratiam & ſimultatem magna* D *etiam nũc fieri prælia. Quæ item cauſa fuit: cur etiam tum una ab re omnia conſtituerentur, quoniam unum pro rerũ omnium uniuerſitate haud recipi poſſe uidebatur, cũ ignis: aqua: terra adhuc ſubſtarent. At uero incertum eſt oporteat ne initium ſubſternere unum an plura: ignem inquam terram: & reliqua elementa cognato ordine illis ipſis reſpondentia: qua enim illud: ut materia ſubſternitur: ex cuius mutatione ignis: & terra per motum gignantur: unum agnoſcunt elementum: ſed qua hoc probatur ex illorum coeuntium compoſitione gignitur: & illa ex diſſipatione: quando magis elementaria ſunt & natura priorem ſtatum obtinent.*

Antiqua. Text. c. m. 2

Empedocles quidem igitur uidetur contraria dicere: & ad apparentiam: & ad ſeipſum ipſe. Simul autem non dicit alterum ex altero fieri elementorum ullum: ſed alia omnia E *ex his. Simul autem quoniam in unum coniungit omnem naturam præter litem. Rurſum unumquodque ex uno fieri. Quapropter ex uno aliquo manifeſtum: quoniam differentijs quibuſdam diuerſorũ: et paſſionibus factum eſt: hoc quidem aqua: hoc autem ignis. Quemadmodum dicit ſolem hoc quidem album & calciamentum & leuem. Terra autem graue & durũ. Ablatis igitur his differentijs (ſunt enim auferibiles geniteque) manifeſtum eſt quidem neceſſe fieri & aquam ex terra: & terram ex aqua. Similiter autem & aliorum unumquodque. Et non tunc ſolum: ſed nunc tranſmutari a paſſionibus. Sunt autem. ex quibus dicit Empedocles: poſſibiles aduenire & ſeparari. Rurſus et alter aduerſantibus adinuicem lite adhuc & amicitia. Ideoque & tunc ex uno generata ſunt. Nõ enim utiq; ignis & terra & aqua et entia unũ erant omne Incertum autem & utrum principium ei ponendum multa aut unum. Dico autem ignem & terram: & ſyſtica horum ſecundum id enim quod ut materia ſupponitur ex quo traſmutãtia: propter motum fiunt: ignis: & terra: & aqua unum elementum. Secundum id aũt q hoc ex compoſitione fit conuenientibus illis: illa autẽ ex diſſolutione: magis elemẽta quatuor illa et prima natura.*

Mũdi generatio eſt p litẽ, & corruptio per amicitiã ſm Empedo.

Tex. com 3 F

Diſputat contra Empe. ſpecialiter duabus rationibus. Circa quarum primam dicit q̃ Empe. videtur contraria dicere non ſolum his quæ apparent ſecundum ſenſum in quibus videmus ex aqua fieri aerem et ex aere ignem, ſed etiam videtur cõtraria dicere ſibi ipſi, ex vna enim parte dicit q̃ nullum elementorum generatur ex altero, ſed alia omnia elementa corpora componuntur ex eis. Ex alia vero dicit q̃ antequã G mundus hic generetur, contingit omnem naturã rerum congregari in vnum per amicitiam præter litẽ, & q̃ rurſus vnumquodq; elementorum, & etiam vnumquodque aliorũ corporum ſegregabitur per litem ſegregãtem res, vnde manifeſtum eſt q̃ p quaſdam differentias & paſſiones diuerſorum elementorum factum eſt per litem q̃ ex illo vno pro hoc eſſet aqua, & aliud eſſet ignis, & exemplificat de differentijs & paſſionibus, ſicut ipſe dicit q̃ ſol. ſ. ignis eſt albus, & calidus & leuis. Terra autem grauis & dura, Et ſic patet q̃ iſtę differentię de nouo ſuperueniũt elementis, omne autem quod de nouo aduenit poteſt auferri. Quia igitur differẽtię ſunt auferibiles vtpote de nouo genitę, manifeſtum q̃d ablatis huiuſmodi differentijs, eſt neceſſe fieri & aquam ex terra, & terram ex aqua, et ſimiliter vnumquodq; aliorum elemento- H rum ex alio. Et hoc non tunc ſolum ſ. in principio, ſed etiam nunc, & hoc per tranſmutationem paſſionum. Et q̃ talis tranſmutatio paſſionum fieri poſſit probat dupliciter, primo ex natura ipſarũ paſſionũ, quia ex his quę dicit Empe. ſequitur q̃ poſſit de nouo aduenire, puta per litem ſegregãtẽ et rurſus ſeparari ab elementis, puta per amicitiam venientem. Aliter ex cauſa illarum paſſionum, nam quia etiam nunc contrariãtur lis & amicitia ſicut in principio, ergo etiãnunc elementa poſſunt tranſmutari ſecundũ differentias et paſſiones, & ideo tunc. ſ. in principio mundi ex vno generata ſunt elementa ſuperuenientibus his differentijs. Non enim poteſt dici quod ignis terra & aqua exiſtentia actu eſſent vnum totum. Secundam rationem poſtea ponit, ibi. {Incertum autem.} Et dicit q̃

In generatiõe pereũt differẽtię ha' itę, & nouę acquirũtur.

I incertum eſt vtrum Empe. debuerit unum principiū
ponere vel multa ꝗuis ipſe multa poſuerit.ſ.ignem,
terram,& aquam, & alia quæ coexiſtunt eis. Id autē
dicit eſſe incertum quia ex quo vnum ponebatur,ex
quo ſicut ex materia fiunt ignis terra & aqua per ali-
quam tranſmutationem a ſe ſegregāte, videtur ꝙ
ſit vnum elementum. Sed inquantum illud vnum ſit
ex compoſitione elementorum in vnum conuenien-
tiū per amicitiam Illa autem ſcilicet quatuor elemen
ta inquantum fiunt ex illo vno per quandam diſſolu-
tionem per operationem litis, videtur magis ꝙ illa
quatuor ſint elementa & principia & prius natura,et
hoc magis attendebat Empe.ponens res fieri per cō-
gregationē & ſegregationem. Ariſ.tamen in præ-
cedenti ratione probat ꝙ neceſſe eſt elementa fieri
K non per ſolam ſegregationem,ſed per quandam trāſ
mutationem ſuperuenientem differentijs elemen-
torum,ex quo ſequitur contrarium eius quod inten-
debat Empe.ſ.ꝙ illud vnum ſit magis principium.
Deinde cum dicit.

Alcyo.

*Omnino de ſimplici ortu: & interitu diſputandum eſt:
illi ſint nec ne: & qua ratione: tum de reliquis ſimplicibus
motionibus percipiēdū qualis acceſſio habetur: et alteratio.*

Antiqua. Te. c. 4. Proponit intētionē ſuam Ariſt.

*Vniuerſaliter itaq; de generatione et corruptione ſimpli
ci elementorum dicendum. Vtrum eſt: aut non eſt: & quo-
modo eſt. Et de alijs ſimplicibus motibus: puta de augmen-
tatione et alteratione.* Lec. iij.

POSTQVAM philoſophus pſecutus eſt opi
nionem antiquorum circa differentias generationis
L & alterationis,hic incipit determinare de generatio-
ne & alteratione,et de alijs motibus. Et circa hoc duo
facit ,primo dicit de quo eſt intentio: ſecundo incipit
proſequi ſuam intentionem ibi. {Democritus autem
& Leucip.} Circa primū duo facit,primo ponit ſuam
intentionem. ſecundo aſſignat ſuæ intentionis ratio-
nem,ibi. {Plato enim igitur.} Dicit ergo primo, ꝙ
quia antiqui philoſophi dubitauerunt de differentia
generationis corruptionis & alterationis, dicendum
eſt nobis in vniuerſali de ſimplici generatione & cor
ruptione.i.ſecundum quam aliquid dicitur ſimplici-
ter generari & corrumpi,vtrum ſ.generatio ſimpli-
citer eſt,aut non. Nam ſecundum illos qui dicunt ge-
nerationē ab alteratiōe differre generatio ſimpliciter
eſt,non autem ſecundum eos qui eorum differentiam
negant,& ſi eſt ſimpliciter generatio, dicendum quo-
M modo eſt. Et ſi ſimpliciter eſt de alijs motibus qui or-
dināturquodammodo ad generationem ſimplicem,
ut ſupra dictum eſt, puta de alteratione & augmenta
tione. Deinde cum dicit.

Alcyo.

*Plato quanquam de ortu et interitu diſſeruit: ut rebus
uterque tribueretur: tamen de quouis genere ortus non diſ
ſeruit. ſed de eo duntaxat: quod elementis adſcriberemus:
de formatione autem carnis: oſſis: et reliquorum id genus
nullam facit mentionem Quinetiam nihil de alteratione: et
de auctione quo pacto in rebus efficerentur: ſcriptum reli-
quit. Deniq; nemo præter ea: quæ ad ſummam adhereſcunt
partem: quicquam intellegentia conſecutus eſt: unum tamen
excipio Democritum is enim præter cæteros tum de rerū
omnium cogitatione ſollicitus: tum initiorum eorum au-
etor uidetur: quæ ad oīa quadrare poſſint: idq; in alijs etiā
mutationibus. At qua ratione efficiantur: a nobis iam
diſſentit: ſiquidē nemo quicquam certi: ac definiti de auctio-
ne partium eo modo: quo nos præcepit: niſi quod dixerunt
(hoc etiam pronuntiare cuiuis uni de media plebe in prom
ptu eſt) ſimile per ſimile aggeſtum in maiorem augeri cor
pulentiam: ſed quo modo id fiat: minime adhuc expoſitum
eſt Ita de admixtione & de alijs: ut ita dicam: omnibus:
nihil explicati habemus: ut de actione & de pperſione: quo
pacto per naturæ effectiones hoc agat: illud patiatur.** N

Antiqua. Text. com. 5. Defectus Platō.

*Plato enim igitur ſolum de generatione ſcrutatus eſt &
corruptione: quomodo exiſtit in rebus: & de generatione
non omni. ſed de ea quæ elementorum. Quomodo autem car
nes fiant: aut oſſa: aut aliorum quid aliud talium nihil. Am
plius neque de alteratione neq; de augmentatione quomo- O
do exiſtit in rebus. Vniuerſaliter autem: iuxta ea quæ ſuper
ficietenus: de nullo aliquis conſtituit præter Democritum.
Hic autem uidetur de omnibus curam habere. Iam autem in
qualiter & quomodo differt. De augmentatione enim nul-
lus determinauit quidem: ut dicimus: niſi quod & quiuis
diceret quoniam adueniente ſimili augmentatur.*

Curioſitas Democritus.

*Quomodo autem hoc fiat non adhuc: neq; de mixtione:
neq; de aliorum conſimili (ut ita dicam) ullo: ut puta de fa-
cere: & pati: quomodo hoc quidem facit: hoc autem pati-
tur ſecundum naturales operationes.*

Aſſignat rationem ſuę intentionis ex eo quod ali-
qui philoſophi de his ſufficienter tractauerunt. Et di
cit ꝙ Plato inquiſiuit de generatione & corruptione
tantum quomodo ſint in rebus, non tamen de omni
generatione, ſed ſolum de generatione elementorū, P
non autem quomodo generentur carnes & oſſa, aut
aliquod aliorum mixtorum corporum, neq; etiam
tractauit de alteratione & augmētatione, quomodo
ſint in rebus. Et vniuerſaliter nullus aliorum philoſo-
phorum dixit determinate aliquid pręterea quæ ea
ſuperficietenus apparent niſi ſolus Democritus, qui
videtur curam habuiſſe de omnibus diligenter inqui
rere, ſed iam differt quomodo inquiſiuerint, nullus
enim nec ipſe nec alius determinauit de augmentatio
ne, vt ita ſit dicere, vt etiam non quicunque idiota di
cere poſſet, vt.ſ.augmentatio fiat adueniente aliquo
ſimili, ſed quomodo per aduentum ſimilis aliquid au
getur hoc nō dixerūt, neq; etiam aliquid dixerunt de
mixtione vel de aliquo alio conſimili, vt ita dicam,
puta de facere & pati ſ. quomodo hoc agat & hoc
patitur ſecūdū operationes naturales. Deinde cū dicit. Q

Alcyo.

*Verum Democritus & Leucippus imagines profeſſi: ex
illis ortum: interitum: & alterationem architectantur: unā
enim rem: & alteram concretione: & ſecretione fieri pu-
tant: tertiam ordine & ſitu.*

Antiqua. Generatio & alteratio ſm Democritū.

*Democritus autem & Leucippus facientes figuras alte
rationem & generationem ex his faciunt. Segregatione
quidem: & congregatione generationem & corruptionem.
Ordine autem & poſitione alterationem.*

Tex. cō. 25.

Incipit proſequi ſuum propoſitum, & primo de-
terminat de generatione & alteratione, eo quod eo-
rum cōnexa eſt conſideratio, ſecundo determinat de

A Tex.cõ.11. augmentatione, ibi. {De augmentatione autem.} Circa principium duo facit, primo ponit opiniones aliorum de generatione & alteratione, ſecundo determinat de eis ſecundum propriam opinionem, ibi. {Determinatis autem his} Circa principiũ duo facit, primo recitat opinionem Democriti qui de omnibus curam habuit vt dictum eſt, ſecundo inquirit de veritate ipſius, ibi. {Quoniã autem videtur omnibus.} Tex com 6. Circa principium duo facit, primo ponit opinionem Democriti, ſecũdo ponit rationem ipſius, ibi {Quoniam autem exiſtimabant} Dicit ergo primo, quod Democritus & Leucippus, qui faciebãt principia rerum corpora indiuiſibilia infinitarum figurarum, ex his cauſabant generationem & corruptionem. Dicebant.n. quod p congregationem & ſegregationem dictorũ corporum figuratorũ cauſabatur generatio & corruptio, B & ex permutatione autem ordinis & poſitionis dictorum corporum cauſabatur alteratio. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Sed cum ueritatem rerum fide eorum: quæ appareant: ſatis probari poſſe cenſuerint, hæc plane & contraria: & infinita ſint: nihil dubitarunt imagines eiuſmodi infinitas ita afferre, ut per immutationem rei compoſitum conſtituẽtis: idem modo huic: modo illi contrarium uideatur: ac per puſillam rem immiſſam diuerſus motus agatur: et omnino ſi qua res immutetur: idem appareat diuerſum: quod ex eodem literarum genere comedia pangatur: & tragedia.*

Antiqua. *Quoniam autem exiſtimabant uerum in apparendo: contraria autem ſunt & infinita quæ in ſenſu apparent:* C *figuras infinitas faciunt. Quapropter tranſlatione compoſiti idem contrarium uidetur alij: & alij, & tranſmutatur paruo adueniente: & uniuerſaliter aliud apparet uno trãſmutato. Ex eiſdẽ.n. tragedia & comedia fit literis.*

T.c.21. infra Aſſignat rationem dictæ poſitionis. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt quod ſicut dicit Philoſophus in 4. meta. quod quidam philoſophi poſuerunt verũ eſſe in apparendo, ita ſcilicet quod quicquid videtur alicui eſt verum, adeo quod etiam ponebant contradictoria ſimul eſſe vera, ſi diuerſis ita videretur, hoc eſt ergo quod dicit, quod quia Democritus & Leucippus exiſtimabant quod verum erat in apparendo & diuerſis hominibus contraria apparent & infinita, & oſtendit multiplicitas opinionum quæ eſt inter homines, ideo induxerunt infinitas figuras in primis rerum principijs, vt ex his ratio accipi poſſit infinitarũ opinionum. Et inde eſt quod per tranſlationem aliq̃ eius quod venit in compoſitionem alicuius totius cõtingit quod idem alio modo videtur alij & alij ſe habere, ſicut propter diuerſum ſitum collum columbæ videtur eſſe alterius & alterius coloris. Et huiuſmodi tranſmutatio ſituum ſit per aliquod modicum quod ſuperuenit, & vt vniuerſaliter ſit dicere, tranſmutato vno indiuiſibilium corporum videtur aliud & aliud. Et ponit exemplum in ſermonibus, quorũ prima principia indiuiſibilia ſunt literæ. Ex eiſdẽ autem literis trãſmutatis ſecundum ordinem aut poſitionem fiunt diuerſi ſermones, puta comedia quæ eſt ſermo de rebus ruſticanis, & tragedia quæ eſt ſermo de bellicis rebus. Igitur ſic apparet ratio, quare per variationem ordi-

Apud quoſdam philoſophos quicquid vt alicui eſt verum.

D

nis & poſitionis dicebat Democritus alterationem cauſari. Deinde cum dicit. E

A'cyo. *Et quoniam uniuerſis fere philoſophis generatio ab alteratione diuerſa uidetur: atq; etiam res per concretionem oriri: per ſecretionẽ uero in interitum trahi: eodemq; per affectionum mutationes in alterationem incidere exiſtimentur: intelligi facile poteſt: diligentiore adhibita obſeruatione: hæc omnia in diſputationem eſſe uocanda: quando quidem multiplicibus controuerſijs: non ſine ratione tamen propoſitis implicita ſunt: nam ſi generatio concretio ſit: multa: quæ nullo ſane modo fieri poſſint: dabuntur. At contra ſumme ijs rationes intendentur quæ nõ eius generis erunt: ut diſſolui facile queant: quippe cum non eueniat: ut aliter ſe habeat res: ſiue generatio non ſit concretio: ſiue nulla prorſus generatio: & alteratio ſit. Iam ut* F *hoc preſtetur: quamuis egre quæſtio explicari poſſe uideatur: tamẽ in eius explicationẽ uires ingenij intendẽde ſunt.*

Antiqua. *Quoniam autem uidetur omnibus pene eſſe aliud generationem & alterationem. Generari quidem enim & corrumpi congregata & diſgregata. Alterari autẽ tranſlatis paßionibus. De his ſcientibus conſiderandam Quæſtiones autem habent hæc & multas & rationabiles. Siquidem igitur generatio eſt congregatio: multa impoßibilia contingunt. Sunt autem rurſus rationes aliæ cogentes & non habiles ſolui q; non contingit aliter ſe habere. Et ſi non eſt generatio congregatio: aut uniuerſaliter non eſt generatio: aut ſi eſt: alteratio eſt. Aut ſi hoc difficile: diſſoluere tentandum eſt.* I

Inquirit veritatem huius opinionis, & primo oſtẽdit difficultatem circa hæc exiſtentem. Secundo incipit inquirere veritatem, ibi. {Principium autem} Dicit ergo q quia iam pene abolitis opinionibus priorum naturalium, qui ponebant idem eſſe generationem & corruptionem & alterationem, omnibus fere videbatur tunc temporis q aliud eſſet alteratio et generatio, ita ſcilicet q generatio eſſet p hoc q aliqua cõgregantur, & diſgregãtur, alteratio vero per hoc q per aliquorum tranſlationes diuerſæ fiũt paſſiones, neceſſe eſt conſiderare vt de his ſatiatur veritas. Habẽt enim hæc quæſtiones multas, & rationabiles, quia ſi generatio nihil eſt aliud q̃ congregatio multa impoſſibilia contingunt (vt infra patebit.) Ex oppoſito autem multæ inueniantur rationes, qui videntur cogentes, & non de facili ſolubiles, quibus concluditur Tex com.9. H. q nõ contingit aliter ſe habere, q̃ q congregatio ſit generatio. Vel omnino non generatio, vel ſi eſt, q ſit idem quod alteratio. Et quamuis hoc ſit difficile ſoluere, debemus tamen tentare ſoluere hanc difficultatem. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Ac diſceptatio quidem hæc ab eo initio repetenda uidetur: utrum cum principes magnitudines nullũ diſſectionis genus ferre poſſint: res ita gignãtur: alteraſcant: augeãtur; & quæ horum contraria ſunt: illis ipſis eueniant an nulla magnitudo indiuidua habẽda ſit: per magni enim intereſt. Ac rurſum ſi magnitudines indiuiduæ afferãtur: ſintne corpora hæc: ut Democritus & Leucippus ſenſerũt: an plana: quod quidem in Timæo non obſcure traditur.*

I Antiqua. Tex.com 7.

PRINCIPIVM *autem horum omnium utrum ſic generantur & augmentantur: alterantur entia: & cõtrarijs his patiuntur primis magnitudinibus exiſtentibus principijs omnium entium indiuiſibilibus: aut nulla eſt indiuiſibilis magnitudo. Differt enim hoc multum. Et rurſus ſi magnitudines ſint: utrum (ut Democritus et Leucippus) hæ corporeæ ſunt. uel (ut in Timæo) planities.*

Procedit ad ſoluendum prædictam difficultatem, & primo præmittit duas q̃ſtiones quę neceſſarię ſunt ad ſoluendum prędictam difficultatem. Secundo eas pſequitur, ibi. {Hoc quidem igitur.} Dicit ergo primo, ꝙ principium ad ſoluendũ omnia prędicta oportet accipere ad hoc ꝙ inquiratur primo, vtrum entia naturalia ſic generentur, & alterentur, & augmententur, & cõtrarijs motibus moueãtur, ꝙ ſint aliquę

K primę magnitudines indiuiſibiles, vel nulla indiuiſibilis, hoc enim multũ confert ad propoſitum. Secundo autẽ oportet inquirere ſi ſunt aliquæ magnitudines indiuiſibiles, vtrum illę magnitudines ſint corporeę, ſicut dixerunt Democritus & Leucippus vel ſicut planities id eſt ſuperficies, ſicut Plato ſcripſit in Timæo. Deinde cum dicit.

Alcyo.

A T *uero hac ſententia recepta: ut alio loco demõſtrauimus, nulla ratione probari poſſe uidebitur: ut corpora naturalia diſſolutionem uſq; ad plana ferant. Itaq; magis ueriſimile erit: corpora indiuidua eſſe: tametſi hoc etiã plurima: quæ rationi minus conſentanea ſint continet, hoc tamen modo alteratio & generatio, ut precipimus conſtitui*

L *poſſunt: cum imagines, eandem affectionem poſitione, ordine, & ſuis ipſarum differentijs moueant & traducant, quod Democritus ſenſiſſe uideri poteſt: & ob eam cauſam corporibus nullum ait illiniri colorem: quia poſitio eſt: quæ colorem inducat. At qui in plana ſecant: nec dum id probare ſatis poſſunt: quoniam cõpoſitio perlatũ nihil aliud efficit: quã ſolida, nec auctores ſunt ullã affectionẽ ex his prodire.*

Antiqua. 3. de cælo. Tex. com. 6.

Hoc quidem igitur ipſum (ut in alijs diximus) inconueniens uſq; ad planiciem diſſoluere. Ideo magis rationabile corpora indiuiſibilia eſſe. Sed hæc quidem multam habent irrationabilitatem Sed tamen & his alterationem & generationem contingit facere: ut dictum eſt, conuerſione et contactu tranſmutante idolum, & figurarum differentijs, quod fecit Democritus. Ideo & colorem hoc non inquiunt eſſe, conuerſione autem colorari. His autem qui in planitiam formas diuidunt non adhuc. Nihil enim fit præter ſo-

M *lida ex compoſitis. Paſsionem enim non ſuſcipiunt generari aliquam ex ipſis.*

Proſequitur præmiſſas quæſtiones, & primo proſequitur ſecundam, quam breuius pertranſit, ſecundo proſequitur primam, ibi {Habet autem quæſtionẽ.} Circa primam duo facit, primo oſtendit conuenientius poſuiſſe (quantum ad ea quę conſiderãtur in ſciẽtia naturali) Democritum q̃ Platonem. Secũdo cauſam huius aſſignat. ibi {Cauſa autem.} Dicit ergo primo, quod ſicut in tertio de cœlo dictum eſt, inconueniens eſt hoc ipſum, etiam ſecundum ſe conſideratum

Te. c. 6. & 29.

quod corpora naturalia reſoluantur vſq; ad ſuperficies, & ideo magis eſt rationabile q̃d ſint aliquæ magnitudines indiuiſibiles, ex quibus corpora naturalia

N componũtur, & quod huiuſmodi magnitudines indiuiſibiles ſint corpora, q̃ quod ſint ſuperficies, quamuis & hoc ipſum multam irrationabilitatem habeat ſcilicet quod ſint aliqua corpora indiuiſibilia, ex quibus corpora naturalia cõponuntur (ſicut partim oſtẽſum eſt in libro de cœlo) ſed tamen ideo eſt magis rationabile ponere corpora indiuiſibilia q̃ ſuperficies, quia his qui ponunt corpora indiuiſibilia eſſe principia corporum naturalium cõuenit aſſignare cauſam generationis & alterationis quæ quidem alteratio, ſicut dictum eſt, tranſmutat vnum & aliud per quandam conuerſionem corporum indiuiſibilium, & per alium modum contactus ſecundum diuerſum ſitum, & ordinem, & etiam ſecundum differentiam figurarum, ſicut ponebat Democritus aſſignans cauſam alterationis. Vnde Democritus ponebat quod calor & alię huiuſmodi qualitates naturales non ſit aliquid habẽs eſſe fixum in natura, ſed quod videtur aliquid coloratum per quandam conuerſionem. i. per aliquam variationem corporum indiuiſibilium ſecundum ordinem & ſitum. Manifeſtum eſt enim quod quædam nobis apparent, quorũ apparẽtia cauſatur ex aliquo modo reflexionis ſecundum ordinem aut ſitum, ſicut forma quæ apparet in ſpeculo, & ſicut colores yridis et huiuſmodi, talia ergo exiſtimabat eſſe Democritus omnes formas & qualitates rerum naturalium, & ſecundum hoc (ſuppoſitis ſuis principijs) ex diuerſitate poſitionis et ordinis cauſabat omnem diuerſitatem alterationis. Sed Platonici qui reſoluebant corpora in ſuperficies, non poterant aſſignare cauſam alicuius tranſmutationis formalis, quia ex ſuperficiebus quando componuntur adinuicem nihil eſt rationabile fieri niſi ſolida. Cum enim pũcta lineæ & ſuperficies purę ſint res mathematicę non poſſunt cauſare ex ſeipſis aliquam paſſionem naturalem, vnde ſicut ex punctis non fit niſi linea, & ex lineis non fit niſi ſupficies, ita ex ſuperficiebus non poteſt cauſari niſi corpus. Sed nec ipſi Platonici conantur ad hoc, quod ex miſtione ſuperficierum aſſignent cauſam alicuius paſſionis naturalis. Deinde cum dicit.

T. 73. li. pmo Rõnabilius ẽ principia ponere corpora indiuiſibilia, vt Democ. q̃ ſuperficies, ut Plato.

Democriti placitum tolerabilius.

O

Platonicorũ intolerabilius.

P

Alcyo.

Et certe nullius rerum uſus cauſa fuit, cur iſti ad ea radigarint, quæ omnium indicio nota occurrunt, & illuſtria. Qui autem rerum nature ſtudia uehementius coluerunt, maiorem omnino facultatem habent ad initia ea ſubdenda, ex quorum uſu poſſint multa connectere: cauſaſq; explicare rerum, quæ natura gignantur, cum alij propter magnam rationum mathematicarum copiam, quæ re uera conſiſtunt,

Q *minus contemplarentur, pauca quædam inſpicientes facile ſententiam interpoſuerint ſuam. Verũ ex his quoq; perſpexeris quam tum inter ſe differãt qui ut interpretes rerum nature, & ut artifices differendi ad hæc conſiderãda acceſſerit. Illi enim indiuiduas magnitudines probando: ſentiunt idem triquetrum multa eſſe. At Democritus ut rationum propriarum, naturæq; familiarium perſuaſus, ita ſtatuit, quod procedente diſputatione planum fiet.*

Antiqua. Inexperiẽtia Platonicos accuſat.

Cauſa autem quare non poterunt confeſſa uidere, inexperientia fuit. Ideoq; quicunq; magis inſuaderũt naturalibus, magis poſſunt ſupponere talia principia, quibus multa poſſunt complicare. Qui autem ex multis ſermonibus indocti exiſtentium entis intuentes, & ad pauca reſpicientes, facile

A

Ad pauca reſpicientes facile enũciat. Tex.cõ.8.

eſſe enunciant. Videbit autem aliquis ex his quantum differunt phyſice & logice intendentes. Qui enim aiunt q. indiuiſibiles ſint magnitudines, hi quidem inquiunt, quia autotrigonum multa erunt. Democritus autem uidetur proprijs phyſicis ſermonibus perſuadere. Manifeſtum autem erit quod dicimus procedentibus.

Aſſignat rationem quare circa hoc magis deficit Plato quã Democritus, & dicit quod cauſa huius quod Plato minus potuit videre cõfeſſa. i. ea quę ſunt oĩbus manifeſta, fuit inexperientia, quia. ſ. circa intelligibilia intẽtus ſenſibilia non intendebat, circa quæ eſt experientia. Et ideo illi Philoſophi qui magis ſtuduerunt circa res ſenſibiles & materiales, magis potuerunt adinuenire talia principia, quibus poſſent multa ſenſibilia adaptare. Sed Platonici qui erant indocti exiſtentiũ. i. circa entia naturalia & ſenſibilia, reſpiciẽtes ad pauca ſenſibilium quæ eis correſpõdebant ex multis ſermonibus vel rationibus. i. ex multis quæ in vniuerſali rationabiliter conſiderabant de facili enunciant. i. abſq; diligenti perſcrutatione ſententiam proferunt de rebus ſenſibilibus. Poteſt tamen conſiderari ex his quę prę manibus habẽtur, quod differunt in perſcrutatione veritatis illi qui conſiderabant phyſice. i. naturaliter attendentes rebus ſenſibilibus, vt Democritus, & illi qui conſiderabant logice. i. rationabiliter, attendẽtes communibus rationibus, ſicut Platonici. Ad oſtẽdendum enim quod magnitudines aliquę ſunt indiuiſibiles, Platonici logice procedentes, dicunt quod aliter ſequeretur quod autotrigonũ. i. per ſe triangulus, hoc eſt idea trianguli multa erit. i. in multos triãgulos diuidetur, quod eſt inconueniens. Ponebat enim Plato omnium ſenſibiliũ eſſe quaſdã ideas ſeparatas, puta hominis & equi & ſimilium, quas vocabat per ſe hominem & per ſe equum, quia ſcilicet logice loquẽdo homo ſecundũ quod eſt ſpecies eſt pręter materialia & indiuiduantia principia, ita quod idea nihil habet niſi quod pertinet ad rationem ſpẽi. Et eadem ratione hęc ponebant in figuris. Vnde ponebant ideam triangulorum ſenſibilium quæ dicitur autotrigonum, eſſe indiuiſibilem, alioquin ſequeretur quod diuideretur in multa, quod eſt cõtra rationem ideæ, ad quam pertinet quod ſit vnum præter multa, & ita non eſt incõueniens quod ſint multę ſuperficies triangulares indiuiſibiles conformes ideę. Et eadem ratio eſt de alijs ſuperficiebus. Sed Democritus videtur ſuadere quod ſint magnitudines indiuiſibiles per rationes proprias & naturales, vt manifeſtum erit in ſequentibus.

Quomodo philoſophi rerum ſenſibilium experiẽtia cõducat.

B

C

Idea ſenſibilium & figurarum.

Q̃õ logice loquitur Plato.

D

Alcyo. *Nam æſtimatione & queſtione dignum eſt: ſi corpus quodam & magnitudo quoquo uerſus diuidua afferatur, quod porro fieri poteſt, ecquid iam erit, quod diſſectionem poßit euitare? Si enim omnem in partem diuidua eſt: & ad id ipſum ſubeundum facultas ſuppetit; ſimul etiam omnem in partem ea diuiſa eſſe poteſt, quanquam ſimul omnem in partem non talis agnoſcatur. Quinetiam ſi hoc fieret, nihil quod fieri non poſſet, eueniret.*

Antiqua *Habet autem queſtionem, ſiquis ponat corpus eſſe & magnitudinem paßim diuiſibilem, et hoc quidem enim poßibile erit, qd diuiſiones effugiat? Si enim omnino diuiſibile, & poßibile hoc paßim, et ſimul erit hoc omnino diuiſum, et ſi non ſimul diuidatur. Et ſi hoc fiat nihil erit impoßibile.*

Lectio. iiij.

B

POSTQVAM Philoſophus oſtendit quod circa propoſitũ opinio Democriti potior erat quã opinio Platonis, & ratio Democriti erat magis propria, ad hoc manifeſtandum inducit rationem Democriti. Et primo ponit eam ſecundo ſoluit ibi {Sed & hic tẽtandum eſt ſoluere.} Circa primum duo facit, primo ponit rationem Democriti ad hoc impoſſibile ducentem ſcilicet quod corpus ſit omnino diuiſum. i. quantumlibet diuidi poteſt. Secundo oſtendit hoc eſſe impoſſibile, ibi {Quid ergo erit.} Circa primum duo facit, primo ponit rationem ad hoc impoſſibile ducentem. ſecũdo manifeſtat neceſſitatem dictę rationis ibi {Quapropter & ſecundum medium.} Circa primum conſiderandum, quod oportet ponere corpus vel componi ex indiuiſibilibus, vel eſſe diuiſibile omnino. i. totaliter ſecũdum quodcunq; ſignum. Et ideo Democritus ad oſtendendum quod corpus ſit compoſitum ex indiuiſibilibus corporibus, conatur oſtendere impoſſibile eſſe diuiſibile eſſe corpus ſenſibile, puta quod lignum aut lapis ſint diuiſibilia omnino, ideſt ſecundum quodcunq; ſignum datum in corpore. Et ideo dicit quod ſi quis ponit corpus aliquod puta ſenſibile, & magnitudinem quamcunq; puta ſuperficiem, vel lineam, diuiſibilem omnino. i. ſecundum quodcunq; ſignum datum, & ſi ponatur hoc eſſe poſſibile, remanet quæſtio quod eſt id quod effugit diuiſionem. i. quod remanet poſt diuiſionẽ. Neceſſe eſt. n. quod diuiſio quocunq; diuiſibili, remaneant aliquę partes diuiſibiles in quas fit diuiſio. Ideo autem dicit Demo. hoc habere quęſtionem, quia ſi corpus ſit omnino. i. ſecundum totum diuiſibile, & hoc ſit poſſibile, conſequẽs erit quod nihil prohibeat corpus ſimul diuiſum quantumcunq; diuidi poteſt, & ſi diuiſio non fiat ſimul, ſed ſucceſſiue, ſicut ſi poſſibile eſt aliquem hominem peruenire ad aliquem locũ, nihil prohibet eum perueniſſe illuc, licet nõ ſimul, ſed ſucceſſiue perueniat. Et ſi hoc ponatur, nullum impoſſibile debet ſequi, quia poſſibili poſito non ſequitur aliquod impoſſibile ſecundum Philoſophum primo priorum cap̃. 2. & 7. phyſicorum. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.9.

F

Rationes Democri probãtes corpus ex atomis componi.

G

Tex.cõ.9.

Alcyo. *Itaq; ſi ea media quoq; diſſecetur, de re idem ſtatuẽdum erit. Omnino ſi ad diſſectionem quoquo uerſum ſubeundam apta erat, atq; ſi in id incurreret: nihil quod fieri non poterat, euenit: cum nullum etiam ſequatur incommodum ſi magnitudo proponatur: quæ decies millies poßit diuidi, & in decem millia partium diuidatur quamuis nemo fortaſſe ſit: qui huiuſmodi conficiat diuiſionem. Cum igitur corpus uſquequaq; tale ſit, diuidatur.*

H

Antiqua. *Quapropter & ſecundum medium ſimiliter, uniuerſaliter autem ſi omnino innatum eſt diuiſibile, & ſi diuidatur nullum erit impoßibile naſcens. Quoniam neq; ſi in mille millia diuiſa fuerit magnitudo nullũ impoßibile: & ſi nullus utiq; diuidat. Quoniã ergo oĩno tale corpus diuidatur.*

Manifeſtat neceſſitatem prædictę rationis, ſi enim ponatur aliquod corpus diuiſibile per mediũ, & ponatur eſſe diuiſum per medium, nullum ſequitur incõueniens. Et hoc eſt quod dicit. Quapropter quia poſito poſſibili nullum ſequit̃ impoſſibile, ſimiliter erit ſi aliquid ponatur eſſe diuiſibile & diuiſum ſecundum

I medium, & vniuerſaliter ſi corpus eſt natum eſſe diuiſibile omnino, id eſt ſecundum quodcunq; ſignum: ſi diuidatur.i.ponatur eſſe diuiſum, nullum erit impoſſibile naſcens.i.ex hoc non debet impoſſibile naſci, quia neq; ſi aliquid eſt diuiſibile in mille milia partiũ, et ponatur eſſe diuiſum, nullum ſequitur impoſſibile, & ſi nullo modo diuidatur actu. Et ita videtur quod aliquod corpus ſit diuiſibile in paucas partes, ſiue in multas, ſiue totales, & tamen non videtur ſequi aliqđ impoſſibile, ſi ponatur aliqu d eſſe diuiſum inquãtum eſt diuiſibile. Quia igitur ſecundum ponẽtes corpus naturale non componi ex indiuiſibilibus corporibus, & eſſe diuiſibile, etiam ſecundum totum ponatur eſſe diuiſum, ſed hoc eſt impoſſibile, ergo & primum .ſ. quod ſit diuiſibile ſecundum totum, eſt ergo compoſitum ex indiuiſibilibus. Deinde cum dicit.

K

Alcyo. *Ecq; iam quæſo reliqua magnitudo fiet? Certe id fieri non poteſt. erit enim aliquid non diuiſum & diſſectum, ſed aſſerebatur omnem in partem diuidi poſſe. Quod ſi nullum aut corpus, aut magnitudo ſupererit, & diſſectio fiat: uel ex punctis, uel e rebus in nullam magnitudinem diſtentis, quoniã ex illis conditur, fiet, uel nihil omnino ſupereſſe cõſtabit. Propterea ex nihilo fiet, compoſitumq; erit. Vniuerſum igitur nihil re uera erit, ſed aliquid plane: quod appareat. Eodem modo ſi ex punctis inquient, nulla diſtendetur quantitas, cum enim in unius magnitudinis adhæſu ſe tangebat, & magnitudo unum erat, omniaq; ſimul continebãtur, nihil maius ipſum uniuerſum reddebant: quippe cum in unum, aut plura puncta continuo diuiſo, ipſum uniuerſum neq; maius, neq; minus: q̃ ante occurrere poterit. Quamobrem illa puncta nullam efficient corpulentiam, quanquam ſimul congeſta ſint omnia.*

L

Antiqua *Quid ergo erit reliquum? Magnitudo. Non enim erit poßibile, erit enim quid non diuiſum, erat autem omnino diuiſibile. Sed ſi nullum erit corpus, neq; magnitudo: diuiſio autem erit aut ex punctis, aut ſine diuiſione ea erũt ex quibus compoſitum eſt: aut nihil omnino. Quapropter & generabitur ex nihilo: & erit corpus compoſitum: & omne utiq; nihil: & non erit exiſtens: ſed apparens tantum. Similiter autem & ſi erit ex punctis non erit quantum. Quando enim tangebant ſe: & una erat magnitudo: uel ſimul erant, non faciebant maius omne. Diuiſione enim in duo uel plura, neq; maius neq; minus priore. Quapropter et ſi omnes componantur: nullam facient magnitudinem.*

M

Oſtendit eſſe impoſſibile quod corpus ſit totaliter diuiſum, ex hoc quod nõ eſt dare quid remaneat poſt diuiſionem. Primo ergo oſtendit quod non erit dare quid remaneat ex diuiſiõe, q̃ eſt principalis pars. Secũdo quod nõ erit dare quid remaneat quod ex incidẽti ſit elapſum. ibi {Sed & ſi q̃.} Dicit ergo primo ſi corpus ponatur omnino eſſe diuiſum quęrendum reſtat quid erit reliquum. i. quod remanet poſt diuiſionem, ſicut videmus remanere in omni diuiſione ea i quę diuiſum reſoluitur. Et primo oſtendit quod non remaneat magnitudo hoc enim eſt impoſſibile, ſequeretur enim quod adhuc remaneret diuiſibile non diuiſum. Diceretur autem vel quod magnitudo eſſet aliquid non diuiſibile, vel corpus non omnino erat diuiſibile, & ita oportet quod id quod remanet poſt diuiſionem, nullo modo ſit diuiſibile, cũ tamen ſupponatur ab aduerſario quod magnitudo ſit omnino diuiſibilis. N Secundo concludit qđ remanendo poſt diuiſionẽ, neq; ſit corpus, neq; magnitudo, & tñ ſit facta diuiſio ſecũdũ totum, ſicut dictum eſt, relinquitur aũt quod diuiſio erit ex punctis, ita quod corpus finaliter reſoluatur in puncta, & per conſequens ea ex quibus componitur erunt ſine magnitudine, aut ſequitur quod id qđ eſt reſiduum poſt diuiſionem ſit omnino nihil. Tertio oſtendit hoc ſecundum eſſe impoſſibile, quia cũ vnũquodq; generetur ex his in quę reſoluitur. Si ergo reſoluitur in nihil, ſequetur etiã qđ generetur ex nihilo, quod autem cõponitur ex nihilo nihil eſt. Sequetur ergo quod corpus de quo agitur ſit nihil, & etiam totum vniuerſum eadem ratione, ſed quicqd erit in rerum natura erit ſecundum apparentiam tantum, & nõ ſecundum exiſtentiam. O Quarto probatur primũ pręmiſſorum ſcilicet quod non fiat reſolutio in puncta, quia ſimiliter ſequeretur quod ſit corpus compoſitũ ex punctis, & ita vlterius ſequeretur quod nõ ſit quãtum ipſum corpus. Aut enim eſſet quantum, quia corpus diuideretur, aut quia puncta tangerent ſe, prout duo extrema duarum linearum ſunt ſimul non ſecundo modo, quia ex hoc erat vna magnitudo continua, & ſic ſimul erant omnia puncta, & nondum diſtincta erant adinuicem, & non faciebant totum maius. Punctum enim nihil eſt aliud q̃ quędam diuiſio partium lineæ. Nec primo modo, quia ex hoc quod aliquid diuiditur in duo vel in plura, non efficitur totum nec maius nec minus q̃ prius fuerit. Ita enim corpus magnũ ſicut paruũ põt diuidi ĩ duo vel plura, et ſic patet P quod puncta nihil ſunt aliud q̃ diuiſiones, & quod nõ faciunt aliquid maius, vnde relinquitur quod ſi pũcta componantur adinuicem non faciunt aliquid maius: Sic igitur videtur eſſe impoſſibile qđ corpus ſit omnino diuiſum, quia non poteſt aſſignari quid ſit reſiduum diuiſionis tanquam principalis pars corporis diuiſi. Deinde cum dicit.

Qđ corpus non reſoluat in puncta.

Atq; eadẽ ratio quadrabit: uel ſi affirmetur aliquid pinde, ac ſcobem e corpore per ſerram diſſecto colligi, atq; ita e reque omnino magnitudo ſit: corpus delabi. Quo enim pacto corpus tale diuiduum fuerit? Alcyo.

Sed & ſi qua diuiſio quaſi raſura ſerre fiet ex corpore: & ſic magnitudine quidem corpus egrediatur, idem ſermo. Illud autem quomodo diuiſibile. Antiqua.

Q

Oſtendit quod nõ poteſt aſſignari quid reſiduum diuiſionis tanquam aliquid quod elabitur. Et primo oſtendit quod tale aliquid non poteſt eſſe corpus. Secundo oſtendit quod non poteſt eſſe quodcunq; incorporeum ibi. {Si autem nõ eſt corpus.} Dicit ergo primo quod ſi diuiſo totaliter corpore, diuiſio corporis fiat, ita quod aliqua raſura ſecũdum rem elabatur ex diuiſione, præter principales partes in quas lignum diuiditur, & dicatur quod ex magnitudine corporali totaliter diuiſa egrediatur aliquod corpus.q. reſiduum, ſequeretur idem ſenſus qui & ſupra, quomodo ſcilicet poterit ſuſtineri quod illud corpus ſit adhuc diuiſibile, ſecundum ponentes corpus eſſe diuiſibile, cum poſitum ſit corpus naturale eſſe diuiſum omnino. Deinde cum dicit.

Quod

389

A Alcyo. *Quod ſi nõ corpus eſſe dicatur, ſed uel forma quędã ſeparabilis, uel affectio, quæ iam abierit, atq; etiam contendant magnitudinem pũcta eſſe, aut tactiones in quibus hoc ſit: abſurdum profecto: ut rrebus nulla concretis magnitudine, aliqua coaleſcat magnitudo. Præterea ubi conſiſtens? immobilia ne: an mobilia inducantur puncta: cũ tactus unus inter duo intercedat: ut quiddam omnino ſit præter tactũ & diuiſionem & punctum. Ergo ſi corpus uel quoduis, uel quantumuis omnem in partem diuiduum conſtituas: hæc omnia conſequentur. Accedit etiam quod ſi poteſt partitionem lignum, aut quoduis aliud renoues: profecto id rurſus æquabilem unius rei habitũ recipiet: itaq; ſic ſe habet: etiã ſi lignum per unamquamquam notam partitus fuerit: ergo facultate quoquo uerſum partitionem ſubijt. Et iam quid quæſo præter talem partitionem, hoc eſt puncta, per quæ* B *partitio facta eſt, relinquetur? At ſi in cõtinuo aliqua cõceditur affectio: qui magnitudo in affectiones & puncta diſſoluitur? aut ex illis componitur? aut certe qui eadem ipſa diſtrahuntur & dirimuntur? Quamobrem ſi fieri non poteſt: ut uel ex mutuis tactionibus, uel ex punctis magnitudines conſtituantur, neceſſe erit corpora, & magnitudines omnino indiuiduas eſſe. Sed iſti etiam nihilominus ea defendunt, quæ nulla ratione fieri poſſunt. Quanquam autem alio loco hæc accurate diſputata, quæſitaq; ſunt.*

Antiqua. *Si autem non eſt corpus, ſed ſpecies aliqua ſegregabilis, aut paſſio quidem quæ ſeceſſit. Et eſt magnitudo puncti uel tactus. Hoc patiens inconueniens: & ex non magnitudinibus magnitudinem eſſe. Amplius autem ubi erunt immobiles aut mutati puncti. Tactus enim ſemper eſt unus duorum* C *quorundam, quaſi ente altero præter tactum & diuiſionem & punctum. Si utiq; quis prædictorum ponet quodlibet, aut quãtitatem aut corpus omnino eſſe diuiſibile, hæc contingunt. Amplius ſi diuidẽs lignum compono, aut quid aliud: æqualiter & unum. Quapropter ſi ſic habet, manifeſtum quoniam & incido lignum ſecundum quodcunq; ſignum. Omnino igitur diuiſum eſt poteſtate: quid ergo erit præter diuiſionem? Si enim & eſt aliqua paſſio, ſed quomodo in hæc reſoluuntur: & generantur ex his? aut quomodo ſeparabuntur hæc? Quapropter eſt impoſsibile ex tactibus, aut ex punctis magnitudinem eſſe, neceſſe eſt corpora indiuiſibilia eſſe magnitudines. Sed & hoc ponentibus non minus contingit impoſsibile. Scrutatum eſt autem de his &* D *in alijs.*

Oſtendit quod huiuſmodi reſiduum nõ poteſt eſſe aliquod incorporeũ quodcunq; ſit, & hoc tribus rationibus. Circa quarum primam dicit quod ſi id quod egreditur a magnitudine totaliter diuiſa nõ ſit corpus ſed aliqua ſpecies. i. forma ſegregabilis, ideſt ſeparabilis a ſubiecto, aut etiã aliqua paſſio, ſicut ponit Anaxago. paſſiones & habitus ſeparari & miſceri, & ſe habet huiuſmodi paſſio ſecedens a magnitudine per modum puncti vel tactus. Illi qui hoc ponunt patiuntur primo quidem hoc incõueniẽs, quod magnitudo componatur ex non magnitudinibus, quod videtur incõueniens. Nam vnumquodq; conſtituitur ex rebus ſui generis. Non enim colores componuntur ex figuris nec econuerſo. Secundam rationem ponit. ibi {Amplius autem vbi.} Circa quod cõſiderandum eſt

Lineam componi ex punctis dupliciter exponit.

ꝙ lineam componi ex punctis poteſt exponi dupliciter. Primo modo ex punctis motis, ſicut quidam dixerunt ꝙ punctus motus facit lineam, & linea mota cõſtituit ſuperficiẽ, & ſuperficies mota corpus. Alio modo poteſt exponi ꝙ ex punctis etiam non motis conſtituatur magnitudo ſicut ex partibus. Vtrolibet autem modo magnitudo cõponatur ex pũctis, oportebit aſſignare vbi ſint puncta. i. quem ſitum habeant in magnitudine. Eſt enim aſſignare de ſingulis partibus ex quibus componitur magnitudo, ſed hoc non poteſt aſſignari, quia punctus nõ poteſt aſſignari in magnitudine niſi vt quidam tactus partium cõtinui, vel diuiſio partium lineæ iam diuiſæ, tactus autem ſemper vnus quorũdam duorum, quę ſcilicet ſunt partes magnitudinis habentes determinatum ſitum in magnitudine, quaſi illud quod eſt pars magnitudinis habẽs determinatum ſitum inter partes eius ſit aliquid præter ipſum tactum & diuiſionem, & per conſequens pręter punctum, non ergo videtur eſſe poſſibile ꝙ magnitudo diuidatur in puncta vel tactus aut diuiſiones, ſi ergo aliquis ponat quodcunq; corpus aut quantamcunq; quantitatem eſſe omnino diuiſibilem, cõtinget hoc inconueniẽs quod nunc dictum eſt. Tertiam ponit. ibi {Amplius ſi diuidẽs.} Et dicit, & poſtq; diuido lignum & quodcunq; corpus aliud, & iterum & eiſdem partibus compono illud, fiet æquale & vnũ corpus, quia ſcilicet eadem ſunt in quæ diuiditur & ex quibus componitur, vnde videtur ſimiliter ſe habere ſi diuido ſecundum quodcunq; ſignum (quod ſupra dixit, omnino) vt ſcilicet ex his in quæ diuiditur poſſit componi. Sit ergo lignũ omnino diuiſum poteſtate ideſt omnia in quę poteſt diuidi Quid igitur erit pręter diuiſionem? quia oportet omnem diuiſionem ad aliquid terminari, ſi enim dicatur quod id quod eſt reſiduum diuiſioni ſit aliqua paſſio, ſequeretur ꝙ corpus diuideretur in paſſiones, & ex conſequenti generabitur ex eis, quod eſt impoſſibile, quia neq; ſubſtantia neq; quãtitas generatur ex paſſionibus, aut etiam quomodo eſt poſſibile ꝙ paſſiones ſint ſeparatę? Vlterius autem concludit principale propoſitum dicens ꝙ ſi eſt impoſſibile quod magnitudo componatur ex tactibus aut punctis, ſicut prædictæ rationes concludunt, neceſſe eſt ponere quod ſint quædam corpora indiuiſibilia, & quod ſint quædam magnitudines indiuiſibiles, quia ſi corpus ſit omnino diuiſibile, ſequeretur quod componatur ex tactibus vel ex punctis, vt ex dictis patet. Vlterius autem poſt rationem Democriti ſubiungit Ariſto. quod hoc ponẽtibus. ſ. eſſe corpora indiuiſibilia non minus accidit impoſſibile, & hoc perſcrutatum eſt in alijs ſcilicet in tertio libro de cœlo.

E

F

G

H

Tex. cõ. 37.

Alcyo. *Nunc tamen in rationibus illorum diſſoluendis pro uirili elaborare debemus: ob eamq; cauſam ab initio controuerſia repetenda eſt. Enimuero nihil inſulſum, quodcunq; corpus per unamquamq; notam, tum diuiduum: tum indiuiduum eſſe, ut alterum facultate diuiduum ſit: alterum actu.*

Antiqua. Te com 9. Non eſt incõueniens omne corp⁹ ſenſibile eſſe diuiſibile ſecũdum potentiam non ſecũdum actum.

Sed & hic tentandum eſt ſoluere, ideo rurſus a principio quæſtionis dicendum. Omne quidem igitur corpus ſenſibile diuiſibile eſſe ſecundum quodcunque ſignum: & indiuiſibile non eſt inconueniens. Hoc enim poteſtate: hoc autem endelechia exiſtit. Lec. V.

POSTQVAM Philoſophus poſuit rationẽ

I Democriti, hic procedit ad eius ſolutionem. Et primo ponit de quo eſt intentio dicens q̃ tentandum eſt ſoluere prædictã dubitationem, & ideo vt melius ſoluatur oportet a principio repetere quęſtionem. Oſtẽſo enim breuiter in quo virtus quęſtionis conſiſtat facilius apparebit vbi debeat adhiberi ſolutio. Secũdo ibi. { Omne quidem igitur. } Proſequitur intentum. Et primo ponit veritatem Secundo ponit obiectiones Demo. contra veritatem ibi { Eſſe autem poteſtate ſimul. } Tertio ſoluit { Quoniam autem latet. } Dicit ergo primo quod non eſt incõueniens dicere vtrũq; horum ſcilicet quod omne corpus ſenſibile ſit diuiſibile, ſecundum quodcunq; ſignum, uel quod nõ ſit diuiſibile. Alterum enim horum in potentia eſt verum ſcilicet quod corpus ſit diuiſibile ſecundum q̃dcunq; ſignum. Alterum vero horum eſt verum ſecundum
K endelechiam, ideſt ſecũdum actum ſcilicet quod corpus ſenſibile non ſit diuiſibile ſecundum quodcunq; ſignum in actu. Deinde cum dicit.

Alcyo. *At fieri non poſſe uidetur: ut corpus ſimul quoquo uerſus diuiduum facultate ſit. Nam ſi hoc fieri poſſet, etiam ſi factum ſit, minime utrunq; ſimul actu eſſet: ut indiuiduum: & diuiſum eſſet, immo per quamuis notam diuiſum proponeretur: ergo nihil reliqui eſſet, atque corpus in rem corpore uacuam labefactatum delaberetur: & iterum aut ex pũctis, aut omnino ex nihilo orietur. Verum quo pacto id fieri poteſt? At enim perſpicuum eſt corpus in ſeparabileis: & in tenuiores magnitudines ſemper diuidi: caſq; etiã diſtare: & abiunctas eſſe. Nec uero ſi per parteis diſſeces, infinita fuerit diſſectio: nec per quamcunq, notam una diſſe*
L *ctionẽ ferre poterit: id enim fieri nequit: ſed aliquãtiſper. Ergo neceſſum eſt magnitudines indiuiduas, aſpectabiles non cõſtare. Siquidem rerũ ortus: et obitus eſt: alter per cõcretionẽ, alter p ſecretionẽ. Hæc quidẽ eſt ratio: quæ neceſſario cogere uidetur: ut indiuiduæ ponantur magnitudines.*

Antiqua *Eſſe autem poteſtate ſimul omnino diuiſibile impoßibile uidetur eſſe utiq;. Si enim poßibile & fieret utiq;. Non ut ſint ſimul actu ambo indiuiſibile & diuiſum: ſed diuiſum ſecundum quodcunq; ſignum: nullum igitur erit reliquum & incorporeum corpus corruptum, & generabitur utiq; quidem rurſus aut ex pũctis, aut omnino ex nihilo, & hoc quomodo poßibile? Sed quoniam diuiditur in ſemper diuiſibilia & ſemper in minores magnitudines: & in ſemota & diſgregata manifeſtum. Neq; itaq; ſecundum partem diui-*
M *dentis erit infinita fractura, neq; poßibile eſt ſimul diuiſum eſſe ſecundum omne ſignum. Non enim poßibile omnino: ſed uſq; ad quid. Neceſſe eſt igitur indiuiſibiles exiſtere magnitudines: & indiuiſibilia corpora. Et aliter ſit erit generatio & corruptio. Et hæc quidem ſegregatione: hæc autem congregatione. Cogens igitur ſermo eſſe magnitudines indiuiſibiles: hic eſt.*

Duę rões Democriti. Prima rõ. Ponit duas rationes Democriti contra ueritatem. Circa quarum primam dicit q; ſecundum obiectionem Demo. videtur impoſſibile quod corpus ſenſibile ſit ſimul diuiſibile in potẽtia omnino, ideſt ſecũdum quodcunq; ſignum (ſicut nuper dictũ eſt.) Credebat enim Demo. quod quicquid eſſet ſimul in potẽtia poſſet eſſe ſimul in actu, & argumentabatur, ſicut eſt poſſibile ſimul in potentia corpus ſenſibile omni-

Nõ eſt Ariſt. hęc impoſſibilitas quá ponit s. Tho.

N no diuidi, quod hoc fieret in actu, non quidem ita q; eſſet ſimul in potentia diuiſibile & actu diuiſum, ſed quod eſſet ſimul diuiſum actu ſecundum quodcunq; ſignum, ſed hoc oſtẽdebat eſſe impoſſibile, quia ſicut ex ſupradictis patet, ſequeretur quod nil incorporeũ eſſet reſiduum a diuiſione, & quod corpus corrumperetur in rem incorpoream, & ex conſequenti quod corpus generaretur ex aliquo incorporeo, aut ex pũctis, aut omnino ex nihilo, ſed hoc eſt impoſſibile, nõ ergo eſt poſſibile quod corpus ſenſibile ſit omnino diuiſum ſimul, neq; ergo videtur poſſibile quod ſit omnino diuiſibile in potẽtia. Sed quia uidemus ad ſenſum quod corpus ſenſibile diuiditur in partes adinuicem ſeparabiles, vel etiam in partes diuiſibiles, & maior magnitudo ſemper diuiditur in minores magnitudines, & totum coniunctum diuiditur in aliqua
O ſegregata & ſeparata, manifeſtum eſt hoc ita ſe habere. Nõ ergo eſt poſſibile neq; quod fiat diuiſio in infinitum ſecũdum partem, ita quod pars poſt partem a toto ſenſibili corpore ſepararetur, neq; eſt poſſibile corpus ſenſibile diuidatur ſimul ſecundũ quodcunq; ſignum. Neutrum enim horum eſt poſitũ, quia vtrobiq; videtur ſequi prædictum inconueniens Sed videtur quod diuiſio corporis poſſit procedere vſq; ad aliquem terminum, vnde ſequitur quod neceſſe ſit aliquas magnitudines eſſe indiuiſibiles, & aliqua corpora indiuiſibilia ſecundum Demo. Secũdam rationem ponit. ibi { Et aliter ſic erit. } Et dicit quod aliter etiam videtur eſſe neceſſarium eſſe corpora indiuiſibilia, poſito ſcilicet quod generatio ſit per congregationem, & corruptio ſit per ſegregationem, & hoc quidem neceſſarium erat ponere Demo. quia ponebat formas & naturas rerum determinari ſecundum poſitionem & ordinem, videmus autem quod totum cuius forma conſiſtit in poſitione & ordine, ſicut domus, non generatur niſi congregatione, neq; corrumpitur niſi ſegregatione, & ideo cum non ſit poſſibile in principijs generationis & corruptionis procedere in infinitum, ponebat quod eſſent aliqua principia prima, ex quibus congregabantur & in quæ ſegregabantur, & huiuſmodi dicebat eſſe corpora indiuiſibilia. Deinde cum dicit.

Secũda rõ.

Qua rõe Demo. ad hęc inducebatur

P

Alcyo. *At nunc ad orationem aggrediamur: qua illum fallaci admodum obratiocinatione decipi, & quatenus decipiatur, probemus. Cum enim punctum non tale agnoſcatur: ut puncto proximum ſit ratio naturæ omnem in partẽ diuiduæ magnitudinibus partim tribuitur: partim non tribuitur.*
Q *Cum autem id fuerit poſitum: ubicũq; ac omni in parte pũctum figi uidetur: ita ut neceſſario in nihilum penitus magnitudo ſecetur, quoniam in quouis loco punctum reſidet. Quapropter uel ex tactionibus: uel ex punctis magnitudo fuerit. Hoc autẽ eſt: ut in omni ineſt loco, quia unũ ubicunq; eſt, & uniuerſa, ut ſingula. Verum uno plura minime ſunt quod conſequentia non adhereãt. Propterea nõ uſquequaq; ſimul indita continentur. Si enim per medium diuidua concedatur, in puncto etiam proximo diuidua erit. Sed hoc fieri nequit nullum enim ſignum ſigno: aut punctum puncto proximum eſt: cum tamen id tale aut diuiſio: aut plane compoſitio ſit. Quãobrem ex ijs: quæ propoſuimus, conſtat concretionem & ſecretionem eſſe, nõ tamen in indiuidua, neq; ex indiuiduis, quoniã res multæ interuenirent abſurde: neq;*

eo pacto

A *eo pacto: ut quoquo verſum diuiſio peragatur: nam ſi punctum proximum puncto eſſet: nimirum id fieret. At ſecretio in paruas: atq; minores abit magnitudines: concretio ex minoribus conficitur.*

Antiqua.

Quoniam autem latet paralogizans: & quomodo lateat dicamus. Quoniam enim non eſt punctus puncto undiq; contiguus: non omnino eſt diuiſibile: eſt quidem qualiter exiſtit magnitudinibus: eſt autem qualiter non. Videtur autem quando hoc ponitur: & undiq; & ubiq; eſſe punctus. Quapropter neceſſe diuidi magnitudinem in puncta: ubiq; enim eſt punctum: quapropter aut ex tactibus aut ex punctis eſſe. Hoc autem eſt quod exiſtit ubiq;: quoniam una utiq; & omnis & unuſquiſq;: plures autem una non ſunt: conſequenter enim non ſunt: quapropter non ubiq;. Si enim ſecundum medium diuiſibile: & ſecundum contiguum punctum erit diuiſibile: non autem poßibile. Non enim eſt contiguum ſignum ſigno: aut punctum puncto: hic enim eſt diuiſio: aut compoſitio. Quapropter eſt congregatio aut diſgregatio: ſed neq; in atoma & ex atomis. Multa enim impoßibilia contingit. Neq; itaq; ut diuiſio fiat ubiq;. Si autē eſſet contiguus punctus puncto hoc utiq; eſſet. Sed in parua et minima eſt congregatio: et ſegregatio ex minimis.

Aſt diuidi in nihil.

B

Soluit prædictas rationes. Et primo primam. Secundo ſecundam. ibi. { Sed non ſimplex. } Circa primum oſtenſum eſt quod tota virtus rationis Democriti in hoc conſiſtit quod ſi corpus ſenſibile omnino eſt ſimul diuiſibile in potentia, quod ſit ſimul omnino in actu, ſed hæc conſequentia non tenet in oībus. Quędam enim ſunt de quorum ratione eſt eſſe in potentia, vnde in talibus non poteſt poni eſſe ſimul in actu, quod eſt ſimul in potentia, quia tolletur ratio & natura illius rei, quod quidem primo manifeſtum eſt in ſucceſſiuis. In prima enim parte diei ſimul poſſibile eſt eſſe horas diei, non tamen poteſt poni quod omnes horæ illius diei ſint ſimul actu, aufertur enim natura temporis, de cuius ratione eſt quod ſit numerus motus ſecundum prius & poſterius, ſi enim eſſet ſimul quælibet pars eius, iam non eſſet ſecundum prius & poſterius. Secundo apparet hoc in permanentibus. De ſubſtantia enim aeris eſt materia quæ eſt in potentia ad omnes formas, tamen non poteſt poni quod ex aere ſit generatum quicquid eſt poſſibile ex eo generari, quia tolleretur natura materiæ, quæ ſemper eſt in potentia ad omnes formas. Sic igitur contra rationē magnitudinis puta lineę eſt, quod ſit ſimul omnino actu diuiſa, vnde non ſequitur, ſi eſt ſimul omnino diuiſibilis in potētia, quod poſſit poni ſimul omnino actu diuiſa. Quod hoc ſit contra rationem lineæ patet. Nam diuiſio lineæ in actu nihil aliud eſt quam punctum in actu eſſe, ſi ergo eſſet ſimul omnino in actu diuiſa oporteret quod punctum eſſet vbique in actu in linea, & ita oporteret quod puncta eſſent contigua vel conſequenter ſe habentia in linea, hoc autem non poteſt eſſe, quia cum puncta ſint indiuiſibilia multorum punctorum contiguorum vnum non excederet aliud, quia vnum tangeret aliud ſecundum ſe totum, & ita omnes puncti non eſſent niſi vnus punctus. Non ergo poteſt eſſe quod puncti ſint vbique in actu per lineam, & ita contra ratione lineæ eſt quod ſit ſimul toto diuiſæ in actu. Et ita non ſequitur quod ſicut ſimul diuiſibilis omnino in potentia, quod poſſit poni omnino eſſe diuiſa in actu. Dicit ergo primo Philoſophus quod Demo. latet paralogicans, ideſt facit paralogiſmum latentem, & dicit quomodo lateat eius defectus. Quia enim punctus puncto non poteſt eſſe contiguus, & per conſequens non poteſt eſſe quod linea ſit omnino diuiſa in actu, & ita eſſe diuiſibile vbiq;, licet aliquo modo conueniat magnitudinibus ſcilicet in potentia, tamen quodammodo non conuenit eis. ſ. in actu, quia quando ponitur vbique eſſe diuiſa in actu videtur poni ex conſequenti quod vbique ſit punctus, cum punctus in actu nihil aliud eſt quam actu diuiſio lineæ. Si autem punctus eſt vbique in linea neceſſe eſt quod magnitudo diuidatur in puncta, cum nihil aliud in magnitudine inueniatur, vel etiam (ſecundum aliam literam) quod diuidatur in nihil, quia nihil erit reſiduum præter diuiſionem, ſi vbique ſit punctum quod eſt diuiſio. Et ideo ſequitur quod magnitudo vel ſit ex punctis, vel ex tactibus partium lineæ, ſiue diuiſionibus lineæ, quod in idem redit. Ponitur enim ſecundum prædicta, quod hoc quod exiſtit in linea ſit punctus, vel tactus, aut diuiſio, ſi linea ſit omnino ſimul diuiſa, ſed hoc nō poteſt eſſe, quia ſequeretur quod ſolum vnus punctus eſſet vbique, ideſt in qualibet parte lineæ, & quod omnes partes lineæ non plus continerent de ſitu quam vnuſquiſque eorum, immo quod non eſſent plures quam vnus, vel plures diuiſiones quam vna. Non enim poſſunt ſe habere conſequenter, ita quod vnum pūctum ſit poſt aliud, neq; qđ ſe tangant ſecundum vltima tantum, & ſecundum alia ſecernantur, quia cum ſint indiuiſibiles, ſecundū totum coniunguntur, & omnino omnes puncti coniuncti non ſunt niſi vnus, & ideo non eſt poſſibile quod ſit vbiq; per lineam, quia ſi linea eſſet diuiſibilis ſecundum totum ſui, & punctus eſſet contiguus puncto, poſſet etiam diuidi ſecundum contiguum punctum, ſi eſſet omnino diuiſibilis, ſed hoc eſt impoſſibile, quia non eſt contiguum vel habitum, ideſt conſequenter ſe habens punctum puncto, vel quodcunque ſignum ſigno, hoc autem pūctum in actu nihil aliud eſt quam actualis diuiſio lineæ, aut compoſitio ſiue tactus partium lineæ. Vnde cōcedendū eſt quod in corporibus ſenſibilibus inuenitur congregatio & diſgregatio, nō tamen indiuiſibiliū corporum aut ex indiuiſibilibus, multa.n impoſſibilia ſequerētur, vt in tertio de cœlo dictū eſt. Neq; ita quod diuiſio actualis lineę fiat vbique, hoc enim contingeret ſi punctus eſſet contiguus puncto quod eſt impoſſibile, vt ex dictis patet, ſed ſegregatio corporum eſt in aliqua parua & minora, cōgregatio vero eſt ex aliquibus paruis & minoribus, non autem ex minimis, quę oportet eſſe indiuiſibilia. Deinde cum dicit.

Solu primę introductio lię pulcherrima.

C

Eſſe i potētia eſt de ratiōe ſucceſſiuo.

Eſſe i potētia ptinet ad q̃dā pro uictia. ſ. materiā &c.

D

Ad magnitudinē & lineā.

E

Punctus i actu eſt actu diuiſio lineę.

F

G

T.c.7.&.8.

H

Enimuero ſimplex: & perfecta rerum generatio non cōcretione: & ſecretione deſcribitur: ut nonnulli inquiunt: cōmenti mutationem: quæ continuo in corpore efficitur: alterationem eſſe. Verum hoc eſt: ad q̄ oēs talis cōtrouerſiæ diſceptatores præcipiti: et lubrico errore quouis modo offendunt: propterea q̄ ſimplex rerum ortus: & obitus ſine ulla concretione & ſecretione conſtituendus eſt: illi tamen cū alterū in alterū mutatur: totū eiuſmodi mutatiōis genus exiſtimant alterationem eſſe: quod ſane a ſuperiori magnope-

Alcyo.

I *re differt: quandoquidem in ſubſtrato corpore alterū ſecundum rationem: alterum ſecundum materiam fieri putamus. Et certe quoties in his noua abſoluitur mutatio: toties generatio fit: aut interitus affertur: ſi in affectionibus id tale: & per accidens agitur pro alteratione habendum eſt.*

Antiqua. Tex.cō.10. *Sed non ſimplex & perfecta generatio congregatione & ſegregatione determinata eſt: ut quidam inquiunt. In continuo uero tranſmutatio & alteratio. Sed hoc eſt in quo falluntur omnia. Eſt igitur generatio ſimplex & corruptio non congregatione & ſeparatione: ſed quoniam tranſmutatur hoc in hoc totum. Alij autem exiſtimant alterationem eſſe omnem talem tranſmutationem: in hoc autem differunt. In ſubiecto hoc quidem eſt ſecundum rationem: hoc autem ſecundum materiam. Quando quidem igitur in his tranſmutatio generatio erit & corruptio. Quando autem in paßionibus & ſecundum accidens alteratio.*

K Gn̄atio & alteratio quo.

Solb ſecūda. Soluit ſecundam rationem Demo. per interemptionem. Et primo interemit generationem ſimplicem & corruptionem eſſe congregationem & ſegregationem, vt Democritus exiſtimabat. Secundo oſtendit conſequenter ad quid poteſt verificari dictum. Demo. ibi. { Segregata autem. } Dicit ergo primo quod non eſt ita dicendum, ſicut quidam dixerunt, quod ſimpliciter & perfecta generatio fiat per congregationem, corruptio autem per ſegregationem, & quod omnis tranſmutatio quæ fit in aliquo permanente ſcilicet non congregato nec ſegregato fit alteratio. L Credebant enim hoc accidere in rebus naturalibus ſicut accidit in domo, vel naui, & in huiuſmodi, quorum forma conſtat in cōpoſitione vel ordine. Non enim fiunt niſi per congregationem partium, neque corrumpuntur niſi per ſegregationem, quæcunq; autem alia tranſmutatio accidit præter ſolutionem continui, alteratio eſt. Hoc ergo eſt ex quo procedit tota fallacia. Gn̄atio qualiter ſit. Eſt enim generatio & corruptio in rebus naturalibus, quorum forma non eſt poſitio & ordo, non quidem per congregationem & ſegregationem, ſed quia fit tranſmutatio, ex hoc toto, ideſt non diſſoluto in partes, in hoc totum, quaſi non congregatum ex aliquibus partibus. Sed antiqui philoſophi putabant omnem talem tranſmutationē quæ fit aliquo toto integro manente eſſe alterationem, quod quidem non eſt verum, quandoq; enim poteſt eſſe ſimplex generatio, & quandoq; alteratio, ſed in hoc differunt, quia in ſubiecto aliquo eſt hoc quidē ſecūdū rationem .i. ſecundum formam, hoc autem ſecundum materiam. Nam corpus naturale actu exiſtens compoſitum eſt ex materia & forma, quando igitur eſt tranſmutatum ſecundum materiam & formam, ita ſcilicet quod materia accipiat aliam formam ſubſtantialem, erit ſimplex generatio & corruptio, quando autem eſt tranſmutatio ſecundum accidentia & paſſionem, erit alteratio. Deinde cum dicit.

Tranſmutatio ſm ſbam eſt gn̄atio vl̄ corruptio, ſʒ accn̄a vero alteratio.

M

Alcyo. *Sed tamen quæ coeunt: & ſecernuntur facilius in interitum uenire ſolent: nam ſi aquam in minores aquæ particis diuiſeris: maturius aer gignetur. Quod ſi eam una coegeris: tardius omnino idem prodibit elementum: quod quidem proxima diſputatione planius conſtabit. Nunc uero tā tum explicationis in hoc argumentum conferre uoluimus, quantum ſatis eſſe coniecimus ad probandū fieri non poſſe: ut quæ præcipue rerum ortus dicitur: talis concretio ſit: qualem nonnulli ex atomis dederunt.* N

Antiqua. *Segregata autem & congregata leuiter mutabilia ſunt. Si enim in paruißimas aquas aqua diuidatur: citius aer generatur, ſi autem congregetur tardius. Magis autē hoc erit manifeſtum in ſequentibus. Nunc autem tantum determinatum ſit: quoniam impoßibile eſt generationem eſſe congregationem: qualem quidam inquiunt.*

Segregatio & cōgregatio faciūt rē celeriores aut tardiores corruptioni.

Oſtendit quantum ad quid verificetur dictum Demo. Manifeſtum eſt enim quod aliqua ex hoc ſunt cōgregata vel ſegregata, redduntur leuius vel dificilius corruptibilia vel mutabilia, ſi enim aqua diuidatur in paruiſſimas partes, minus poterit reſiſtere actioni cōtrariā agentis, & ita citius ex aqua generabitur aer, ſi vero congregabitur multum de aqua, magis reſiſtet agenti, & ſic tardius corrumpetur vt exinde poſſit generari aer, & hoc manifeſtum erit in ſequentibus. Vltimo autem epilogando dicit nunc intantum eſſe determinatum quod impoſſibile eſt generationē eſſe congregationem, qualem quidam inquiunt ſcilicet ex corporibus indiuiſibilibus. O

Alcyo. *Principio cum hec ita definita ſint: perſpiciendum: ac diſquirendum uidetur: quippiam ne ſimpliciter: & gignatur & accidat: an proprie nihil tale fieri exiſtimare debeamus: ſed magis ex quopiam oriri quipiam: ut ex ægroto firmum: & ex firmo ægrotum: aut puſillum ex magno: & magnū ex puſillo: & cætera ſic omnia. Etenim ſi ortū rerū ſimpliciter eſſe contēdas: aliquid ex non ente fieri conſtabit.* P

Antiqua. Tex.cō.11. *Determinatis autem his: primo uidendum eſt utrum generatur aliquid ſimpliciter & corrumpitur. Aut proprie quidem nihil. Semper autem ex aliquo eſt aliquid. Dico autem puta ex laborante ſanum: aut laborās ex ſano: aut paruum ex magno: aut magnum ex paruo: et alia oīa fieri hoc modo. Si enim ſimpliciter erit generatio: ſimpliciter quidem quid generabitur ex non ente.* Lectio. VI.

Q̄ō an aliqd ſimplr̄ generat aut corrumpatur.

POSTQVAM Philoſophus determinauit de generatione & alteratione ſecundum opiniones aliorum. Hic incipit inquirere de eis ſecundum opinionem propriam. Et primo inquirit vtrum ſi aliqua ſimplex generatio ſecundum quam aliquid dicitur ſimpliciter generari. Secundo de differentia alterationis ad ſimplicem generationem. ibi. { De generatione autem & alteratione. } Circa primum duo facit. Q Primo dicit de quo eſt intentio dicens poſt determinationem prædictorum in conſiderationem veritatis. Tex.cō.12. Primo occurrit videndum vtrum aliquid generetur vel corrumpatur ſimpliciter vel proprie, proprie quidem & ſimpliciter ſiue principaliter nihil generatur vel corrumpitur, ſed ſemper generatur aliquid ex aliquo & in aliquid, quod videtur pertinere ad generationem vel corruptionem ſecundum quid, & inducit exemplum, puta cum ex laborante fit ſanum, nō enim fit ſanum cum ſimpliciter, quia & prius erat, ſed fit aliquid, ideſt ſanum cum prius non eſſet ſanum, ſed laborans, ideſt infirmum. Et eadem ratio eſt cum fit aliquid laborans ex ſano, vel paruum ex magno, aut econuerſo, & ſic de omnibus alijs quæ hoc

modo

A modo dicuntur, huiuſmodi enim generatio inuenitur in omni genere mobilium. Secundo ibi {Si enim ſimpliciter.} exequitur propoſitum. Et primo proponit dubitationem. Secundo ſoluit eam ibi. {De his quidem} Tertio obijcit contra ſolutionem ibi. {Quod autem ex his determinatis.} Circa primum duo facit. Primo ponit dubitationem. Secundum excludit quandam reſponſionem ibi. {Simpliciter autem.} Circa primum tria facit. Primo proponit quandam conſequentiam dicens, q̃ ſi ſit aliqua generatio ſimpliciter, ſequitur q̃ aliquid generabitur ex ſimiliter non ente. Secundo cum dicit.

Alcyo. *Quamobrem nihil mentietur: qui confirmarit non ens quibuſdam tribui: atq; eo magis: quod rerum generatio ex quodam etiam: quod plane omnis eſſentiæ ex pars eſt: poni-* B *tur: ex eo: quod neq; candoris colorem neq; pulchritudinis gratiam reddit: ita ſimplex generatio proponenda: hoc eſt e re: quæ omnino abſit.*

Antiqua. *Quapropter uerum erit dicere q̃ exiſtit quibuſdam nõ ens. Quædam enim generatio eſt ex non ente aliquo: puta ut ex non albo album: aut ex non bono bonum. Simpliciter autem ex ſimpliciter non ente.*

Oſtendit conſequens eſſe impoſſibile. Illud enim ex quo aliquid generatur poteſt dici illud, ſicut ex ligno generatur arca, poteſt dici q̃ lignum eſt arca, ſi C ergo ex non ente ſimpliciter generatur ens, verum erit dicere q̃ non ens exiſtit, ideſt ens, quod eſt contradictoria eſſe ſimul vera, ſic ergo videtur, & antecedens impoſſibile ſcilicet q̃ aliquid generetur ſimpliciter ex non ente. Sequitur autem hoc inconueniens, ſi dicatur ex non ente ſimpliciter fieri aliquid, ſicut ex ſubiecto non permanenti, non autem ſequitur ſi ponatur ex non ente fieri aliquid ſimpliciter ordine tantum, ideſt poſt non ens fit ens, ſed Ariſtote. hoc diſputatiue obijcit. Tertio ibi. {Quædam enim generatio.} Oſtendit neceſſitatem primæ conſequentiæ, ſicut enim ſe habet generatio quædam ad non ens aliquod, ſic ſe habet generatio ſimpliciter ad non ens ſimpliciter, ſed generatio quædam, ideſt ſecun- D dum quam aliquid dicitur ſecundum quid generari, eſt ex non ente quodam, puta ex non albo cum fit aliquid album, aut ex non bono cum fit aliquid bonum, ergo ſimpliciter generatio ſecundum quam aliquid generari ſimpliciter dicitur, erit ſimpliciter ex non ente. Deinde cum dicit.

(Q̃ſo genera valent.)

Alcyo. *Enimuero id quod ſimpliciter ens dicitur: aut primarium ens in quacunque cathegoria: uel ſummo potius genere indicat: aut commune: omniaque comprehendentem integritatem. Si igitur primum ſubſtantiæ ortus: ac rudimenta a nulla ſubſtantia ducentur: cui autem neque ſubſtantia: neque certum aliquid attribuitur: profecto reliquarum etiam cathegoriarum nulla ri reddetur: neq; quantitas neque qualitas: neq; ubi: quoniam affectiones eam conditionem & naturam haberent, ut poſſent ſubſtantiam deſerere ſuam. Quod ſi nullum omnino ens præcurrat: omniũ ſane in uniuerſum afferretur inficiatio: ergo id quod ortu efficitur: neceſſario ex nihilo efficitur.*

Antiqua. *Simpliciter autem non ens: aut primum ſignificat ſecundũ unum quodcũq; prædicamentorum entis: aut uniuerſale eſt & omnia comprehendens. Siquidem primum: ſubſtantiæ generatio erit ex non ſubſtantia. Cum enim non exiſtit ſubſtantia: manifeſtum eſt quoniam neque hoc: neque aliorum ullum prædicamentorum: puta neque quale neque quantum: neque ubi. Separate enim eſſent per ſe paſſiones a ſubſtantijs. Si autem non ens uniuerſaliter: negatio uniuerſaliter erit omnium: quapropter ex nullo neceſſe generari generatum.* E

Excludit quandam ſolutionem quæ poſſit dici diſtinguendo ens ſimpliciter. Vnde primo ponit ipſam diſtinctionem dicens quod ſimpliciter ens poteſt intelligi dupliciter. Primo modo vt ſignificat id quod eſt primum inter omnia prædicamenta entis prout ſimpliciter ens dicitur ſubſtantia. Alio modo ſecundum quod ipſum ſimpliciter dicitur ens vniuerſale quod omnia prædicamenta comprehendit. Et hoc modo ſimpliciter non ens poteſt dici vel quod non eſt ſubſtantia, vel quod nullo modo eſt ens. Secundo ibi. {Siquidem primum.} Oſtendit quod ſecundum vtrunque ſenſum ſequitur inconueniens, ſi enim ſimpliciter dicatur primum ens quod eſt ſubſtantia, F ergo & ſimpliciter non ens dicetur non ſubſtantia, ſi ergo ſimpliciter hoc generatio requirit quod ſit ſimpliciter entis ex ſimpliciter non ente, ſequeretur quod ſit ſubſtantia ex non ſubſtantia, ſed quando ponitur non eſſe ſubſtantiam, neque hoc, quod eſt demonſtratiuum indiuiſibilis ſubſtãtiæ, manifeſtum eſt quod nullum aliorum prædicamentorum remanebit, ideſt neque quale, neque quantum, neque vbi, quia ſequeretur quod paſſiones, ideſt accidentia ſepararentur ab his, quod eſt impoſſibile. Si autem dicatur quod id ex quo aliquid generatur ſimpliciter dicitur ens commune, ſequeretur quod hoc quod dicitur non ens intelligatur vniuerſaliter negatio omnium entium, vnde ſequeretur quod generaretur ſimpliciter generetur penitus ex non ente, quod eſt con- G tra ſententias omnium philoſophorum naturalium, qui ſcilicet de generatione naturali locuti ſunt. Deinde cum dicit.

(Ens ſignat aliquã quoddã cõe oĩbus prædicamẽtis, aliquã aũt primũ prædicamẽtorum ſ. ſbam, ita e contrario nihil ſiue non ens.)

(Per ſe paſſiones a ſba ſeparari eſt impoſſibile.)

Alcyo. *Et quamuis hæc alio exiſtimauimus loco: ac multam operam ad eadem ipſa plenius explicãda adhibuimus: tamen hic quoq; illa ſummatim repetenda: tractandaq; putamus. Optimum uero ſumetur initium ſi uixerimus id tale: quod gignitur: quodammodo ſimpliciter ex nihilo gigni, alio etiã modo e re: quæ ſemper ſubſtet. Nam poteſtate ens: actu uero non ens antegrediatur neceſſe eſt quod etiam utroq; modo accipi: dicique poteſt.*

H

Antiqua. *De his quidem & in alijs dictum eſt: & determinatum ſermonibus amplius. Breuiter autem & nunc dicendum: quoniam modo quidem aliquo ex non ente ſimpliciter generatur: modo autem alio ex ente ſimpliciter. Poteſtate autem ens: actu autem non ens: neceſſe eſt quod dicitur præexiſtere utroq; modo.*

(Gñã ſimplr ex nõ ente in actu, ex ente aũt i potẽtia, idẽ p̃ phy. t.c. 78. & 79.)

Soluit prædictam dubitationem, & dicit quod de iſta materia etiam in alijs libris ſcilicet in libro phyſico. amplius, ideſt diffuſius, & dubitationes poſitæ ſunt & determinationes, & ideo nunc breuius eſt dicendum quod ſimpliciter generatus aliquid ex non

I ente quodammodo & ex ente, oportet enim quod præexiſtit generationi eſſe potentia ens, non autem actu ens. Et ita verum eſt quod dicitur vtroq; modo ſcilicet ꝙ generatio ſimpliciter ſit ex ente, & non ente. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Atq; id cum hæc ita expoſita probataq; ſint mire tamen difficultatis cōtentionem excitat: quam re tractandā cenſemus: hoc eſt quanam ratione ſimplex generatio ſit ſiue illa proponatur e re: quæ facultate duntaxat ſit: ſiue quouis alio modo.*

Antiqua. Tex.cō.12. *Quod autem ex his determinatis habet mirabilem quæſtionem: rurſus tentandum quomodo eſt ſubſtantiæ ſimplex generatio, ſiue ex poteſtate ente: ſiue qualiter aliter.*

K Obijcit contra prædictam ſolutionem. Et circa hoc tria facit. Primo ponit obiectionem. Secundo huius occaſione introducit aliam quæſtionem & ſol- Tex.cō.13. uit eam. ibi. { De his autem quantum. } Tertio ſoluit Tex.cō.18. dubitationem prædictam. ibi. { Propter quid } Circa primum tria facit. Primo dicit de quo eſt intentio: & dicit quod quia etiam poſt prædictam determinationē inſurgit adhuc mirabilis dubitatio: rurſus oportet tentare quomodo ſimpliciter generatio ſit, ſiue ex ente in potentia, ſiue qualiter ſit alio modo. Secundo ibi.

Alcyo. *Etenim quærere poteris: an ſubſtantiæ generatio ſit: & certi huius, non talis, & tanti, & rerum plane earum: quæ in ſummo genere ubi reponunt. eodemque modo de rerum interitu quærendum eſt.*

L Antiqua. *Quæret enim quis an eſt ſubſtantiæ generatio: & hoc, quanti, & qualis, & ubi, eodem utique modo & de corruptione quæritur.*

Q̄ſtio ꝙ̄n tm̄ ſub̄a gn̄etur. Mouet quandam quæſtionem: vtrum ſcilicet generatio ſimplex ſit tantum ſubſtantiæ: & huius, ideſt indiuidui in genere ſubſtantiæ: non autem ſit quanti neque qualis, neque vbi, & aliorum prædicamentorum: quæ non ſunt ſimpliciter entia: & eadem quæ- Notandum. ſtio poteſt fieri de corruptione. Et hoc eſt ſupponendum pro certo quod generatio & corruptio ſimplex ſit ſolius ſubſtantiæ. Tertio ibi.

Alcyo. M *Nam ſi quid gignitur, conſtat quandam ſubſtantiam poteſtate eſſe: quæ actum minime obtineat: ex qua quidem generatio efficiatur: & in quam id, quod corruptum, & labefactum eſt: neceſſario mutetur, an aliorum ſummorum generum aliquod actu in eo inerit. hoc eſt, aut quantitas, aut qualitas, aut ubi. de eo loquor, quod facultate tantūmodo hoc eſt: & ens plane conſiſtit, ſimpliciter neq; hoc, neq; ens eſt. Si enim nihil penitus actu: ſed facultate omnia ſint: certe quod actu non ens eſt, ſeparabile dabitur, rerum quæ conſtitutio ex nihilo ante ſubſtrato efficietur: quod primi ſapientiæ ſtudioſi uerebantur ne affirmarent. ſin idipſum, non hoc certum: aut ſubſtantia ſit, ſed ſummum aliquod genus de his, quæ modo commemorauimus: nimirum affectiones a ſubſtantijs diſcluſe concedentur. id quod etiam ſupra teſtati ſumus.*

Antiqua. *Si enim quid generabitur manifeſtum eſt quod erit ſubſtantia aliqua poteſtate, actu autem non: ex qua generatio erit: & in quam neceſſe eſt tranſmutari quod corrumpitur. Vtrum quidem igitur exiſtit quid aliorum actu? dico autem puta aut erit quantum, aut quale, aut ubi: aut uero poteſtate ens & hoc ens: ſimpliciter autem neq; ens neque hoc ens. Si enim nihil: ſed omnia poteſtate: & ſeparatum contingit quod ſit non ens. Et amplius quod maxime timentes erant primi philoſophantes: ex nullo generari præexiſtente. Si autem hoc quidem eſſet hoc aliquid & ſubſtantia non exiſtit, aliorum autem prædicamentorum quid, erunt quemadmodum diximus ſeparate paßiones a ſubſtantijs.* N

Proſequitur dubitationem & dicit quod ſi non generatur ſimpliciter niſi quid, ideſt exiſtens in genere ſubſtantiæ: & id ex quo generatur aliquid eſt potentia ens ſicut dictum eſt: & non actu: ſequitur quod id O ex quo generatur ſubſtantia: & in quod tranſmutatur quando corrumpitur ſit ſubſtantia in potentia: non autem actu. Reſtat ergo quærendum vtrum ſit in actu aliquod aliud prædicamentorum: puta quantum, vel quale, aut vbi, vel quodcunq; aliud prædicamentorum: cum tamen ſit in potentia ens hoc, ideſt ſubſtantia quæ eſt ens ſimpliciter: ita tamen quod nō ſit ſimpliciter, ideſt in actu. neq; hoc, ideſt ne q; ſubſtantia: neque ens. Quæcunque autem pars dubitationis detur ſequitur inconueniens. Si enim nihil aliorum eſt in actu: ſed ſunt in potentia omnia genera prædicamentorum: ſequitur primo quod non ens ſit ſeparatum, ideſt quod materia quæ eſt in potentia: ſubiecta ſit priuationi quæ eſt non ens abſque omni forma. Secundo ſequitur id quod maxime timuerunt primi philoſophi: quod aliquid generetur ex ni- P hilo præexiſtente. Quod enim non eſt ens actu, nihil 1. phyſico. eſt. Si vero ponatur quod id ex quo generatur ſub- tex.cō.34. ſtantia non ſit hoc aliquid, ideſt indiuiduum in genere ſubſtantiæ: neq; ſit ſubſtantia in actu: ſed ſit in actu aliquod aliorum prædicamentorum ſequitur inconueniens quod prius induximus: quod ſcilicet paſſiones & accidentia ſeparentur a ſubſtantijs: quod eſt manifeſte impoſſibile. ſic igitur videtur ꝙ non poſſit eſſe generatio ſimpliciter hoc modo: ꝙ ſubſtantia generetur ex non ente actu: ente autem in potentia: vt prædicta ſolutio dicebat.

Itaq; horum omnium, quo ad præſentem ad rem pertinet, diſputatio ſuſcipienda: & cauſa quoque aperienda eſt: Alcyo. Q *cur generatio a natura ſemper obeatur. eam deſigno: quæ tum ſimpliciter: tum per parteis prodit. At cum una cauſa ſit: unde motus exordium capitur: altera unde materia promitur: conſtat de hac ipſa agendum eſſe, cum de illa in commentarijs, quibus rationem motus complexi ſumus, ſcriptum ſit, ubi probauimus perpetuo quiddam immotum & quiddam mobile ſemper eſſe. Cum autem principis philoſophiæ interſit: de immoto principio differere: de ea profecto re: quæ alia ideo mouet: quod ipſa continenti motu cieatur: paulopoſt differendum erit: quidnam tale cauſe ſit omnium: quæ tum natiua: tum mortalia dicantur. contenti quæ nunc duntaxat erimus cauſam in materiæ genere ſitam reddere: cuius beneficio aßiduus rerum ortus, & obitus nunquam a natura deferatur. Et fortaſſe uno quaſi teſtimonio controuerſia probe diſtrahetur: quæ nunc de*

ſimplici

A *ſimplici rerum generatione , & obitu allata eſt . quomodo
utraq; de re ſtatuere oporteat.*

Antiqua. Te.cō 13, Te.cō.14. De his autem quantum contingit tractandum : & que
*cauſa quare generatio ſemper ſit: & quæ ſimplex: & quæ
ſecundum partem . Exiſtente autem cauſa: una quidem unde
principium motus dicimus eſſe: una autem materia: talē au-
tem cauſam dicendum eſſe. De illa quidem enim dictum eſt
prius in de motu ſermonibus. Quod autem hoc quidem im-
mobile per omne tempus: hoc autem mouetur ſemper. Ho-
rum autem de immobili principio quidem diuidere alterius
philoſophiæ eſt opus. De continue autem moueri alia mouē
te. Poſt hec dicendum: quid tale ſingularum dictorum cau*
Tex.cō.15. *ſa eſt. Nunc autem ut in materiæ ſpecie poſitam cauſam di-
camus: propter quam ſemper generatio & corruptio non*
B *deſerunt naturam . ſimul enim forſitan fiet & hoc manife-
ſtum, & de nūc queſito quomodo oporteat dicere: & quo-
modo de ſimplici generatione & corruptione.* Lectio VII.

POSTQVAM Ariſto. contra præmiſſam ſo
lutionem obiecit : hic introducit aliam quæſtionem:
per cuius ſolutionem ſoluitur prædicta ſubiectio . Et
circa hoc duo facit. Primo introducit quęſtionem &
ſoluit eam. Secundo ex eius ſolutione procedit ad ſol-
Tex.cō.18. uēdum qōnem principaliter intētā. ibi { Propter quid
autem } Circa primū tria facit. Primo proponit quæ-
Tex.cō.16. ſtionem . Secundo proſequitur eam . ibi. { Habet au-
Tex.cō 17. tem quæſtionem.} Tertio ſoluit eam. ibi. { Quocirca
propter huiuſmodi . } Circa primum duo facit . Pri-
mo introducit quæſtionem: dicit enim ꝙ de his ſcili-
cet dubitatione præmiſſa tractādum eſt: quoniam cō-
C uenit propoſito: & vt melius declaretur inquirēdum
eſt quæ eſt cauſa ꝙ generatio ſit ſemper : & illa quæ
eſt ſimpliciter: & illa quæ ſecundum partem, ideſt ſe-
cundum quod . oportet enim ponenti modum perpe-
tuum & motum: ponere etiam generationem perpe-
tuam. Quod autem neceſſitatis habeāt rationes Ari.
circa perpetuitatem mundi : manifeſtauimus in octa-
Tex.cō.4. uo phyſico. Secundo exponit introductam quæſtio-
Ex mouēte & materia pōt accipi ppetuitatis motus nem : & dicit quod cauſa perpetuitatis generationis:
vna quidem accipi poteſt quæ dicitur vnde eſt prin-
cipium motus, ideſt cauſa mouens vel efficiens . Alia
cauſa poteſt accipi quæ eſt materia: talis nunc aſſignā
da eſt ſcilicet materialis, de cauſa enim mouente dictū
Tex.cō.37. eſt prius in ſermonibus de motu, ideſt in octauo phy-
ſi. ibi enim dictum eſt quod eſt quoddam mouens im-
D mobile per omne tempus ſcilicet motore cœli : aliud
eſt mouens quod ſemper mouetur ſcilicet cœlum. de
vno autem horum ſcilicet de mouente primo: deter-
minare pertinet ad aliam partem philoſophię quę eſt
Tex.cō.34. prima inter alias. vnde in duodecimo meta determi-
uit Philoſophus de cauſa perpetuitatis motus & ge-
nerationis: & de alio mouente ſcilicet quod cauſat ꝑ-
petuam generationem: propter hoc quod ipſum con
tinue mouetur . Poſtea in fine huius libri aſſignanda
eſt quod talis ſit cauſa ſingularium dictorum, ideſt ꝑ-
petuitatis generationis ſimpliciter & ſecundum quid.
Sed nunc oportet aſſignare cauſam propter quā ge-
neratio & corruptio in ſempiternum non deſerant
naturam rerum. cauſam dico poſitam in materiæ ſpe
cie, ideſt materialem cauſam . Et ne videatur hoc eſſe
præter propoſitum : ſubiungit quod forte ſimul ma-
E nifeſtabit quomodo oporteat dicere circa hanc quę-
ſtionem: & quomodo oporteat dicere de generatio-
ne ſimpliciter & corruptione . Deinde cum dicit.

Alcyo. *Illud etiam queſtionem non parui momenti affert ea-
que cauſa ſit generationis in perpetuū connectande ſiquidē
id quod interit, in non ens ſeceſſit. atque id quod non ens eſt
nihil prorſus eſt. nec enim ſubſtantia, nec quantitas, nec qua
litas, nec ubi. Si igitur ſemper quicquam eorum: quæ re ue-
ra ſunt, ſeceſſit: quare uniuerſitas rerum iam pridem conſe
cta, & plane conſumpta non ſit: cum præſertim finitum, &
circunſcriptum id erat ex quo gignuntur omnia.*

Antiqua. Tex.cō.16 *Habet autem queſtionem ſufficientem & que cauſa eſt:
q. complicatur generatio: ſi quod corrumpitur ad non ens
ſecedit. Non ens autem nihil eſt: neque enim illud quod eſt:*
F *neq; quale: neque quantum: neq; ubi: quod non ens. Si igitur
ſemper quod ens ſecedit: quare non conſumptum eſt olim
& inane ? Omne ſi finitum erat : ex quo ſit generato-
rum unumquodque ?*

Proſequitur quæſtionem introductam . Et primo
obijcit ad excludendum perpetuitatem generatio-
nis. Secundo excludit quaſdam reſponſiones. ibi. { Nō
enim vtiq;. } Dicit ergo primo quod videtur habere
dubitationem ſufficienter mouentem : quæ eſt cauſa
quare generatio complicatur & reſoluitur ſempiter-
ne circa rerum naturam: ſi id quod corrumpitur ſim-
pliciter cedit in non ens. Sicut enim quod generatur
ſimpliciter fit ex non ente ſimpliciter : ita quod cor-
rumpitur ſimpliciter videtur quod in non ens ſimpli-
citer cadat : ita quod hoc non ens : omnino nihil ſit.
Neque enim poteſt eſſe quid, ideſt ſubſtantia: quia cū G
corruptio ſit ſubſtantię ſimpliciter: oportet quod cor
ruptum ſimpliciter cadat in nō ſubſtantiā: & per con-
ſequens in non ens in quod determinatur corruptio:
oportet autem quod neq; ſit quale, neq; quantum, ne-
que vbi, neq; aliquod aliorum prædicamentorum, eo
quod accidentia non poſſunt eſſe ſine ſubſtantia. Si er-
go generatio & corruptio ſint ſempiterna : videtur
quod ſemper aliquod entium cadat in non ens : & ita
ſemper ſubtrahitur aliquid habentium naturam. Ma-
nifeſtum eſt autem quod omne finitum conſumitur:
ſi ſemper ab eo fiat ablatio . Si ergo totum vniuer-
ſum eſt finitum : ex quo generatur vnumquodq; en-
tium ? Si ergo generatio ab eterno fuit : olim debuit
eſſe conſumptum totum ens : ita quod iam non relin-
queretur niſi inane, ideſt vacuum . Deinde cum dicit.

H Alcyo. *Nec ea ratio congruerit, per quam ea non deſinere pro-
bantur: quoniam infinitas id tale eſt: ex quo generatio con
ſtituitur. id enim fieri non poteſt: uel eo ipſo: quod nulla ſa-
ne magnitudo infinita actu ſit: etiam ſi facultate in infini-
tum diuiſionem patiatur. idcirco oportebat hanc unam eſſe
cauſam , eandemq; omni ratione perpetuam , quod ſemper
aliquid minus fieret : id quod minime nunc uidemus .*

Antiqua. *Non enim utiq; propter infinitum eſſe ex quo genera-
tur non deficit . hoc enim impoſſibile eſt. non enim eſt actu
infinitum. Poteſtate autem eſt ut in diuiſione. Quapropter
oportet hanc eſſe ſolum cauſam non deficientem: quoniam ge
neratur quidem ſemper minus . nunc autem uidemus hu-
iuſmodi non.*

I Excludit duas obuiationes Quarum prima fuit an
Antiq attribuẽte princi pijs infinitũ. tiquorum naturalium: qui vt poſſint cauſare perpe-
tuitatem generationis attribuerunt infinitum princi-
pijs. Nam omnes qui poſuerunt vnum principium
vel ignem, vel aerem, vel aquam, vel aliquod me-
dium, dixerunt id principium eſſe infinitũ. Democri-
tus autem ponit ſpatium vacuum infinitum, & cor-
pora etiam indiuiſibilia infinita ſimiliter autẽ Anaxa.
ponit infinitas partes conſimiles eſſe principia. Om-
nia ergo hæc concludit Philoſophus dicens ꝙ non
poteſt dici ꝙ ideo generatio non deficit: quia infinitũ
eſt id ex quo generãtur: ſiue ſit vnum ſiue multa prin
cipia, hoc enim eſt impoſſibile, quia vt probatur in
Tex.com.37 tertio phyſicorum, & in primo, & nihil eſt actu infini
Tex.com.35 tum in natura. Secũdam obuiationem ponit & exclu
K dit ibi. {Poteſtate autem.} Poſſet enim aliquis dicere
ꝙ quamuis non ſit aliquid infinitum in actu, eſt tamen
in potentia, ſicut patet in diuiſione continui. Et ita poſ
ſet aliquis dicere, ꝙ ſicut a continuo, quamuis non ſit
infinitum actu, in infinitum aliquid per diuiſionẽ ſub-
trahitur, & tamen nõ totum conſumitur: ita in corpo
re naturali ex quo omnia generantur, quamuis nõ ſit
infinitum ſemper abſtrahitur aliquid per corruptio-
nem: qđ cedit in nõ ens, nunquã tamen totaliter conſu
mitur. Sed hoc excluditur, quia ſi a cõtinuo finito (vt
Tex.com.59 dicitur in tertio phyſicorum) ſemper abſtrahitur ea-
dem quantitas quantumcunq; ſit magnũ tandem con
ſumetur puta ſi a diametro cœli ſemper quis abſtra-
hat palmum ſed in infinitum cõtinuũ diuiditur, ſi ſem
per fiat abſtractio ſecundum eandem proportionem.
puta ſi continuum diuidatur per medium, & medium
L per medium. & ſic in infinitum & eadem ratio eſt de
quacunq; alia proportione. Sic autem diuiſione facta
manifeſtum eſt, ꝙ id quod poſt mediũ accipitur ſem
per erit minus eo quod prius accipiebatur. nam dimi
dium dimidij minus eſt ꝙ̃ dimidiũ totius. vnde Ariſt.
concludit ꝙ ſi hac ratione generatio & corruptio in
infinitum duraret, ratione ꝙ continuum in infinitum
diuiditur, oportebit ꝙ id qđ poſtea generatur ſem-
per ſit minus in quãtitate vt ſic ſemper minori exiſtẽ
te eo quod abſtrahitur a corpore. Hoc autem nõ vi-
demus ita accidere ꝙ ſemper ſit minus quod genera-
tur. nunquam autem totaliter conſumatur. hoc ergo
ꝙ generatio in infinitum duret & corruptio, non po
teſt eſſe ſimile diuiſioni magnitudinis in infinitũ. Dein
de cum dicit.

M
Alcyo. *An neceſſe eſt mutationem nunquam deſidem, aut ceſſan
tem eſſe: quoniam alterius occaſus: alterius eſt ortus: quod
etiam econtrario fit. Ita exiſtimare debemus hanc idoneam
eſſe cauſam: quam ob rem cuiuſq; ſubſtantiæ generatio, &
interitus ſemper fiat.*

Antiqua. *Quocirca propter huiuſmodi corruptionem alterius ge
Tex.com 17 nerationem eſſe: & huiuſmodi generationem alterius eſſe
Corruptio vnius eſt gñatio alterius & ecõtra, idõ generatio eſt ppetua. corruptionem, inquietam eſſe neceſſe eſt tranſmutationem.
De generatione quidem & corruptione ſimpliciter ſemper
circa unumquodq; entium, hanc exiſtimandum eſſe ſufficien
tem cauſam in omnibus.*

Excluſis falſis ſolutionibus concludit veram ſolu-
tionẽ ſcilicet ꝙ ideo neceſſe eſt eſſe generationis trã-
mutationem & corruptionis indeficientem vel inge-
tam, ideſt non ceſſantem: quia corruptio huius eſt ge- N
neratio alterius & econuerſo. Nam generatio per ſe Q̃ũo gñatio eſt ex ente actu p accñs, ex ente in potentia p ſe.
quidem eſt ex ente in potentiã, ideſt ex materia quæ
eſt ſicut ſubiectum rerum naturalium. Accidit enim
materiæ ex qua aliquid generatur ꝙ ſit ſubiecta alte-
ri formæ ſecũdum quã eſt ens actu, & priuationi for
mæ inducendæ ſecundum quam eſt non ens actu. Et
ideo Ariſt. dicit in primo phyſi. ex ente quidem actu Tex.cõm.66
per accidens: ex ente autem in potentia per ſe. Et ſimi
liter corrumpetur aliquid per ſe quidem in ens poten
tia, quod quidem ſubijcitur alteri formæ ſecundum
quam eſt ens actu, & priuationi prioris formæ ſecun
dum quam eſt non ens actu. & ita nõ dicitur ꝙ id qđ
corrumpitur ſecedat a tota rerum natura, quia quam
uis fiat non ens, hoc quod eſt corruptum, remanebit
tamen ens aliquid aliud quod eſt generatum, vnde O
non poteſt materia remanere quin ſit ſubiecta alicui
formæ. & inde eſt ꝙ vno corrupto generatur aliud:
& vno genito aliud corrumpitur, & ſic conſideratur
quidem circulus in generatione & corruptione, ra-
tione cuius habet aptitudinem ad perpetuitatem. Vl-
timo autem epilogando concludit ꝙ extimandũ eſt
prædictam cauſam eſſe ſufficientem, de hoc ꝙ gene-
ratio & corruptio ſimpliciter ſit circa vnumquodq;
entium in ſempiternum quod quidem oportet dice-
re ſuppoſita perpetuitate mundi & motus, quod ta-
men fides catholica non ſupponit, vt alibi dictum eſt. 8 phy. te. c 4. & infra.

Sed rurſus conſiderandũ uidetur: quam ob cauſam quæ- Alcyo.
*dam dicantur ſimpliciter tum oriri: tum interire: quedam
non item. Siquidem ortus alterius, interitus eſt alterius, &
contra: nam controuerſia non ſine ratione propoſita uide-* P
*tur: affirmamus enim interitum nunc ſimpliciter importa-
ri: & non ſolum huiuſce rei: & alterum ortum ſimpliciter:
alterum interitum eſſe: & aliud quamuis gignatur: tamen
non ſimpliciter gigni: propterea quod aſſerimus, qui diſcit
gnarum effici, non ſimpliciter.*

Propter quid autem nunc hæc quidem ſimpliciter dicun Antiqua.
tur generari & corrumpi: hæc autem non ſimpliciter: rur Tex.com.18
*ſus ſcrutandum. ſi idem eſt generatio quidem huius: corru-
ptio autem huius. & corruptio huius. generatio autem hu-
ius. quæret autem aliquis rationem. Dicimus enim quoniam
corrumpitur nunc ſimpliciter: & non ſolum hoc. hæc autẽ
eſt generatio ſimpliciter: hæc autem eſt corruptio. Hoc au-
tem generatur quidem ſimpliciter: hoc autem generatur
quidem non ſimpliciter. Dicimus enim dicentem fieri ſcien-* Q
tem: generari autem ſimpliciter non. Lectio. VIII.

SOLVTA dubitatione quam introduxerat de
continuitate generationis, hic accedit ad ſoluendum
quæſtionem principaliter intentam. Et circa hoc duo
facit. primo mouet quæſtionem. ſecundo ſoluit eam.
ibi {Quemadmodum enim determinauimus} Dicit
ergo primo ꝙ iterum eſt perſcrutandum: quare quę
dam dicuntur ſimpliciter generari, & quædam corrũ
pi, quædam autem non, ſicut dictum eſt in determina
tione præcedentis quæſtionis, ꝙ generatio huius eſt
corruptio illius, & corruptio huius eſt generatio alte
rius. videtur enim hoc requirere quãdam rationem.
Nam ex quo adinuicem generantur & corrũpuntur,
videtur ꝙ eadem ratione ſit ſimpliciter generatio &
corruptio vnius & alterius. Dicimus enim in diuerſis

quæ

A quæ non ex inuicem generātur, quoniam aliquid corrumpitur ſimpliciter, & nō ſolum ſic, ideſt ſecundum quid. Et ꝙ quædam eſt ſimpliciter generatio ſeu corruptio: & ꝙ quædam generantur ſecundum quid, & non ſimpliciter, ſicut dicimus ꝙ ille qui adiſcit fit quidem ſciens, quod eſt fieri ſecundum quid: non tamen fit ſimpliciter, quia ſimpliciter erat etiam antequam eſſet ſciens. De vtroq; ergo conſiderādum eſt ſcilicet quare in generatis ex inuicem, quędam dicuntur generari ſimpliciter, & quædam ſecundum quid, & quare etiam hæc differentia contingat in his quæ non ex inuicem generantur. Deinde cum dicit

Alcyo.

Quod etiam ſæpenumero definiuimus, perſpicue teſtati, quędam hoc certum ſignificare, quędam non eiuſmodi eſſe, quamobrem id euenit, quod in diſceptatione ponebatur, & controuerſia. Etenim ea magnopere inter ſe diſcrepant, ad

B *quę id tranſit, quod mutatur, ut fortaſſe patens uia, qua ad ignem pergitur, ſimplex generatio conſtituenda ſit: alicuius autē interitus: ut terræ. At terræ generatio quędam omnino generatio eſt, non tamen ſimpliciter. interitus nimirum ſimpliciter conſequitur ut ignis, quemadmodum ſentit Parmenida, qui ens & non ens duo eſſe tradit ignem & terrā. Sed nihil refert hæc an talia ſubijciendo ita ſtatuerit Parmenida, quoniam non ſubiectum: in quo ſpectantur diſcrimina: ſed ipſum plane diſcriminum modum ueſtigamus. Ergo uia, quę ad non ens ſimpliciter ducit, interitus ſimplex eſt, quę uero ad ſimpliciter ens, ortus generatioq; ſimplex eſt. Omnino quibus præfinita ſunt, ſiue igni & terra, ſiue*

C *alijs quibuſdam eorum alterum ens, alterum non ens habetur. Et iam is modus unus eſt, quo id, quod ſimpliciter tum gignitur, tū interit ab eo differt, qđ ſimpliciter tale nō eſt.*

Antiqua.

Quēadmodum enim determinauimus multotiens dicētes, quoniā hoc quidē ſignificat hoc aliquid: hoc āt nō. propter hoc cōtingit quod quæritur. Differt.n.in quod trāſmutatur

De hoc ſuſi⁹ 4 phy. t c 49

tranſmutans. puta forte quæ in ignem iam generatio ſimpliciter, corruptio autem alicuius eſt, puta terræ. Terræ autem generatio aliqua generatio. generatio autem non ſimplex: corruptio autem ſimplex: puta ignis: Quemadmodum Parmenides dicit duo ipſum ens & non ens eſſe inquiens ignem & terrā. Hæc quidem aut talia alis ſupponere nihil differt. Modum enim quærimus: ſed non ſubiectum. In non ens igitur ſimpliciter uia eſt corruptio ſimpliciter. In ſimpliciter autem ens eſt generatio ſimpliciter. Quibus igitur determinatum eſt: ſiue igni: ſiue terræ: ſiue aliquibus alijs: erit hoc quidem ens: hoc autem non ens. Vno quidem igitur modo differt in hoc generari ſimpliciter & corrumpi a non ſimpliciter.

Corruptio ſimpliciter. Gñatio ſimpliciter.

D

Soluit præmiſſam quæſtionē. & primo in his quæ generantur adinuicem. ſecundo in his quæ non generantur adinuicem. ibi {Dicuntur autem hæc quidem.} Circa primum duo facit. primo ſoluit quæſtionem. ſecundo epilogat. ibi {Eſſe quidem igitur.} Circa primum ponit modos ſecundum quos contingit adinuicem generari, quomodo ſcilicet vnius generatio ſit alterius corruptio ſimpliciter, & alterius ſecundum quid. Circa quorum primum dicit ꝙ ſicut multotiēs determinatum eſt, quædam quę affirmatiue dicuntur ſignificant hoc aliquid, ideſt quoddam ens, quædā vero ſignificant non ens: & ex hoc contingit id de quo dicitur ꝙ quædam dicuntur generari vel corrumpi ſimpliciter, quædam ſecundum quid. Differunt enim quātum ad hoc, quid ſit illud in quod aliquid tranſmutatur per generationem & corruptionem, puta ſi dicamus ſecundum opinionem Parmenidis ꝙ ignis ſit ens & terra non ens, tranſmutatio quæ eſt via in ignē, puta ſi ex terra generetur ignis, diceretur generatio ſimpliciter quia eſt via in ens, corruptio non ſimpliciter ſed alicuius ſcilicet terræ quæ non eſt ens. econtra autem generatio terræ erit generatio aliqua, non autem generatio ſimplex: quia eſt generatio non entis: ſed eſt corruptio ſimplex, quia eſt corruptio entis ſcilicet ignis: ſic enim Parmenides dixit duo eſſe principia rerum ſcilicet ens & non ens: appellās ens ignē: & non ens terrā, forte propter hoc ꝙ ignis inter alia elementa habet plus de forma: terra autē minus. Hoc autem exemplum non procedit ſecundum ſententiam Ariſto. qui exiſtimauit vtrunq; ens, & ideo ſubiūgit ꝙ nihil differt ad propoſitum talia exempla, vel alia ſupponere. Quęrimus enim inducendo exempla, modum, ſed non ſubiectum: non curantes vtrum ſcilicet ſic ſe habeat in his terminis vel quibuſcunq; alijs. Et propter hoc etiam in libris logice vtitur exemplis ſecundum opiniones aliorū Phyſicorum quæ non ſunt inducenda: quaſi ſint verba Ariſt. Hoc igitur ex pręmiſſis eſt accipiendum ꝙ corruptio ſimplex eſt quæ eſt via in ſimpliciter nō ens, generatio ſimpliciter quę eſt via in ſimpliciter ens. Determinetur ergo quod dictum eſt de generatione & corruptione ſimpliciter, vel ſecundum quid, ſiue in igne & terra, ſiue in quibuſlibet alijs terminis, dūmodo ita ſe habeant quod vnū ſit ens & aliud non ens, ſicut dicamus viuum & mortuum, vel aliquid aliud huiuſmodi. Concludit igitur quod vno modo differt ſimpliciter generari & corrumpi & non ſimpliciter, ſicut dictum eſt. Sed videtur quod hæc differentia non ſit conueniens via enim quæ eſt in ſimpliciter non ens, quam dicit eſſe corruptionem ſimpliciter, nō poteſt intelligi in id quod eſt omnino nihil, quia omnis naturalis corruptio fit per reſolutionem in aliquam materiam. Similiter etiā nō poteſt intelligi non ens ſimpliciter quod ſit priuatio pura ſine forma, quia materia nūquam denudatur ab omni forma, ita quod ſit ſola ſub priuatione. ergo oportet quod per non ens in quod tendit corruptio ſimplex intelligatur priuatio, quę eſt adiuncta alicui formæ, cuilibet autem formæ naturali in generabilibus & corruptibilibus adiūgitur priuatio. Non ergo dicetur magis vnum generari & corrumpi ſimpliciter, in his quæ adinuicem generantur & corrumpuntur ꝙ aliud. Dicendum eſt ergo quod non ens ſimpliciter, intelligitur hic materia cum priuatione, adiūcta alicui formæ. Sed duplex eſt forma. vna quidem perfecta quę complet ſpeciem alicuius rei naturalis, ſicut forma ignis, vel aqua, aut hominis, aut plantę. alia eſt forma incomplecta quæ neq; perficit aliquam ſpeciē naturalē, neq; eſt finis intentionis naturæ, ſed ſe habet in via generationis vel corruptionis. Manifeſtum eſt enim in generatione compoſitorum, puta animalis, quod inter primum principium generationis quod eſt in ſemine, & vltimam formam animalis completam, ſunt multæ generationes mediæ, vt Auicē. dicit in ſua ſufficientia: quæ neceſſe terminantur ad aliquas

Tex. cō. 20. Primo modo quo dr gñatio & corruptio.

E

Duo pncipia rex ens & nō ens ſz Parm.

Exēpla quō ſumantur.

F

G

Dubium.

H

Solutio. Non ens ſimpli qd. Duplex eſt forma.

I

Separata aīa nō ſtatim ſit reſolū i elnta

formas: quarum nulla facit ens completum ſecūdum ſpeciem:ſed ens incompletum, quod eſt via ad ſpeciē aliquam. Similiter autem etiā ex parte corruptionis, ſunt multæ formę mediæ quæ ſunt formæ mediæ incomplete.non enim ſeparata anima, corpus animalis ſtatim reſoluitur in elementa: ſed hoc fit per multas corruptiones medias: ſuccedentibus ſibi in materia multis formis imperfectis: ſicut eſt forma corporis mortui,& poſtmodum putrefacti:& ſic tandem fit ultimum complementum ſucceſſiue.

Dētōp reſolū

Quando igitur ꝑ corruptionem peruenitur in priuationem,cui adiūgitur talis forma in materia, eſt corruptio ſimpliciter. Quando autem ex priuatione cui adiungitur forma imperfecta:quæ erat via generationis: peruenitur ad formam completam: eſt generatio ſimplex. Deinde cum dicit.

K

Alcyo.

Alter modus proponitur per materiam: hoc eſt per corpora ſimplicia qualiſcunq; ea ſit: cuius enim rei differentiæ certum aliquid magis ſignificant, idipſum magis eſt ſubſtantia.At ſi orbitatem,non ens eſt.ut calor,qui cathegoriæ,hoc eſt eſſentiæ,habituſue locum obtinet,ac ſpeciei: frigus autem orbitatis:quandoquidē hæc ipſa habitus:& orbitatis diſcrimina inter ignem,& terram ponuntur.

Antiqua.

Iſta gñatio dī gñatio dulcis & triſtis.5.phiſi tc.com.58.

Alio autem modo qualitercunq; materia quædam utiq;. Cuius enim magis differentiæ hoc aliquid ſignificant magis ſubſtantia.Cuius autem priuationem non ens. Puta ſi calidū prædicamentum aliquod & ſpecies:frigiditas autem priuatio. Differunt enim ignis & terra his differentijs.

L

Scds modus quo dī gñatio & corruptio.

Ponit ſecundum modum:& dicit quod alio modo erit quædam generatio & non ſimpliciter qualiſcunque materia erit, ideſt ſi habeant aliquam naturam id in quod eſt corruptio dummodo habeat aliquem defectum. Illud enim cuius differentiæ magis ſignificant hoc aliquid: magis eſt ſubſtantia. Illud autem cuius differentiæ magis ſignificant priuationem: magis eſt non ens. Sicut calidum eſt quoddam prædicamētum, ideſt quoddam affirmatum ſine priuatione: & eſt ſpecies,ideſt forma: frigiditas autem eſt priuatio: his autem differentijs differunt terra & ignis. Si autem terra eſt naturaliter frigida ignis naturaliter calidus:et ideo ignis eſt magis ſubſtantia: terra autem magis accedit ad non ens.

Primū dubiū quō fridit[as] dicaſ priuatio.

M

Primo autem oportet conſiderare quomodo hic dicatur quod frigiditas ſit priuatio: cum frigidum & calidum contrariæ opponantur:contrariorum autem vtrorunq; eſt natura aliqua: alioquin nō eſſent in eodem genere:nam priuatio & non ens non eſt in genere. Dicendum autem eſt quod(ſicut oſtenſum eſt in.10.metaph.)oppoſitio priuationis & habitus eſt principium oppoſitionis cōtrariorum:& ideo ſemper aliud contrariorum eſt cum defectu & priuatione quadam reſpectu alterius. Dicitur ergo frigidū priuatio:non quia ſit priuatio pura:ſicut cęcum & nudum: ſed quia eſt qualitas deficiens reſpectu calidi.

Tex.cō.15.

In quo dſant primus & 2ᵘˢ modus.

Vnde in hoc differt iſte modus ſecūdus a primo. Nā primus modus accipiebatur ſecundum differentiam entis & non entis ſimpliciter. Hic autem accipitur ſecundum differentiam entis perfecti & imperfecti.

Scdm dubiū, quō terra & ignis differāt calō & frido.

Secundo oportet conſiderare: quomodo hic dicatur quod terra & ignis differant his differentijs ſcilicet calido & frigido. Oportet enim hoc intelligi de differētijs ſubſtantialibus:alioquin non pertinerent ad generationem & corruptionem: ſed magis ad alterationem: principia autem differentiarum ſubſtantialium quæ ſunt conſtitutiue ſpecierum oportet eſſe formas ſubſtantiales: quæ ſunt ſpecifice. ſecundum hoc ergo ſequitur quod calor & frigus ſint formæ ſubſtantiales ignis & terræ: quod eſt omnino impoſſibile.

N

Qd calor & frigus nō ſint foirę ſubales. Qd in vno ē accńs nō pēt in alio eē ſba

Primo quidem: quia non eſt poſſibile quod idem ſit in vno accidens:& in alio forma ſubſtantialis: niſi equiuoce diceretur. Calidum autē & frigidum in alijs corporibus ſunt accidentia:de quibus tamen vniuoce dicuntur cum elementis:ex quorum mixtione in eis huiuſmodi qualitates inueniuntur. Non ergo poteſt eſſe quod calidum & frigidum in elementis ſint formæ ſubſtantiales.

Forma ſubalis non ꝑcipit̃ ſenſu.

Secundo,quia nulla forma ſubſtantialis eſt ſenſu perceptibilis:ſed ſolum intellectu:cuius obiectum eſt quod quid eſt: vt dicitur in tertio de anima.

O

Formę autem quod ſunt ſenſu perceptibiles ſunt qualitates ſpeciei q̄ ob id dicuntur paſſibiles:quia ſenſibus inferunt paſſiones:vt dicitur in pręſentis.

Capite de qlītate.

Cum igitur calidum ignis & frigidum terræ vel aquæ ſint ſenſu perceptibilia, non poſſunt eſſe formæ ſubſtantiales.

Tex.cō.5.

Dicēdum eſt ergo quod ſicut habetur ex octauo meta.differentiæ ſubſtantiales:quia ſunt ignotę:per differentias accidentales manifeſtantur: & ideo multotiēs vtimur differentijs accidentalibus loco ſubſtantialiū: & hoc modo Philoſophus hic dicit calidum & frigidum eſſe formas ſubſtantiales ignis & terræ.

Dfię ſubales ꝑ accidētales manifeſtanſ.

calidum enim & frigidum cum ſint proprię paſſiones horum corporum, ſunt proprij effectus formarum ſubſtantialium eorundem. Et ideo ſicut aliæ cauſæ intelligibiles innoteſcūt per effectus ſenſibiles:ita & perfectione calidi & imperfectione frigidi perpendimus quod forma ſubſtantialis ignis eſt perfectior q̄ forma ſubſtantialis terrę.

Proprietates ſūt proprii effectus formarū ſubalium.

P

Omnes enim formę ſubſtantiales differunt ſecundum magis & minus perfectum. vnde in octauo metaphy. dicitur. quod ſpecies rerum ſunt ſicut numeri:quorum ſpecies variantur ſecundum additionem & ſubtractionem.

Tex.cō.10

Tertiū dubiū quō dicatur qd eē magis ſubam.

Poteſt etiam dubitari de hoc quod dicit quod cuius diffinitio magis ſignificat hoc aliquid magis eſt ſubſtantia: cum tamen dicatur in prædicamentis quod ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus. Sed dicendū quod ꝑ hoc non intendit ſignificare intenſionem & remiſſionem ſubſtantiæ in prędicamento ſubſtātiæ: ſed maiorem & minorem perfectionem in ſpeciebus ſubſtantię ſecundum dictā formarum differentiam. Tertium modum ponit ibi.

Q

Alcyo.

Sunt etiam multi, quibus hæc potius differre uidentur per ſenſilem,& nō ſenſilem naturam: ut auctores ſint: quoties mutatio in materiam conficitur ſenſilem, toties generationem excitari: & cum in abditam obſcuramq; ſecedit, interitum afferri: propterea quod ens a non ente ita diſtinguunt: ut ſenſum, aut patiatur, aut non patiatur: quemadmodū de entis intelligētia ſtatuunt. Nam id eſſe inquiunt,quod cognobile ſit:id autē non eſſe:quod cognobile non habeatur: quia ſenſum perinde ualere ſuſpicantur,ut ſcientiam.

Antiqua.

Tex.cō.19.

Videtur aūt magis multis ſenſato et nō ſenſato differre. Quādoquidē.n.in ſenſibile trāſmutatur & in materia generari inquiunt. Quando autem in non materiam corrumpi. Ens enim & non ens in ſentire & non ſentire determināt: quemadmodum quidem ſcibile ens.ignotum autem non ens.

ſenſus

A *ſenſus enim ſcientiæ habet uirtutem.*

Tertiꝰ modꝰ. Circa hæc facit. Primo ponit tertium modum ſecundum quem aliqui aſſignant differentiam generationis & corruptionis ſimplicis & ſecũdum quid. Secundo oſtendit huiuſmodi falſitatem. ibi. {Quemadmodum igitur.} Tertio comparat hunc modum ſecũdo. ibi. {Cõtingit itaq;.} Dicit ergo primo qđ multis videtur quod ſimpliciter generatio: & ſecundũ quid magis differũt per hoc quod eſt magis & minus ſenſibile ꝙ ſecundum perfectionem & imperfectionem ſuarum differentiarum: ſicut in ſecundo modo dicebatur. Dicunt enim quod quando aliquid tranſmutatur in materia quæ bene poteſt ſentiri: tunc genrratur aliquid ſimpliciter: puta quando aliquid tranſmutatur in terram vel in aquam. Quando autem tranſmutatur aliquid in id quod non eſt manifeſtum ſenſui dicunt illud corrumpi ſimpliciter: puta in aerem. Et horum ratio eſt: per hoc quod determinabant aliquid ens & non ens: ex hoc quod non ſentitur vel ſentitur: exiſtimantes id quod ſolum ſentitur eſſe ens: & hoc ideo: quia apud eos non differunt ſenſus ab intelligentia: ſicut quidam poſuerunt: vt dicitur in libro de anima & ideo vtuntur ſenſu ac ſi haberet virtutem intellectiue ſcientiæ: quæ eſt capax aliqualiter omnium entium: vnde ſcibile ens eſt: ignotum autem non ens. Deinde cum dicit.

B — Ens tñ qđ ſẽtitur ſm quoſdam philoſophos.

Alcyo. *Sicut enim illi uitam, & rationem ſuæ ſalutis per ſenſum: aut per facultatem ſentiendi præſcribunt: ita ens ſe habere cenſent: in quo & ſi aliqua ex parte ueritatis laudem ſecuntur: tamen id quod ſcribunt fide raret.*

C

Antiqua. *Quemadmodum igitur illi in ſentire & poſſe ſentire uiuere & eſſe exiſtimant: ita & res modo quodam proſequẽtes ueritatem. Id autem direntes non uerum.*

Oſtendit falſitatem huiuſmodi ſententiæ: nanq; tales ſicut exiſtimabant animalia viuere & eſſe in hoc ꝙ actu ſentiunt vel poſſunt ſentire: ita exiſtimabant res eſſe in hoc ꝙ ſentiſitur vel poſſunt ſentiri: ac ſi ſenſus eſſet perfectio rei ſenſibilis: ſicut eſt perfectio ſentientis: & in hoc quodammodo proſequebantur & deſtruebant veritatem rerum. Nam cum verum dicatur aliquod ex eo quod eſt: ſi eſſe rerum cõſiſteret ſolum in ſenſibus: nulla veritas eſſet in rebus: ſed in ſolo ſentiente: hoc autem non eſt verum: quia ſic nulla veritas eſſet in rebus. Vnde ſubtrahentes veritatem rerum dicunt non verum. Deinde cum dicit.

Qđ eſſe rerũ nõ cõſiſtit ſolũ in ſenſibꝰ.

D

Alcyo. *Ergo tum multorum ſententia: tum ueritate conſtat, ſimplicem generationem, & interitum aliter fieri: flatus enim & aer ſenſu minus patent. propterea affirmant quæ ſimpliciter intereunt: per mutationem in illum: diſſipari: gigni autem cum in tractabile: & in terram mutatio fit. At re uera hoc aliquid, & hæc plenius forma ſunt: quam terra.*

Antiqua. *Contingit utiq;. Nam ſecundum opinionem & ſecundũ ueritatem aliter & generari ſimpliciter & corrumpi. Spiritus quidem enim & aer ſecundum quidem ſenſum minus ſunt. Ideo & quecunq; corrumpuntur ſimpliciter in huius tranſmutatione hec corrumpi dicuntur. Generari autem quando eſt in tangibile ut in terram mutatur: ſecundum ueritatem autem magis hoc aliquid & ſpecies hec ꝙ terra.*

E Comparat hunc modum ſecundo. & dicit ꝙ aliter contingit generari ſimpliciter & corrumpi. ſecundũ opinionem quæ pertinet ad hunc tertium modum: & rei veritatem quam tangit ſecundus modus: quia ſpiritus, idest aer & ventus minus ſunt ſecundum ſenſum idest ſi iudicetur eſſe rei ex hoc ꝙ ſentitur: & ideo q̃cunq; corrumpuntur dicuntur ſecũdum tertium modum corrumpi: & per tranſmutationem quæ non ſentiuntur generari: aut ſimpliciter quando tranſmutantur in aliquod tangibile & palpabile: ſicut quãdo mutantur in terram. Sed ſecundum veritatem accidit cõtrarium: quia aer magis eſt hoc aliquid & ſpecies ꝙ terra: & eſt perfectius ens: & ideo ſecundum veritatem magis eſt generatio ſimpliciter ſi ex terra fiat aer ꝙ econuerſo. Deinde cum dicit.

F

Alcyo. *Ita cauſam ſatis probatam exiſtimamus: quamobrem ſimplex generatio alicuius occaſus: & ſimplex occaſus alicuius generatio conſtituatur: quandoquidem materia diuerſa eſt: aut quod alia ſit ſubſtantia: alia non ſit: aut quod plenior: aut quod parcior: aut quod alia magis ſenſilis materia ſit: de qua in quam mutatio ſit: aut quod minus ſenſilis.*

Antiqua. Tex. cõ. 20. *Eſſe quidem igitur hanc ſimplicem generationem alicuius corruptionem entem. corruptionem autem ſimplicem generationem alicuius eſſe dicta eſt cauſa. Propter materiã enim differre aut eo ꝙ ſubſtantia eſt: aut non, aut ꝙ hæc magis: hæc uero non, aut ꝙ hæc quidem magis ſenſibilis eſt materia ex qua & in quam eſt: hæc uero minus eſt.*

G

Recapitulat tres modos prędictos. Epilogat quæ dicta ſunt. & dicit ꝙ dicta eſt cauſa quare quædam eſt generatio ſimplex: cum tamen ſit corruptio alicuius: & quædam corruptio ſimplex cũ ſit generatio alicuius: hæc enim differunt per materiã, idest per id in quod aliquid tranſmutatur per generationem vel corruptionem: aut quia eſt ſubſtãtia, idest ens, vel non: ſicut dicebatur in primo modo: aut quia hoc magis: hoc vero minus: quia ſcilicet vnum eſt pfectius ens ꝙ aliud. quod pertinet ad ſecundum modum: aut quia materia ex qua & in quam aliquid trãſmutatur eſt magis vel minus ſenſibilis: quod pertinet ad tertium modum. Vocat autẽ hic materiam: nõ purã: ſed rẽ ex qua aliquid generatur vel in q̃ corrũpit.

Alcyo. *Et certe alia ſimpliciter gigni dicuntur: alia tantummodo ſecundum quippiam: non tamen ro mutue generationis, quem ante propoſuimus. At nũc tantum definitum, explicatumq; uolumus: cur rationem generationis: & obitus æque ijs non attribuamus, quæ ex mutuo concurſu mutãtur: cum omnis generatio alterius ſit interitus, & contra. Quæ tamen paulo poſt expoſita ſunt: diſceptationem hanc non continet: ſed ram potius: cur qui docetur, non dicatur ſimpliciter fieri, ſed peritus: & id, quod pullulat: enaſci adſeratur: hæc autem per cathegorias diſtinguuntur.*

H

Antiqua. *Dicuntur autem hæc quidem ſimpliciter generari: hæc autem aliquid ſolum non ex abinuicem generationem: ſed ſecundum quem dicimus nunc modum. Nunc quidem enim tãtum determinatum eſt: quare omni generatione ente corruptione alterius: & omni corruptione ente generatione alterius: non ſimpliciter attribuimus generari & corrumpi in adinuicem trãſmutabilibus. Quod autem poſtea dicetur non

I *hoc quærit : ſed qu are dicens quidem non dicitur ſimplici-*
ter generari: ſed quid generari ſciens , & diſciplinatum :
planta autem generari. *Lectio* IX.

POSTQVAM oſtendit quare quædam ge-
nerantur ſimpliciter: & quędam ſecundum quid eorũ
quæ adinuicem generantur. Hic oſtendit cauſam dif-
ferentiæ generationis ſimpliciter & ſecundum quid,
in his quæ non adinuicem generantur: & primo de-
terminat quæſtionem principaliter inte̓tam: ſecundo
determinat quaſdam quæſtiones conſequentes . ibi.
{Sed nunc quærere oportet } Circa primum tria fa-
cit. primo mouet quæſtionem . Secundo ſoluit eam.
K ibi. { Hæc autem determinata ſunt.} Tertio epilogat
quæ dicta ſunt. ibi.{ De generari quidem.} Dicit ergo
Queſtio. primo ꝙ quædam dicũtur ſimpliciter generari: quæ-
dam autem ſolum ſecundum quid: non ſecundum ge-
nerationem ex adinuicem, vt ſupra dictum eſt: vt ſcili
cet vnum eorum quæ ex adinuicem generantur: ge-
neretur ſimpliciter: aliud autem ſecundum quid : hoc
enim eſt quod ſupra determinatum eſt: quare cũ om-
nis generatio ſit corruptio alterius : & omnis corru-
ptio ſit generatio alterius : non ſolum ſimili modo at-
tribuitur generari & corrumpi in his quę adinuicem
tranſmutantur: ſed vnum eorum dicitur generari vel
corrumpi ſimpliciter : aliud autem ſecundum quid.
L Quæſtio autem quæ poſtmodum determinanda eſt
non hic erit: ſed in his quæ non ex inuicem tranſmutã
tur : quare vnum dicitur generari ſimpliciter & alte-
rum ſecundum quid : puta quare diſcens qui ſit ſciens
non dicitur ſimpliciter generari : ſed ſecundum quid,
id eſt ſciens. homo autem vel animal quando naſcitur
dicitur generari ſimpliciter: & tamen manifeſtum eſt
quod natum & ſciens non generantur ex inuicem.
Deinde cum dicit.

Alcyo. *Nam alia hoc certum, alia qualitatem , alia quantitatem*
M *indicant. Quæ igitur ſubſtantiæ ſignificationem non dant :*
ortum ſimpliciter adipiſci non dicuntur : uerum ſecundum
quippiã: attamen generatio eodem modo in iis omnibus nõ
dicitur: quæ referuntur per alteram cognatum ordinem: ut
in ſubſtantia terram gigni dicendum non eſt : ſed ignem, in
qualitate non ignarum ſed gnarum .

Antiqua. *Hæc autem determinata ſunt in prædicamentis . Sed hoc*
Quę non ſi- *quidem hoc aliquid ſignificat: hoc autem quale : hoc autem*
gnĩt ſbam *quantum. Quæcunq; igitur non ſubſtantiam ſignificant nõ*
nõ generatur *dicuntur ſimpliciter generari: ſed ſecundum quid fieri . Sed*
ſimplr. *tamen in omnibus ſimplex generatio quidem ſecundum q*
in aliquo ordine dicitur: puta in ſubſtantia quidem ſi ignis:
ſed non ſi terra: in qualitate autem ſicut ſciens & diſcipli-
natum : ſed non quando neſciens & indiſciplinatum.

Solutio. Soluit quęſtionem nũc motam: & dicit ꝙ illa quo-
rum quædam dicuntur generari ſimpliciter : quædã
ſecundum quid ſunt diſtincta ſecundum prædicamen-
ta: ita ꝙ vnum eorum ſignificat hoc aliquid, id eſt ſub-
ſtantiam: aliud autem quantitatem. aliud qualitatem:
& ſic de aliis prædicamentis. Illa ergo quæ non ſigni
ficant ſubſtantiam, non generantur ſimpliciter : ſed ſe-
cundum quid ; ſicut quantitatem aut qualitatem, aut
Rõ quĩ ſup- aliquid aliorum . Quæ vero ſignificant ſubſtantiam
plet S.T. dicuntur generari ſimpliciter. Cuius ratio eſt: quia ge

neratio eſt via de non eſſe ad eſſe: & id ſimpliciter ge- N
neratur q̃d acquirit eſſe cui nõ præſupponitur aliud
eſſe : non enim fit quod eſt . Vnde quod iam eſt non
poteſt generari ſimpliciter: ſed ſecũdum quid. Et ideo
iſta quorum eſſe præſupponit aliud eſſe, non dicuntur
generari ſimpliciter ſed ſecũdum quid: eſſe autem ac-
cidentium pręſupponit aliud eſſe ſcilicet eſſe ſubiecti:
eſſe autem ſubſtãtiæ non præſupponit aliud eſſe: quia
ſubiectum formę ſubſtantialis non eſt ens actu: ſed po
tentia : & ideo ex hoc ꝙ accipit formam accidentalẽ
dicitur generari ſecundum quid . In omnibus tamen
ſubſtãtiis & accidentibus diuerſificatur generari ſim
pliciter & ſecundum quid: ſecundum diuerſum ordi-
nem entis ad non entis : vel perfecti ad imperfectum:
aut ſenſibilis ad inſenſibile. vnde quodãmodo in ſub-
ſtãtia dicitur generatio ſimpliciter: ſi generetur ignis: O
non autem ſi generetur terra: & in qualitate dicitur
generatio ſimpliciter ſi generetur ſciens : non autem
ſi generetur neſciens. Deinde cum dicit.

Ita rationem expoſuimus : cur ſimpliciter alia gignan- Alcyo.
tur: alia eiuſmodi non ſint : atq; omnino rationem genera-
tionis eorum attigimus : quæ in ſubſtantiis fierent. Nec ue-
ro taciti præterimus : quamobrem ſubiectum, ut materia
perpetuæ rerum generationis cauſa aſſeratur. quod nimirũ
in contraria id commutetur . Item quare in ſubſtantiarum
ordine alterius generatio alterius interitum pariat . quod
etiam contra ſit.

De generari quidem hoc ſimpliciter : hoc autem ſecun- Antiqua.
dum quid: & uniuerſaliter dictum eſt in ſubſtantiis ipſis. Et
quoniam generationis eſſe continuæ cauſa uidetur materia Cã continuę
& ſubiectum: quoniam tranſmutatur in contraria : & eſt generationis
alterius ſemper generatio in ſubſtantiis alterius corruptio: eſt materia &
& alterius corruptio alterius generatio . ſubiectum.

Epilogat quæ dicta ſunt: & dicit ꝙ dictum eſt vni- P
uerſaliter de accidentibus & in ſubſtantiis : de hoc ꝙ
quædam generantur ſimpliciter : & quædam ſecun-
dum quid . Et etiam dictum eſt ꝙ cauſa continuitatis
generationis per modum materiæ eſt ſecundum ꝙ
tranſmutatur in contraria . Ex hoc enim contingit q̃d
ſemper in ſubſtantiis, alterius generatio eſt alterius
corruptio . & econuerſo: nunquam enim materia eſt
ſub priuatione vnius ſine alia forma. In quibuſdam au
tem accidentibus hoc contingit. Nam corpus diapha
num eſt ſub priuatione lucis abſq; hoc ꝙ ſubſit for-
mæ contrariæ . Deinde cum dicit.

Sed apud ueteres operæprecium non eſt quærere: quã- Q Alcyo.
obrem ut res interierunt: ſemper aliquid per ortum excite-
tur. Etenim quemadmodum aiunt interitum ſimpliciter in-
uehi: cum res in naturam non ſenſilem ſecedit: & plane non
ens: ita ortum ex non ente fieri : cum ex ſenſili natura non
fit. Ergo ſiue detur ſubiectum, ſiue non detur, generatio ex
non ente ita aſſerenda erit : ut res æque ex non ente gigna-
tur: & in non ens labefacta decũbat: propterea merito, atq;
optimo iure: nunquam hæ generationis : & interitus uiciſſi
tudines intermittuntur: quoniam ortus rerum: ut interitus
non entis efficitur , & interitus : ut ortus non entis conſe-
quitur. At enim hoc non ens ſimpliciter in dubium & quæ-
ſtionem uocare poteris. alterum ne contrarium ſit: ut ter-
ra: & põdus non ens: ignis, & leuitas ens ſit: an aliter ſe ha

beat

A *beat res: imo terra quoq; ens eſt: & nō ens materia terræ: et ignis itidem fuerit. Et utrum materia utriuſq; diuerſa ſit: an neq; ex mutuo ortu: neq; ex contrarijs prodire poßint: quoniam igni, terræ, aquæ, aeri natura adſcribitur contraria. An quodammodo eadem, quodammodo diuerſa eſt: quando quidem id, quod aliquando ens eſt: hoc eſt ſubiectum, idem ſubſternitur. At ratio ſtatus plane diuerſa eſt. Hec ita.*

Antiqua. Tex.cō.21. *Sed nunc quærere oportet quare generatur aliquid ſemper ex corruptis alijs. Quemadmodum enim & corrumpi hoc ſimpliciter inquiunt quando ad inſenſibile uenit & non ens. Similiter generari ex non ente inquiunt quando ex inſenſibili. Siue igitur aliquo ente ſubiecto ſiue non generatur ex non ente: quare & ſimiliter generatur & corrumpitur in non ens. Merito igitur non deficit generatio. Generatio enim entis corruptio eſt non entis. Corruptio aūt entis generatio non entis. Sed hoc non ens ſimpliciter quæret aliquis utrum aliquod contrariorū eſt: puta terra et graue non ens: ignis autem & leue ens: aut nō. Sed eſt et terra ens: non ens autē materia terræ & ignis ſimiliter. Et alia utriuſque materia erat non utiq; generantur ex inuicem neq; ex contrarijs. His enim exiſtunt contraria: igni terræ aquæ & aeri. Aut eſt quidem qualiter eadem: eſt autem qualiter alia. Quod quidem enim quoniam enti ens ſubijcitur id idem. Eſſe aūt nō idē. De his quidē igitur in tantū dictū eſt.*

B — Quare gñātio non deficiat. — Tex.cō.22. — Contrarietates p̄ exiſtunt quatuor elemtis.

Pria qō quare generatio eſt ex corruptis. Determinat tres quæſtiones conſequētes: quarum prima eſt quare ſemper generatur aliquid ex corruptis quod ſupponit in hoc quod dixit: quare generatio vnius eſt corruptio alterius: & ſoluit hanc quæſtionem dicens quia corruptio tendit in non ens: & generatio eſt ex non ente: ideo oportet quod generatio ſit ex corruptis. Et hoc ipſe probat etiam ex aliorum opinione: quia ſicut homines dicunt corrumpi aliquid quando peruenit ad inſenſibile: quod putant ens non eſſe: ſecundum tertium modum ſupra poſitum: ſimiliter dicunt aliquid generari: quando ex inſenſibili & non eſſe, peruenit ad hoc quod ſit ſenſibile: patet ergo quod ſecundum hunc modum id quod eſt terminus corruptionis eſt principium generationis. Siue ergo ſit aliquod ſubiectum ex quo eſt generatio: ſiue non: ſemper oportet quod generatio eius ſit ex nō ente: quod eſt terminus corruptionis: hoc enim eſt de ratione generationis: quod ſit ex non ente: quod autem illud non ens adiungatur alteri exiſtenti accidit generationi. Quare patet quod ſimiliter generatur aliquid ex nō ente & corrumpitur in non ens: qualitercunq; dicatur non ens: ſic igitur idem eſt in quod terminatur corruptio: & ex quo eſt generatio: & propter hoc generatio eſt ex corruptis. Conuenienter ergo nō deficit ſucceſſio generationis & corruptionis: vt ſupra dictum eſt, quia generatio eſt quædam corruptio ſcilicet non entis: & ita vnum eorum ſemper adiungitur alteri: cum tamen in id ex quo vnum incipit aliud terminetur. Secundam quæſtionem ponit. ibi. { Sed hoc non ens. } Poteſt enim aliquis quærere id non ens: ex quo eſt generatio: & in quod terminatur corruptio ſimpliciter: quod quidem eſt quodammodo ens: ſit aliquorum contrariorum: puta quod terra & graue ſit non ens: ſicut poſuit Parmenides: ignis autem & leue ſit ens: & vt ſoluit quod nō eſt ita: ſed terra eſt ens: quia ſcilicet terra ſit per hoc quod materia recipit quandam formā quæ facit eſſe in actu. non ens ergo eſt materia terræ & ignis. Non tamen materia eſt non ens per ſe: ſicut Plato poſuit: ſed non ens per accidens ratione priuationis cui adiungitur. Tertiam quæſtionem ponit. ibi. { Et alia vtriuſq;. } Vtrum ſcilicet iſtud non ens quod eſt materia ſit aliud & aliud quod eſt commune his quę adinuicē generantur. Et dicit quod alia eſſet vtriuſq; materia ſcilicet ignis & terræ: ſi non generantur adinuicem: ſicut accidit his qui poſuerunt & ignem & terram primas materias. Oportet enim ea quæ ex inuicem generantur communicare in ſubiecto quod ſuſcipiat formam vtriuſq;: & per conſequēs non fieret tranſmutatio ex contrarijs inuicem: ſicut ſupra dictū eſt: quia contrarietates exiſtunt primo & per ſe elementis prædictis ſcilicet igni, terræ: & aquæ, & aeri: vnde ſi nihil tranſmutaretur ex igne in aquam vel aerem aut econuerſo: nihil etiam tranſmutaretur ex calido in frigidum vel econuerſo: vt ſupra dictum eſt. Subiungit tamen quod materia eorum quæ tranſmutantur adinuicem aliqualiter eſt eadem: & aliqualiter alia. ſubiecto enim eſt eadem. Et hoc eſt quod dicit quod id quod ſubijcitur eſt idem: qualitercunq; ſit ens: quia ſcilicet non eſt ens actu: ſed potentia. Non eſt autem idem ſecundum eſſe vel rationem: aliam enim rationem & aliud eſſe accipit, prout eſt ſub diuerſis formis: & etiam ſecūdum hoc ipſum quod ordinatur ad diuerſas formas: ſicut corpus eſt aliud ratione ſecundum quod eſt ægrotabile: & aliud ſecundum quod ſanabile: licet ſit idem ſubiecto. Vltimo autem epilogādo concludit quod de his in tantum dictū eſt.

C — D — Tex.cō.17. — Sc̄da qō an nō ens ſit aliquod contrariorum.

E — Materia dr̄ nō ens p accidēs rōne p̄uationis adiunctę. — Tertia qō an materia ſit cōe his q̄ adinuicē generāt. — Quod vna ē materia inuicē generātur. — F — Aliud eſſe, & alia rōnē hēt materia prout ad diuerſas formas ordinatur.

Alcyo. G *Sed iam diſputandum de generatione, & alteratione: quanam re inter ſe differant: propterea quod tradidimus hec mutationum genera inter ſe magnopere diſcrepare. Itaq; cum ſubiectum: & affectio, quæ ſuapte natura ita cōparata eſt: ut de eodem ipſo ſubiecto dicatur, magnopere diuerſa ſint: atq; mutatio in utroq; efficiatur: alteratio eſt cū ſubiectum ſenſile remanet, atq; uel affectionem ſuarum, uel contrariarū, uel mediarum mutationem experitur: ut corpus, quod uegetum & firmū eſt: atq; idem permanens egrotat: & grauiter afficitur: ut etiam æs, quod rotundam in formam compactum: aliquando angulis inciſum concreſcit, & interea idem eſt.*

Antiqua. Te.cō.23. Et de dr̄ia generationis & alterati. nis. *De generatione autē & alteratione dicamus quid differunt. Dicimus enim has alteras eſſe tranſmutationes adinuicem. Quoniam igitur eſt aliud ſubiectum & aliud paßio quæ de ſubiecto innata eſt dici. Et eſt tranſmutatio utriuſq; horum. Alteratio quidem eſt quando manente ſubiecto ſenſibili ente tranſmutatur in eius paßionibus: aut contrarijs entibus: aut medijs: puta corpus ſanum eſt: & rurſus laborat manens idem: & metallum quandoq; rotundum: quandoque angulare idem æs.* H

Lectio. X.

POSTQVAM Philoſophus oſtendit: quare eſt quædam generatio ſecundum quid & quædam ſimpliciter: hic inquirit de differentia generationis & alterationis: & primo exponit ſuam intentionem dicens: quod dicendum eſt de generatione & alteratione quomodo differant adinuicem: & hoc ideo quia ſuperius dictum fuit quod generatio & alteratio ſunt diuerſæ tranſmutationes adinuicē. Secūdo ibi. {Quo- Tex.cō.10.

I n'am igitur eſt aliud ſubiectum. } Exequitur propo-
ſitum ſuum; & primo dicit differentiam generationis
& alterationis quantum ad id ſecundũ quod vtrunq;
eſt tranſmutatio. Secũdo quantũ ad ſubiectũ utriuſq;.
Tex.cõ.24. ibi.{ Quandoquidem igitur.} Circa primum duo fa-
cit. primo oſtendit in quibus ſit alteratio. ſecundo in
quibus ſit generatio.ibi.{Quãdo autem totum.}Cir-
ca primum duo ſupponit; quorum primum eſt; quod
aliud eſt ſubiectum: & aliud paſſio quæ nata eſt dici
de ſubiecto: ſicut differunt ſubſtantia: & accidens. ſecũ
dum eſt quod contingit vtrunq; eorum eſſe tranſmu
tationem: nam quandoq; fit tranſmutatio in ipſa ſub-
Quãdo eſt alteratio. ſtantia: quãdoq; autem in accidentibus. His ergo ſup-
poſitis: ſubiungit quod alteratio eſt quãdo idem ſub-
iectum ſenſibile ſcilicet nulla tranſmutatione in eius
K ſubſtantia facta: fit tranſmutatio in paſſionibus eius ſci
licet aliqualibus ipſius. Nec eſt differentia quantum
ad hoc: vtrum fiat tranſmutatio ſecundum contraria
extrema vel ſecundum media: puta vtrum de albo
in nigrum: vel de rubeo in palidum. Et ponit duo exẽ
pla. primum ſcilicet cum corpus animalis idem ma-
nens prius eſt ſanum: & poſtea infirmatur. ſecundum
eſt quando æs aliás metallum idem manens: quandoq;
eſt rotundum: & qñq; angulare, vel angulos habens.
Dubium. Et eſt aduertendum q primum horum exemplorum
pertinet ad primam ſpeciem qualitatis. ſecundum au-
T.cõ.17.& tem ad quartam: tamen Philoſophus in.5.phyſi. pro-
2.phyſico. bat q in prima ſpecie qualitatis: & quarta non eſt al-
Tex.cõ.15 teratio: ſed ſolum in tertia: quæ dicitur paſſio vel paſ
L ſibilis qualitas: & propter hoc forte ſignanter dixit
Solutio. q alteratio eſt tranſmutatio in paſſionibus. Sed dicen
Alteratio per ſe eſt in tertia ſpẽ qualitatis, in aliis uero ſcdario. dum eſt q primo & per ſe alteratio eſt in qualitati-
bus tertię ſpeciei: per accidens autem mediantibus ali
quibus qualitatibus: & ex conſequenti fit alteratio in
alijs ſpeciebus: ſicut per aliquam alterationem calidi
& frigidi mutatur homo de ſanitate in ęgritudinem;
& econuerſo: & per alterationẽ mollis & duri perdu
citur corpus ad aliquam figuram. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Cum uero totum immutatur, & nihil ſenſile: ut eiuſdem*
ſubiectũ remanet: ſed ut ex uniuerſa genitura ſanguis pro-
mitur uniuerſus: aut ex aqua aer, aut ex toto aere aqua:
hec mutatio partim generatio, partim interitus eſt.

Antiqua. *Quando autem totum tranſmutatur non manẽte aliquo*
ſenſibili: ut ſubiecto eodẽ: ſed quaſi ex ſemine toto ſanguis:
M *aut ex aqua aer: aut ex aere omni aqua: generatio iam hoc*
tale: huius autem corruptio.

Oſtendit quando fit generatio: & circa hoc duo fa
cit. primo aſſignat quãdo eſt generatio. ſecundo quan
do magis eſt generatio. ibi. {Maxime autem genera-
Quando eſt generatio. bitur.} Dicit ergo primo q quando eſt tranſmutatio
non ſolum ſecundum paſſiones; ſed etiam ſecundum
totam rei ſubſtantiam: inquantum ſcilicet materia ac-
cipit aliam formã ſubſtantialem: ita ſcilicet quod non
maneat aliquod ſenſibile quaſi ſit idẽ ſubiectum nume
ro ens actu: puta quando ex toto ſemine generatur to
tus ſanguis: aut ex toto aere generatur tota aqua: nul-
la ſegregatione aut congregatione interueniente: vt
Demo. poſuit talis tranſmutatio eſt vnius generatio
& alteratio corruptio. Deinde cum dicit.

Alcyo. *In primiſq; ſi mutatio ex eo quod ſentiri poteſt, in id,*
quod ſentiri non poteſt cõficiatur uel tactu, uel ſenſibus om N
nibus: ut cum aqua gignitur: aut in aerem perit: aer enim
congrue ſentiri non poteſt.

Maxime autem generabitur ſi tranſmutabitur ex inſen Antiqua.
ſibili in ſenſibile: aut tactu aut omnibus ſenſibus: puta quan- Tex.cõ.24.
do aqua generatur ex aere: aut corrumpitur in aerem: aer
enim ualde inſenſibile.

Oſtendit quando maxime fit generatio: & dicit q Maxime generatio.
ſecũdum tertium modum ſupradictum qui accipitur
ſecundum opinionem multorum maxime dicitur ali Tex.cõ.19.
quid generari, quando fit trãſmutatio ex aliquo quod
non poteſt bene ſentiri in aliud quod eſt bene ſenſibile
vel ſecundum tactum qui groſſior eſt & materialior
omnibus ſenſibus: vnde vulgares ſecundũ ipſum ma- O
xime vident aliquid eſſe ſenſibile inquantum eſt pal-
pabile: aut etiam ſecundum alios ſenſus: ſicut cũ aqua
generatur ex aere videtur eſſe ſecundum hunc modũ
generatio ſimpliciter: aut quando corrumpitur in ae-
rem videtur eſſe corruptio ſimpliciter. Aer enim eſt
modice ſenſibilis: tum propter ſui raritatem: tũ quia Aer modice ſenſibilis.
non excellit in potẽtia aliqua qualitas actiua: ſed paſſi-
ua ſcilicet huiuſmodi humidum. In igne autem qui
eſt maior aere excellit qualitas actiua quæ eſt calidũ.
Aqua autem eſt denſior aere: & excellit in ea quali-
tas actiua quæ eſt frigidum. Terra autem eſt denſiſſi-
ma omnium elementorum. Deinde cum dicit.

In his uero ſi eadem rei contrariæ affectio in genito: & Alcyo.
labefacto integra ſeruatur: ut cum ex aere aqua fit: ſi ambo P
perſpicua: aut frigida ſint: nihil oportet huius alterum eſſe
affectionem: in quam mutatio peracta eſt, ſin minus, altera-
tio erit: ut cum muſicus artifex interit, & artifex omnis
muſices expers ſuboritur: in quo quidem mutationis gene-
re idem homo remanet. Quod ſi neq; muſices peritia: neq;
imperitia per ſe affectiones eius eſſent: alterius ortus: alterius
interitus haberetur. Sed cum talis affectio nunc, ut ante rei
permanenti aſſignetur: propterea fit: ut homo euſmodi ſu-
ſcipiat affectiones, atq; hominis uel muſices gnari uel igna-
ri, ortus: & interitus ſit: iccirco talis ortus alteratio eſt.

In his autem ſi aliqua paſſio manet eadem contrarieta- Antiqua.
tis in generato & corrupto: puta quando ex aere aqua ſi
ambo diaphana aut humida. non oportet huiuſmodi paſſio-
nem: ſed alteram eſſe in quod tranſmutatur. Si autem non: Q
erit alteratio. V.g. muſicus homo corruptus eſt: homo autẽ
immuſicus generatus eſt: homo autem manet id idem. Siqui-
dem igitur huius non paſſio eſſet ſecundum ſe muſica & im
muſica: huius quidem generatio eſſet: huius autem corru-
ptio. Ideo hominis quidem hæc eſt paſſio: hominis autem mu
ſici & hominis immuſici generatio quedam & corru-
ptio. Nunc autem paſſio hec manentis: ideoq; alteratio
eſt ſecundum talia.

Remouet quandam dubitationem: quia enim dixe
rat quod ſubſtantiã quandoq; manet facta tranſmuta-
tione circa eius paſſiones: poſſet aliquis credere, q
omne id circa quod fit tranſmutatio aliquo aduenien-
te: eſſet paſſio illius manentis: ſed ipſe hoc excludit di-
cens. In his corporibus quæ adinuicem tranſmutan-
tur quãdoq; manet eadem paſſio: eadem ſcilicet in ge

nerato

I nerato & corrupto: ſicut quando ex aere fit aqua:
ambo autem ſunt diaphana, id eſt tranſparentia vel fri
gida: non quod aer ſit naturaliter frigidus ſed per ac-
cidens: non enim oportet quod huius permanentis
ſcilicet diaphani vel frigidi: alterum in quod fit tranſ-
mutatio ſcilicet aer vel aqua ſit paſſio. Si autem non
eſſet verum quod nunc dicimus: ſequeretur quod
quando ex aere fit aqua eſſet alteratio: ſemper enim
videmus quod quando id quod tranſmutatur eſt paſ
ſio permanentis eſt alteratio: tunc autem generatio
quando id quod tranſmutatur non eſt paſſio perma-
nentis. Et hoc manifeſtat per quoddam exemplum:
dicitur enim quod homo muſicus corruptus eſt quā
do homo amittit habitum muſice: & tunc homo im-
muſicus: id eſt habens priuationem muſice: generatus
K eſt: eo quod muſica non eſt paſſio hominis muſici: cū
ſit de eius ratione: ſimiliter immuſica eſt de ratione
hominis immuſici: vnde homo muſicus non manet
idem numero: ſed homo manet idem numero. Si er-
go muſica & immuſica non eſſet paſſio hominis: ſed
eſſet de eius ratione: tunc per tranſmutationem muſi-
ce & immuſice fieret vnius generatio alterius corru-
ptio: & quia hoc non eſt verum: ideo muſica eſt paſ-
ſio hominis: ſed hominis muſici eſt generatio & cor-
ruptio: & quia homo manet: vt patet. ſequitur quod
muſica ſit paſſio permanentis: & ideo alteratio aliqua
eſt ſecundum paſſiones permanentium. Si ergo aqua
& aer eſſent paſſiones diaphani: ſicut permanentis: ſe-
queret quod tranſmutatio aeris ex aq̄ eſſet alteratio.

L Dubiū an idē ſit accñs i genito & corrupto.

Sed dubitatur. vtrum eadem paſſio numero quæ
ſit altera pars contrarietatis poſſit eſſe in generato &
corrupto: vt ſupra dictum eſt: ſi enim non remane-
ret eadem non erit facilior tranſitus eorum inuicem
quæ habent ſimilitudinem: eo quod oportebit vtro-
biq; omnia remoueri. Similiter videtur ſequi quod
ſimile corrumpitur a ſuo ſimili. nam generans cor-
rūpit id quod prius erat. Si autem ponatur quod ma-
neat eadē numero: ſequitur primo ꝙ remoto priori
ſubiecto remaneat poſterius ſcilicet paſſio: & quod
idem numero accidens ſit in duobus ſubiectis. Dicen-
dum ergo quod nō manet idem numero: ſed id quod
prius erat corrūpitur per accidens corruptione ſubie
cti: recedente forma quæ prius erat talis accidentis: &
aduenit ſimile accidens conſequens formam de nouo
aduenientē vel accidentē. Et quia ꝑ hoc accidens non
M erat aliqua repugnantia in agendo & patiēdo facilior
fuit tranſmutatio. Nec eſt conueniens quod ſimile cor
rumpat ſuum ſimile per accidens corrumpendo ſubie
ctum vel materiam. ſic enim maior flamma conſu-
mit minorem. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Cum igitur in quantitate mutatio ſrei contrarie erit: au
ctio, & diminutio inducentur: ut per locum, impulſus: &
per affectionem, & qualitatem alteratio. At cum nihil re-
linquitur: cuius alterum aut affectio: aut accidens omnino
ſit generatio: & interitus erit.*

Antiqua. *Quandoquidem igitur ſecundum quantum eſt tranſ-
mutatio contrarietatis: augmentum & diminutio. Quan-
do autem ſecundum locum: latio. Quando autem ſecundum
paßiones & quale: alteratio eſt. Quando autem nihil ma-
net cuius alterum paßio & accidens: uniuerſaliter hæc qui-
dem generatio eſt: huius autem corruptio.*

N Oſtendit differentiam generationis ad alterationē:
& ad alias tranſmutationes ex parte ſubiecti: & pri-
mo dicit qualiter ſe habeat ad ſubiectū quod eſt ens
in actu: deinde quomodo ad id quod eſt ens in poten-
tia. ibi. {Eſt autem hyle.} Dicit ergo primo quod di-
ctum eſt ꝙ alteratio eſt ſecundum paſſiones alicuius
ꝑmanentis: & hoc idem accidit in alijs mutationibus
quæ fiunt ſecundum accidentia quæ aduenium ſubie-
cto exiſtenti in actu. Quando ergo eſt tranſmutatio Qñ augmētū vł diminutiō
de contrario in contrarium ſecundum quantitatem:
puta de magno in paruum: aut econuerſo: eſt augmē
tum & diminutio eiuſdem ſubiecti permanentis: eo
quod quātitas aduenit ſubiecto exiſtēti in actu. Quan Qñ latio.
do autem eſt tranſmutatio ſecundum contrarietatem
O loci: puta ſurſum aut deorſum eſt latio, id eſt motus
localis eiuſdem corporis permanentis: eo quod eſſe
vbi aduenit corpori actu exiſtenti. Quando vero Qñ alteratiō
tranſmutatio ſecundum contrarietatem in paſſioni-
bus, id eſt paſſibilibus qualitatibus principaliter: & in
alijs qualitatibus eſt conſequenti: tunc eſt alteratio eiuſ
dem permanentis: quia etiam qualitas aduenit ſubie-
cto actu exiſtenti. Quando vero nihil manet actu exi Qñ gñatio & corruptio.
ſtens: cuius alterum, quod tranſmutatur ſit paſſio &
accidens, ſit quodcunq;: eſt vniuerſaliter generatio
& corruptio: eo quod forma ſubſtantialis ſecundum
quam eſt generatio & corruptio, non aduenit ſubie-
cto actu exiſtenti. Vnde patet falſam eſſe opinionem Digr. contra ponente plēs formas ſubā les i cōpoſito
quam tradidit Auicebron in libro fontis vitæ: quod
in materia eſt ordo formarum: ita quod primo ad-
uenit materiæ forma ſecundum quam eſt ſubſtantia:
P & poſtea alia ſecundum quam eſt corpus: & poſtea
alia ſecundum quam eſt animatum corpus: & ſic de
alijs: cum enim idem ſit conſtituere ſubſtantiam &
facere hoc aliquid quod pertinet ad ſubſtantiam par-
ticularem: ſequeretur quod prima forma quæ con-
ſtituit ſubſtantiam faceret hoc aliquid: quod eſt ſub-
iectum actu exiſtens: & ita formæ poſteriores ad-
uenirent ſubiecto permanenti: & ſecundum eas eſſet
magis alteratio quam generatio ſecundum doctri-
nam quam hic Ariſto. tradidit. Eſt ergo dicendum Tex. cō. 18.
quod ſicut ſupra dictum eſt: formę ſubſtantiales diffe
runt ſecundum perfectius & imperfectius: quod au-
tem eſt perfectius poteſt quicq̄d poteſt imperfectius:
& adhuc amplius. vnde forma perfectior quę facit
animatum: poteſt etiam facere corpus: quod facit for
Q ma imperfectior inanimati corporis: & ſic nulla for-
ma ſubſtantialis aduenit ſubiecto in actu exiſtenti: nec Aia rōnal' & ſenſitiua i hōie nō dñt realē ſ3 ſolū ſm rōnem.
præſupponit aliam formam cōmuniorem realiter di-
uerſam: quę pertineat ad conſiderationem naturalis:
ſed ſolum ſecundum rationem: quod pertinet ad con
ſiderationem logicam. Deinde cum dicit.

Quandoquam autem materia, tū maxime, tum proprie eius Alcyo.
*generis ſubiectum habetur; ut ortum: atq; interitum ferre
poßit: tamen id etiam quod reliquis ſubditur mutationibus:
quodāmodo tali ſignamus nomine, cum ſubiecta omnia rerū
quarundam contrariarum capacia ſint. De generatione &
interitu ſit: necne, & ſi ſit: quomodo ſit: & de alteratione
talia tradita: preceptaq; uolumus.*

Eſt autem hyle maxime ſubiectum quidem proprium Antiqua.
*generationis & corruptionis ſuſceptibile. modo autem ali-
quo & in alijs trāſmutationibus: quoniam omnia ſuſcepti-*

I *bilia ſubiecta contrarietatum aliquarum. De generatione*
quidem igitur ſiue eſt, ſiue non eſt: quomodo eſt. & de alte-
ratione determinatum ſit hoc modo.

Comparat prædictas tranſmutationes ſecundum
ſubiectum quod eſt tantum ens in potentia: & dicit ꝙ
hyle, ideſt prima materia eſt maxime proprium ſub-
iectum ſuſceptibile generationis et corruptionis: quia
ſicut dictum eſt: immediate ſubſtat formis ſubſtantia-
libus, quæ per generationem & corruptionem adue-
niunt & recedunt: ſed quodammodo, ideſt ex conſe-
quenti & mediate ſubijcitur omnibus alijs tranſmuta
tionibus: quia ſubiecta aliarum tranſmutationum ſunt
ſuſceptibilia aliquarum aliarum contrarietatum quę
reducuntur in primam contrarietatem quæ eſt for-
K mę & priuationis: cuius ſubiectum eſt prima mate-
Tex.cõ.71. ria: vt dicitur in primo phyſi. & ideo omnia alia ſubie
cta participant quodammodo materiam primam: in-
quãtum ex materia & forma componuntur. Vltimo
autem epilogãdo concludit ꝙ determinatum ſit hoc
modo de generatione ſimpliciter: vtrum ſit uel nõ ſit:
& ſi eſt: quomodo eſt: & ſimiliter etiã de alteratione.

Alcyo. *Reliquum eſt, ut de auctione diſſeramus: quid inter eam*
& generationem: atq; alterationẽ interſit: & qua ratione
ſingulæ res quæ excreſcunt, acceßionem conſequantur: &
quæ imminuuntur, deceßionem perpetiantur. Ac primũ
quidem expendere debemus: utrum una tantummodo re, in
qua uerſantur, diuerſæ ſint: ut generatio mutatio quidem ſit
de altero in alterum: ut de ſubſtantia quæ facultate eſt, in
L *ſubſtantiam: quæ actu prædicta ſit. & mutatio in magni-*
tudine auctio: atq; diminutio habeatur, ut in affectione alte
ratio: omnes enim propoſitæ mutationes ex ijs: quæ pote-
ſtate habentur, in actum ſunt.

Antiqua. *De augumẽtatione reliquum eſt dicere quomodo differt*
Tex.cõ.25. *a generatione & alteratione: & quo modo augumentatur*
unumquodq; quod augumentatur: & diminuitur qđcunq;
diminuitur. Scrutandum utiq; primum utrum ſolum in cir-
ca quod eorum differentia adinuicem? Verbi gratia quoniã
hoc quidem ex hoc in hoc tranſmutatio: ut ex potentia ſub-
ſtantia in actu ſubſtantiam generatio eſt. Quæ autem circa
magnitudinem augumentatio & diminutio. Quæ aũt circa
paßionem alteratio. utrorũq; autem ex potentia entium in
M *actum tranſmutatio dictorum eſt.* Lectio. XI.

POSTQVAM Philoſo. determinauit de ge-
Sermo de augmentatione: neratione & alteratione. hic determinat de augmen-
tatione & diminutione: & primo exponit ſuam inten
tionem dicens: ꝙ poſt generationem & alterationẽ
reliquum eſt dicere de augumentatione: de qua conſi
derare oportet: primo in quo differat a generatione
& alteratione. Secundo per quem modum augmen-
tatur & diminuitur vnumquodq; quod augmenta-
tur & diminuitur. Secundo ibi. {Scrutãdum vtiq; pri
mum} Proſequitur ſuam intentionem. & primo oſtẽ
dit differentiam augmentationis a generatione & al
teratione. Secundo inquirit de modo augmentatio-
Tex.cõ.26. nis. ibi. {Circa quid autem eſt trãſmutatio.} Circa pri-
mum duo facit, primo ſupponit vnam differentiam.
Secundo inquirit de alia. ibi. {Aut etiã modus.} Dicit
ergo primo ꝙ primum eorum quæ ſunt conſideran-
da circa augmẽtationem eſt quod oportet inquirere: N
vtrũ differentia augmentationis a generatione & al-
teratione ſit ſolum in circa quid, ideſt in generatione
circa quod eſt quælibet iſtarum tranſmutationũ: hęc
enim eſt differentia manifeſta. videlicet ꝙ tranſmuta-
tio quę eſt ex hoc in hoc, ideſt ex ſubſtãtia ente in po
tentia: in ſubſtantiam entem actu eſt generatio. Tranſ
mutatio autem quæ eſt circa magnitudinẽ eſt augmẽ
tatio: puta quando aliquid tranſmutatur de paruo in
magnum. tranſmutatio autẽ quæ eſt circa paſſiones. i.
paſſibiles qualitates eſt alteratio. Et quia dixerat ꝙ ge
neratio eſt tranſmutatio ex ſubſtantia in potentia in
ſubſtantiam in actu: vt idem intelligatur etiam in alijs
duabus ſupradictis mutationibus: ſubiungit ꝙ tranſ-
mutatio vtrorũq; prædictorũ. ſ. magnitudinis & paſ- O
ſionis eſt ex potẽtia i actũ. Et ẽt motus eſt actus exñtis
in potentia: vt dicitur in tertio phyſi. Deinde cũ dicit. Tex.cõ.6.

An modus etiam mutationis diuerſus ponatur. Siquidem Alcyo.
id quod alteraſcit: aut gignitur ꝑ locũ neceſſario mutari nõ
uidetur. id aũt qđ augetur, & decreſcit neceſſario mutatur.

Aut etiam modus differt tranſmutationis. Videtur autẽ Antiqua.
ꝙ alteratur non ex neceßitate tranſmutans locum: neq; qđ
generatur. Quod autem augumentatur & diminuitur.

Aſſignat aliam differentiam ex modo tranſmuta-
tionis. Et primo ponit differentiam. Secundo expo-
nit. ibi. {Alio autem modo.} Dicit ergo primo ꝙ in
prædictis mutationibus etiam modus tranſmutatio-
nis differt: non autem refert vt hæc litera legatur in-
terrogatiue vel remiſſiue. In hoc enim differt modus P
prædictarum tranſmutationum quod id qđ alteratur
non ex neceſſitate tranſmutatur ſecundum locum. Si-
militer etiam neq; quod generatur: ſed neceſſe eſt id
quod augumentatur: aut diminuitur ſecundum locũ
tranſmutari. Huius dicti ratio eſt: quia locus commẽ Quõ id qđ augumentatur mõ localr.
ſuratur locato: & hoc ſecundum magnitudinem: non
autem ſecundum qualitatem vel ſubſtantiam: & ideo
neceſſe eſt quod quando mutatur magnitudo locati:
quod etiam fiat tranſmutatio ſecundum locum: non
autem quando tranſmutatur aliquid ſecundum ſubſtã
tiam vel ſecundum qualitatem: ſicut autem commen-
ſuratio locati ad locum attenditur ſecundum magni-
tudinem: ita qualitas attenditur ſecundum formã ſub-
ſtantialem: & ex cõſequenti ſecundum aliquam qua-
litatem: puta grauitatem vel leuitatem: & ideo licet Q
generatio & alteratio poſſit eſſe ſine mutatione loca-
li: aliqua tamen generatio & alteratio eſt cauſa quod
aliquid moueatur ſecundũ locum: puta cum ſit ignis
vel terra ſit graue vel leue. Differẽtia autem aliarum
tranſmutationum per comparationem ad motum lo-
calem non eſt omnino per accidens. oſtẽſum eſt enim
octauo phyſi. quod motus localis eſt primus princi- Tex.cõ.58
palis motus & cauſa aliorũ motuũ. Deinde cũ dicit.

Alio tamen modo, atq; id quod defertur. hoc enim to- Alcyo.
tum mutat locum: illud uero tanquam id quod producitur.
Etenim quanquam hoc remanet.

Alio autem modo ab eo quod fertur: quidem enim uni- Antiqua.
uerſum alterat locum: quod augumentatur quidem quem-
admodum quod deducitur: hoc enim manente: particulæ
tranſmutantur ſecundum locum.

Manifeſtat

A Manifeſtat quod dixerat ſcilicet ꝙ id quod augu-
mentatur vel diminuitur mutatur ſecundum locum.
Et primo manifeſtat hoc per differẽtiam ad motum
localem rectum. Secundo per differentiam ad motũ
localem ſphericum. ibi. {Non quemadmodum quæ
ſpherę} Dicit ergo primo ꝙ alio modo tranſmutat
locum id qđ augumentatur vel diminuitur: q̃ id qđ
fertur. ſ. motu recto: illud enim quod fertur. ſ. motu re
cto: vniuerſum. i. ſecũdum ſe totũ variat locum: illud
autem quod augumentatur mutat locum: ſicut illud
quod deducitur: puta metallum per maleationem: vel
etiam humidum in vaſe per infuſionẽ ſiue quodcunq;
huiuſmodi corpus quo quidem in eodem loco manẽ
te partes eius tranſmutantur ſecundum locum per ex-
tenſionem vel quocunq; alio modo. Deinde cũ dicit.

B
Alcyo. *Tamen partes per locum non ita mutantur: ut pile par
tes: que quidem æquabili in loco mutantur: etiam ſi tota re
maneat. Contra augeſcentis rei partes ſemper diſtentiores
fiunt: ut decreſcentis contractiores. Itaq; perſpicuum eſt,
mutationem, que in generatione, alteratione, & auctione
fieri ſolet: non ſolum diuerſam eſſe ſubiecto: uerum etiam
modo quo ſic efficiantur.*

Antiqua. *Non quemadmodum que ſphere: he enim in ſimili loco
tranſmutantur manente toto. Que autem eius quod auge-
tur ſemper in ampliorem locum: in minorem autẽ que eius
quod diminuitur. Quoniã aũt tranſmutatio differt non ſolũ
in circa que: ſed ſic eius quod generatur & alteratur &
augumentatur manifeſtum eſt.*

Manifeſtat differentiam ad motum localem ſphe-
C ricum: & dicit ꝙ partes eius quidem quod augumen
tatur mutãt quidem locum: ſed non eodem modo: ſi-
cut partes ſpherę: partes enim ſpherę tranſmutantur
toto manente in eodem loco. ſ. ſubiecto: quamuis etiã
totum mutet locum ſecundum rationem: vt dicitur in
Tex.cõ.85 ſexto phyſico. ſed partes variant locum etiam ſubie-
cto: ſicut pars cœli quæ modo eſt in oriente: poſt mo
dum erit in occidente: ſed talis tranſmutatio partium
ſpherę ſunt in ſimili loco. i. neq; in maiori: neq; in mi-
nori: ſed partes corporis quæ ſemper augentur exten
dũtur in maiorem locum: eius vero quod diminuitur
ſemper retrahuntur in minorem. Vltimo autem epi-
logando concludit manifeſtum eſſe ex prædictis ꝙ
tranſmutatio eius quod generatur & alteratur & au-
getur: differunt non ſolum in circa quid, id eſt ex par-
D te generis in quo ſunt iſtę mutationes: ſed ſicut ex par
te modi tranſmutandi.

Alcyo. *Et quoniam, magnitudo id eſt, in quo auctionis & dimi-
nutionis mutatio conficitur: magnitudinem enim acceſsio-
nem conſequi, & deceſsionem perpetũ conſtat: utronam mo
do de his ipſis ſtatuendum erit? hoc eſt num corpus & ma
gnitudo e re conflatur: que poteſtate tum magnitudinem:
tum corpus habeat: actu uero nihil tale obtineat. Et cum
hoc bifariam dicatur: utronam modo acceſsio fiat, e materia
ne per ſe diſtracta: an in alio concluſa corpore.*

Antiqua.
Tex cõ.27. *Circa quid autem eſt tranſmutatio augumentationis &
diminutionis: circa magnitudinem autem uidetur eſſe auge-
ri & diminui. Et qualiter ſuſcipiendum: utrum ex potentia
quidem magnitudine & corporeo: actu uero incorporeo
& ſine magnitudine generari corpus: & magnitudo: &* E
*hoc dupliciter contingit dici: qualiter augumentatio fit.
utrum ex ſeparata ipſa ſecundum ſe materia: an ex exiſten
te in alio corpore.*

Lectio. XII.

POSTQVAM Philoſo. oſtendit differentiã
augumẽti a generatione & alteratione: hic incipit in-
quirere de modo augumenti: & primo quantum
ad ſubiectum quod augetur. Secundo quantum ad id
quo aliquid augetur. ibi. {Suſcipiendum itaq;.} Circa Tex.cõ.32.
primum duo facit. Primo mouet quæſtionem. Secũ-
do inquirit quæſtionis veritatem ibi. {Aut impoſſibi
le.} Circa primum duo facit. Primo proponit quid ex
prædictis ſit manifeſtum circa augumentum: & quæ-
rit circa quid ſit tranſmutatio augumenti & diminu-
tionis. & reſpondet quod motus augumenti & dimi- F
nutionis videtur eſſe circa magnitudinem. Secundo
ibi. {Et qualiter.} Oſtẽdit quid reſtat inquirendum: et
dicit quod accipiendum eſt de cætero qualiter fiat au-
gumentum vel diminutio: & quantum ad ſubiectum
augumenti. Primo mouet hanc quæſtionem: vtrum
contingat quod per augumentum generetur magni-
tudo & corpus ex eo quod eſt in potentia ad magni-
tudinem & corporeitatem: ita. ſ. quod ſit actu incor-
poreũ: & ſine magnitudine vel non: & ſubdiuidit pri-
mum membrũ quæſtionis: dupliciter enim poteſt di-
ci quod aliqua materia actu exiſtens ſit ſine corporei-
tate & magnitudine: vnde rationabiliter quæritur ſi
talis materia ſit ſubiectum augumenti: qualiter ex ea
augumentatio fiat: vtrum. ſ. ipſa materia ſine corpo-
reitate & magnitudine exiſtẽs ſit ſecundũ ſeipſam ſe-
parata exiſtens: aut ita quod ſit in aliquo corpore non G
tamen pars eius. nam ſi eſſet pars eius eſſet ſubiectum
corporeitati & magnitudini ipſius. Deinde cũ dicit.

An neutro modo res fieri poſsit. nam diſtracta nullo cõ Alcyo.
*tinebitur loco: ſed tanquam punctum quoddam: aut inane,
corpuſue non ſenſibile erit. quorum alterum euenire non po
teſt: alterũ neceſſario in quodam ineſt loco. ſemper enim id
quod ex ipſo gignetur alicubi erit. Quamobrem illud etiam
unde gignetur aut per ſe: aut ex accidenti alicubi erit.*

Aut impoſsibile utrunq; Separata n. ens: aut nullũ poſsi Antiqua.
*debit locũ ut pũctus aliquis: aut uacuum erit: et corpus non
ſenſatũ. Horum aũt hoc quidẽ non cõtingit. hoc aũt neceſſe
in aliquo eſſe. Semper enim alicubi erit qđ generatur ex eo.
Quapropter & illud aut ſecundũ ſe: aut ſecundum accidẽs.*

Determinat quæſtionem motam: & primo ratio- H
ne accepta ex parte materiæ vel ſubiecti. Secundo
ratione accepta ex parte augumẽti. ibi. {Amplius au- Tex.cõ.31
tem talis.} Circa primum duo facit. Primo determi-
nat quæſtionem prædictam ratione ſumpta ex parte
materiæ ſecundum ꝙ ab ipſo conſideratur. Secundo
ſecundum quod conſideratur a platonicis. ibi. {Sed
neq; puncta.} Circa primum tria facit. Primo exclu- Tex.cõ.29.
dit primum membrum primę diuiſionis ſcilicet quod
materia ſine magnitudine ſit ſeparata exiſtens. Secun-
do. ibi. {Sed ſi in aliquo exiſtat.} Excludit ſecundum Tex.cõ.28.
membrum ſcilicet ꝙ materia ſeparata a magnitudi-
ne non ſit in aliquo. Tertio concludit propoſitum. ibi.
{Melius ergo.} Dicit ergo primo ꝙ vtrunq; mem- Tex.cõ.29.
brũ ſecundæ diuiſionis eſt impoſſibile: & primo hoc

I

Impoſsibile eſt materiã ſine magnitudine p ſe exiſtere.

oſtendit quantum ad hoc ꝙ impoſſibile eſt materiã ſine magnitudine exiſtentem per ſe ſeparatam exiſtere: quia ſi ſit ſeparata: oportet alterum duorum eſſe; quorum vnum eſt: ꝙ nullum poſſideat locum ſicut punctus cuius non eſt locus: eo ꝙ omnis locus dimenſionem habet aliquã: aut oportet ſi materia ſine quantitate exiſtẽs occupet locum aliquem; ꝙ ſit aliquis locus vacuus. Nam vacuum dicimus locum non repletum ſenſibili corpore: uel etiam oportet ꝙ ſit quoddã corpus non ſenſibile. Nam vacuum nihil aliud dicebant: niſi corpus non ſenſibile. Oportet enim dicere vacuum corpus propter dimenſionem ſpacij: non ſenſibile aũt propter vacuitatem: horum autem duorũ alterum eſt impoſſibile ſcilicet ꝙ ſit vacuum vel corpus non ſenſibile. Similiter impoſſibile eſt quod materia ſeparata exiſtens nullum poſſideat locum: materia enim eſt ex qua generãtur corpora ſenſibilia; hoc autem ex quo corpora ſenſibilia generantur neceſſe eſt in aliquo loco eſſe: ſemper enim videmus ꝙ id qđ generatur ex eo ex quo generatur eſt alicubi, ideſt in aliquo loco determinato. Ibidem autem eſt quod generatur ex aliquo vbi fuit id ex quo generatur; ergo oportet id ex quo generatur aliquid ſecundum materiam eſſe alicubi vel per ſe vel per accidens. p ſe quidem ſecundum opinionem antiquorum philoſophorum ponentium materiam corporum naturalium eſſe aliqđ corpus actu: puta ignem aut aerem: aut aquã: per accidens autem ſecundum opinionem Platonis: & ſuam qui ponebat materiam eſſe ens in potentia. Deinde cum dicit.

Vacuũ 4. phi ſi. tex. 50. ſiſtra

K

L

Alcyo.

Etenim ſi ipſa uel in quopiam ſit: uel ita plane diſtracta detur: ut nihil illius per ſe: aut per accidens ſit: certe multa conſequentur, quæ fieri non queunt: ut ſi dixerim aerem ex aqua gigni: nimirũ talis generatio ex mutata aqua nõ efficitur: ſed quia materies aeris in aqua, tanq̃ in uaſe cõtinebatur: præſertim cũ nihil impediat; quin infinitæ materiæ ſint: & propterea actu ille gigni poßint. Huc accedit, quod aer perinde ex aqua oriri nõ uidetur: ut ex ea remanente.

Antiqua. Tex. cõ. 28

Sed ſi in aliquo exiſtit ſiquidẽ ſeparatum ita ut nullius ſecundum ſe aut ſecundum accidens aliquid ſit contingunt multa impoßibilia. Dico autem uerbi gratia ſi generabitur aer ex aqua nõ aqua erit trãſmutata. Sed propterea q ut in uaſe aqua ineſt materia eius cuius ẽ. Infinitas. n. nihil prohibet materias eſſe. Quapropter & generari actu. Amplius neq; ſic uidetur generari aer ex aqua ut exiens a manente.

M

Materia ſeparata a magnitudine nõ eſt in aliquo.

Excludit ſecundum mẽbrum oſtendens ꝙ materia ſeparata a magnitudine non ſit in aliquo: & primo ponit quod intendit & dicit ꝙ ſi materia ſine magnitudine exiſtẽs ita ſit in aliquo corpore ſeparata a ſubſtantia eius ꝙ non ſit aliquid eius per ſe vel per accidens: contingit multa impoſſibilia: & manifeſtat hunc modum ponendi: puta ſi ponamus quod quando generatur aer ex aqua non fiat hoc per trãſmutationem aquæ: ita ſcilicet quod materia aquę amittat formam aquę: & recipiat formã aeris: ſed ſicut ſi materia aeris eſſet in aqua ſicut in vaſe. Secũdo ibi. {Infinitas enim.} Ponit rationes deducentes ad inconueniens: quarum prima eſt quod ſi in aqua pręter naturã eſt etiam materia aeris: pari ratione poteſt etiã eſſe in aliqua alia: & ſic in infinitũ præſertim: quia ex vno poſſint infinita generari ſucceſſiue: & ita ſequeretur quod nihil prohibeat eſſe infinitas materias in aqua: ſed ex materia qualibet poteſt aliquid actu generari: ergo ſequeretur quod infinita poſſint actu generari ex vna & eadem aqua: ita ſcilicet quod quicquid poteſt generari in potentia ſimul poteſt generari actu. Secundam rationẽ ponit. ibi. {Amplius neq; ſic.} Et dicit quod non videmus aliquid ſic generari ex aliquo; puta aerẽ ex aqua ſicut quod exit ex aliquo permanente; puta cum vinũ exit a dolio non tranſmutato; uidemus enim quod generatur ex corrupto; ſicut ſupra dictum eſt; oportet autem id qđ ſenſibile apparet accipere vt principium in ſcientia naturali. Deinde cum dicit.

N

Senſibile apparẽs accipiẽ vt principiũ in ſcĩa naturali.

Alcyo.

Itaq; ſatius erit omnibus ita dicere: uel potius omni ratione materiam inde diſtractam: ubi eſt non ponere. Quandoquidem eadem & una numero eſt, ratione non una.

O

Antiqua. Tex. cõ. 29.

Melius ergo omnibus inſeparatam facere materiã eſſe; ut entem eadem & unam numero: ratione autem nõ unam.

Materia ẽ vna numero oĩum & non differt niſi ſecundũ rõnẽ.

Concludit veritatem dicẽs quod melius eſt dicere qđ materia inſit omnibus; et quod nõ ſeparetur ab eis tanq̃ nihil eorũ exiſtens. Sed quod vna & eadẽ numero ſit materia omniũ & differat ſolũ ratione; ſicut ſupra dictũ eſt: & ſecundũ hoc nõ erit ſeparata a magnitudine; ſed in vnoquoq; actu magnitudini ſubiecta.

Alcyo.

Eædem quoque cauſæ faciunt, cur neq; puncta, neq; lineæ materia corporis conſtituantur.

Antiqua.

Sed neq; puncta ponendum: neq; lineas corporis materiam propter eaſdem cauſas. Lec. XIII.

P

SVPRA Philoſophus oſtendit quod non eſt poſſibile ſubiectũ augumenti eſſe id qđ nullam habet quantitatẽ actu; ſed in potẽtia tm; ſicut eſt materia. Et quia quidã poſuerunt materiã corporũ eſſe qd mathematicũ. Ideo Philoſophus hic oſtendit quod nihil qđ caret magnitudine poteſt eſſe ſubiectũ augumenti. Caret autẽ quãtitate in genere mathematicorũ: pũctus quidẽ ſimpliciter; linea uero ſecundũ dimenſionẽ latitudinis & profunditatis: ſuperficies autem ſcđm dimenſionem profunditatis; corpus autẽ habet magnitudinẽ ſcđm omnem dimenſionem: vnde eſt perfecta magnitudo: vt dicitur in primo de cœlo. Oſtendit ergo quod nihil talium qđ quocũq; modo caret magnitudine, poteſt poni materia quæ ſit ſubiectũ augumenti tripliciter. primo quidem propter rationes præmiſſas. vnde dicit quod neq; ponendũ eſt pũcta quę carẽt omnino magnitudine eſſe corporis materiam. quæ ſint ſubiectũ augumenti: neq; etiã lineas quę ſcđm aliquid carent magnitudine: & hoc propter eaſdẽ cauſas, ideſt propter rationes ſuperius aſſignatas; quia neceſſe eſt puncta: & lineas ſeparatim per ſe exiſtere: aut in aliquo corpore eſſe: & ſic ſequerẽtur eadem quæ ſuperius ſecuta ſunt. Deinde cum dicit.

Materiã non eẽ aliqd mathematicũ.

Tex. cõ. 3.

Q

Alcyo.

Id autem ad quod hæc ſumma, extremaq; adiunguntur: materia eſt, quæ uel ab affectionibus uacua, uel rudis, & informis nunquam eſſe poterit. Ergo alterum, ut alio docuimus loco, ſimpliciter ex altero gignitur: atq; etiam ab re quapiam: quæ quidẽ actu eiuſdem uel generis, uel formæ particeps ſit, ut ignis ab igni, homo ab homine, aut ab actu. nam durities callum a duritie non obducit: ſed ab ipſo frigore

A *gore, ſi ita contigerit, ut ab eo denſetur.*

Antiqua. *Illud autem cuius hec ultima materia eſt. Quare neq; unquam: neq; ſine paßione poßibile eſt eſſe: neq; ſine for* Tex.cõ.30. *ma. Generatur quidem igitur ſimpliciter alterum ex altero: quemadmodum: & in alijs determinatum eſt: & ab aliquo: aut actu ente: aut homogeneos: aut homoideos uerbi gratia ignis ab igne: aut homo ab homine: aut ab actu: durum enim a non duro generatur.*

Improbat hoc per ipſam poſitionem platonicorũ qui ponebant ꝙ mathematica erant ſubiecta corporum naturalium: & quia puncta lineæ ſunt termini dimenſionum: ſicut forma eſt terminus materiæ: ponebant ꝙ id quod per huiuſmodi terminatur eſſet materia corporum: ipſi autem termini magis ſe habent B in ratione formæ: & hoc eſt quod dicit: ꝙ id ſcilicet dimenſio vel magnitudo: cuius hoc ſcilicet puncta lineæ ſunt vltima: erat materia quod platonicos. Secundo ibi. {Quare neq;.} Oſtẽdit conſequẽter quod nihil horum poteſt eſſe materia corporum: quia ſcilicet ſecundum eos mathematica ſunt ſeparata a formis naturalibus & paſſionibus ſenſibilibus: ſicut ſecundum in- Materia nõ ẽ ſeparabilis a paſſione & a forma. tellectum: & ita & ſecundum eſſe: ſed materia non poteſt ſeparari a formis naturalibus & paſſionibus ſenſibilibus: ergo impoſſibile eſt aliquid mathematicorum eſſe materia corporum naturalium. Primo ergo proponit medium ſuę rationis dicens: quia materia neq; poſſibile eſt eſſe ſine paſſibili qualitate: neq; ſine forma vel morphea: quod idem eſt: ſine quibus tamẽ ſecundum platonicos ſunt mathematica. Secundo ibi. C {Generatur quidem.} Probat quod ſuppoſuerat: & primo quod materia non poſſit eſſe ſine forma. Secundo quod non poſſit eſſe ſine paſſione. ibi. {Quoniam aũt eſt.} Dicit ergo qđ ſicut in alio libro determinatũ Tex.cõ.7s eſt: puta in primo phyſi. ſimpliciter generatur alterũ ex altero: fit enim vnũquodq; ex ſubiecto quod eſt materia: oportet etiam quod id qđ generatur ab aliquo: agente enim actu aut homogeneos, ideſt ſaltem quod ſit unius generis: aut homoydeos, ideſt quod ſit vnius formæ vel ſpeciei: & exemplificat quod ignis generatur ab igne: ſicut ab agente vnius ſpeciei: ſicut homo generatur ab homine: aut oportet quod ſaltẽ ab aliquo actu exiſtente: ſiue ab actione alicuius actu exiſtentis aliquid generetur: etiam ſi generans ſimile non ſit generato in genere ſeu ſpecie: ſicut durum ge- D neratur a nõ duro: puta cum lac induratur per ignem. Q ñ factũ nõ aſſimilaẗ agẽti in forma. Primo. Contingit autem quod aliquod factum non aſſimilatur in forma agenti: vno quidem modo: quia illud factum non primo & per ſe reſpondet facienti: ſed per accidens ſiue per poſterius: per accidẽs quidem ſicut muſicus ſanat non inquantum muſicus: ſed inquãtum eſt medicus: ſanitatis autem ſimilitudo non eſt in muſico inquantum muſicus: ſed inquantum eſt medicus: qui per formam ſanitatis quam habet in anima: facit ſanitatem in corpore: per poſterius autem ſicut cum qualitas effecta eſt effectus conſequens aliquam primarum qualitatum: ſicut ſanitas cauſatur ex aliqua medicina calida per calorem quem facit in corpore: Secundo. quamuis in ipſa medicina non ſit forma ſanitatis. Secundo per hoc quod agens agit inſtrumentaliter: inſtrumentum enim non agit virtute proprię formæ: ſed inquantum mouetur a principali agente: quod per ſuam formam agit: vnde effectus aſſimilatur in E forma: non quidem inſtrumento: ſed principali agenti: ſicut domus quæ fit in materia, domui quæ eſt in mente edificantis: non autem ſecuri aut aſſe. Et homo generatus aſſimilatur in ſpecie patri generanti: non autem ſemini. Tertio quando materia patientis non Tertio. eſt proportionata ad recipiendum formam agentis propter illius excellentiam: ſed recipit aliquid minus ſicut in animalibus quæ generãtur ſine ſemine ex virtute ſolis. Et inde eſt etiam quod effectus non aſſimilatur in ſpecie agenti remoto: ſed propinquo: vt homo homini: non autem ſoli: quamuis homo generet hominem & ſol: vt dicitur in ſecundo phyſi. Sicut au- Tex.cõ.26. tem vnumquodq; ab agente generatur aliqualiter ſimili ſecundum formam: ita corrumpitur aliquid a cõtrario. Et quia generatur aliquid ex corrupto: vt ſupra dictum eſt: neceſſe eſt materiam ex qua aliquid F generatur: & in quam aliquid corrumpitur: ſemper habere aliquam formam: per quam aſſimiletur vel cõtrarietur generãti vel corrũpenti. Deinde cũ dicit.

Cum autem materia particeps corporatæ ſubſtãtiæ ſit: Alcyo. *atq; adeo corporis talis: quia nullum corpus commune eſt: materia profecto eadem magnitudinis: quæ affectionis erit: ratione quidem ſeparabilis: ſed loco inſeparabilis: niſi affectiones quoq; diſcluſas damus. Ex ijs: quæ in diſquiſitionem uenerunt, compertum eſt, auctionem non eſſe mutationem: quæ ex eo fiat, quod facultate quidem magnitudo eſt: ſed actu per nullam diffundatur magnitudinem: nam fieret, ut quidam commune ſeparatum agnoſceretur: quod quidem fieri non poſſe ante probatum eſt.*

G *Quoniam autẽ eſt materia ſubſtantiæ corporeæ & cor* Antiqua. *poris talis. Corpus enim commune nullum: eadem paßionis* Tex.cõ.31. *& magnitudinis eſt. Ratione quidem ſeparata: loco autem non ſeparata: niſi & paßiones ſeparabiles. Manifeſtum autem eſt ex quæſitis: quoniã non eſt augumentatio tranſmutatio ex potentia magnitudine: actu autem nullam habẽtem magnitudinem. Separatum enim eſſet quod commune. Hoc autem quoniam impoßibile: dictum eſt in alijs prius.*

Oſtendit quod materia non ſit ſine paſſione: non Q đ materia nõ ſit ſeparata a paſſionibus. enim materia eſt niſi ſubſtantiæ corporeæ: ſubſtantiæ enim incorporeæ immateriales ſunt: vnde ſequitur quod omnis materia ſit talis corporis: non enim poteſt eſſe aliqđ corpus cõe qđ nõ ſit determinatũ ad aliq̃ ſpeciẽ: & aliqđ indiuiduum. Omne autẽ tale cor- H pus neceſſe eſt habere aliquam paſſionem vel conſequẽtem formam ſpecificam qualis eſt propria paſſio vel qualitercunq; aliter aduenientem: ſicut ſunt accidentia indiuidualia. ergo neceſſe eſt quod eadem materia quæ eſt ſubiectum magnitudinis: ſit etiam ſubiectum paſſionis: ita quidẽ quod materia quæ eſt ſubiectum magnitudinis ſit ratione ſeparata a paſſione: ſicut eſt alia ratio hominis: & albi: loco autẽ, ideſt ſubſtantia non ſeparantur: niſi quis dicat quod paſſiones ſunt ſeparabiles a ſubſtantijs: quod eſt impoſſibile. Et quia Philoſophus videbatur digreſſionem quandã a propoſito feciſſe: colligit propoſitum ex omnibus præmiſſis dicens: manifeſtum eſſe ex omnibus quæ inquiſita ſunt, quod augumentum non eſt tranſmutatio ex aliquo quod ſit in potentia ad magnitudinem: ita quod actu nullã magnitudinẽ habeat. ſequeretur.n. ꝙ cõmune ſubiectum ſcilicet materia prima eſſet ſe-

I paratum per ſe exiſtens abſq; omni forma: quod & nunc oſtenſum eſt eſſe impoſſibile: & etiam prius in

Tex.cō.69. alijs libris; puta in primo phyſi. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Quid multa? talis mutatio non auctionis propria: ſed gne rationis omnino eſſet. Nam auctio eſt parte iam & præſentis magnitudinis adiectio: decretio uero eius diminutio. Ergo id quod augeſcit magnitudinem quandam habere debet, ob eamq; rem auctio ex materia: quæ aliqua careat magnitudine, in actū magnitudinis nō efficitur, quādoquidē corporis potius generatio eſſet q̃ auctio, & acceſſio.*

Antiqua. *Amplius autem talis tranſmutatio non augumentationis propria: ſed generationis. Augumentatio enim eſt exiſtētis magnitudinis additamentum. Diminutio autem minoramentum. Ideo oportet habere aliquam magnitudinem qđ*

K *augetur. Quapropter non eſt ſine magnitudine materia. Oportet autem etiam & augumentationem eſſe in actu magnitudinis. Generatio enim utiq; erit magis corporis non augumentatio.*

Oſtendit propoſitum ratione ſumpta ex parte augumenti; & dicit ꝙ talis tranſmutatio quę ſcilicet fieret ex eo quod ſolum eſſet in potentia ad magnitudinem non proprie pertineret ad augumentum: ſed magis ad generationem: quia de ratione augumenti eſt ꝙ fiat additio ad præexiſtentem magnitudinem. Dicitur enim aliquid augeri ex eo quod fit maius: quod non eſſet niſi aliquid prius eſſet magnum. Et per oppoſitum de ratione diminutionis eſt ꝙ fiat quædam minoratio magnitudinis præexiſtentis. vnde patet ꝙ

L oportet id quod augetur habere aliquam magnitudinem. Et ſic oportet ꝙ augumentatio fiat: nō quidem ꝙ materia quæ erat ſine magnitudine in actu: perueniat ad hoc quod habeat magnitudinem in actu: hoc enim non eſſet augumentatio corporis: ſed generatio: cuius rationis eſt quod fiat aliquid in actu quod prius fuit in potentia.

Alcyo. *Sed proponendum a nobis eſt ut inſtitutam a principio quæſtionem proximis: quanam re præſenti cauſas auctionis & decretionis ueſtigemus. Itaq; uidetur ad magnitudinem cuiuſuis partis eius quod augetur, acceſſio fieri: idemq; cum decretione imminuitur, attenuari. Præterea conſtat re aduentitia acceſſionem afferri: eiuſdemq; deceſſione de-*

M *fectum importari.*

Antiqua. *Suſcipiendum utiq; magis: quaſi tangentes quæſtionem*

Te.cō.32. *a principio: qualis alicuius entis augumentari & diminui cauſas quærimus. Videtur utiq; eius quod augetur quæcūq; pars aucta eſſe: ſimiliter autem in diminutione minor eſſe generata. Amplius autem adueniente aliquo augumentari. & recedente diminui.* Lectio XIIII.

POSTQVAM Philoſo. determinauit de augumento ex parte eius quod augetur: hic inquirit de eo quo aliquid augetur. Et primo proponit de quo eſt intentio: & dicit quod cum de ratione augumenti ſit quod additamentum magnitudinis: hoc magis videtur eſſe ſuſcipiendum ad præſentem conſiderationē: ſicut difficilius q̃ſi aliqđ principiū quęſtionis facientes: quale ſit id quo aliquid augetur vel diminuitur: vt ſic augumenti et diminutionis cauſas conuenientes

N inquiramus. Secundo ibi. {Videtur vtiq; eius.} Exequitur propoſitum. Et primo ponit diuiſionem intentam principaliter. Secundo interponit aliam quæſtionem. ibi. {Quæret autem aliquis.} Tertio ſoluit quæſtionem principalem. ibi. {Quoniam aūt de his quæſitum eſt.} Circa primum tria facit. Primo proponit duas ſuppoſitiones. Secundo mouet dubitationem. ibi. {Neceſſe autem augumentari.} Tertio excludit quandam obuiationem. ibi. {Sed neq; ſi contingit.}

Prima ergo ſuppoſitio quā primo proponit eſt hæc ſcilicet quod eius quod augetur quælibet pars videt eſſe augumentata. Et ſimiliter de diminutione quælibet pars eius quod diminuitur videtur eſſe facta minor: cuius ratio apparet ex eo quod dicitur in .5. phy. illud enim cuius aliqua pars mouetur dicitur moueri ſecundum partem: & non ſimpliciter: ſicut homo dicitur vulnerari: cuius manus vulnerata eſt. Ad hoc ergo quod aliquid per ſe et ſimpliciter moueatur, requiritur quod quælibet pars eius moueatur. Quod quidem etiam in augumento: & omnibus alijs motibus obſeruari oportet. Secunda ſuppoſitio eſt ꝙ oē qđ augetur augumētatur aliquo aduenie͂te extrinſeco: & ſimiliter diminuitur aliquid aliquo recedente. Cuius ratio eſt; quia oportet aliquid in actu reduci per id qđ eſt actu: vnde ſecūdum hoc id quod eſt in pōtētia ad maiorem quantitatem reducitur in actu illius quantitatis per aliquid quod habet actu quantitatem illam; & hoc eſt qd adijcitur ei qđ auget. Deinde cum dicit,

Qđ auget' ſʒ quālibet parte͂ augetur.

Tex.cō.1.

O

Augumentū fit aliquo extrinſec⁹ adueniente.

Alcyo. *Itaq; neceſſe eſt uel re incorporea, uel corpore auctionem confici ſi incorporea: uacuum erit abiunctum. At fieri*

P *non poteſt, ut materies a magnitudine diſiungatur, ut etiam ſupra expoſuimus. Si corpore: duo profecto: corpora uno: eodemq; continebuntur loco, augens corpus: & id, quod auctum iam eſt: quod etiam fieri nequit.*

Antiqua. *Neceſſe autem augumentari: aut incorporeo: aut corporeo. Siquidem igitur incorporeo erit ſeparatum quod cōmune. Impoſſibile autem materiam a magnitudine eſſe ſeparabilem quemadmodum dictum eſt prius. Si autem corporeo duo in eodem loco corpora erunt: & quod augetur: et quod auget. Eſt autem & hoc impoſſibile.*

Dubium.

Proponit dubitationem quæ ſequitur ex duabus præmiſſis diuiſionibus. Si enim eius quod augetur oportet ſecundum quamlibet partem augeri: & omne augumentum ſit per alicuius additionem. conſe-

Q quēs eſt quod cuilibet parti eius quod augetur: oporteat aliquid addi. neceſſe eſt ergo quod id quod additur: quo dicitur aliquid augeri: aut eſſe corporeum: aut incorporeum ſeparatum ab omni quantitate corporali. Sed ſicut ſupra oſtenſum eſt: impoſſibile eſt qđ materia ſeparata ſit a magnitudine: vnde patet quod id quo aliquid augetur non poteſt eſſe incorporeum. Et iterum ſi eſſet incorporeum non eſſet quantum in actu: vnde ſui appoſitione non faceret maius ſecundū quantitatem. Si autem dicatur id quo addito aliquid augetur eſſe corporeum ſequeretur duo corpora ſimul eſſe in eodem loco ſcilicet corpus quod augetur: & corpus additum auget. Non enim poteſt dici qđ collocetur ſeorſum corpus quod augetur: & corpus quod auget: quia oportet additamētum fieri cuilibet parti eius quod augetur quod ex ſupradictis ſuppoſitionibus

Duo corpora eē ſimul i eodem loco eſt impoſſi.

A tionibus ſequitur : & hoc etiam eſt impoſſibile ſcilicet quod duo corpora ſint ſimul in eodem loco. Et ſic ſequitur inconueniens ad vtranque partem quæſtionis. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Sed nec eo modo euenire poteſt, ut auctio : atq; diminutio ſint, quo aer ex aqua oritur: quanquam maior corpulentia id temporis aggeſta conſpiciatur. Nam tantum abeſt, ut hoc auctio ſit, ut generatio rius habeatur: in quod mutatio peracta eſt : obitus uero contrarij, auctio neutri. immo aut nihil excreuit : aut ſi quid eſt, quod per nouam acceßionem ampliatum ſit, corpus eſt, quod partim genito, partim labefactato attribuitur. At nulla acceßio nec ab aqua, nec ab aere ſuſcepta eſt : quoniam illa interijt, hic ortus eſt. Reſtat corpus, dummodo aliqua magnitudinis acceßio ad ipſum* B *afferatur. Quod quidem nullo modo fieri poteſt: quoniam rationum fide ſalua præſtari oportet: quæ neceſſario ſpectantur in re, quæ tum augeatur, tum decreſcat. Hæc autem tria enumerantur: quorum unum eſt: ut quæcunq; augeſcentis magnitudinis pars amplior efficiatur: ut ſi caro augeatur: conſtet nullam non carnis partem augeri. Alterum, ut id tale alicuius rei appulſu conſequatur. Tertium, ut id qđ augeſcit : conſeruetur, & remaneat. Cum enim quicquam ſimpliciter aut gignitur: aut occidit non remanet. At cum uel alteratio, uel auctio decretioq; inducitur, id omnino, qđ uel augetur, uel alteraſcit manet, incolumeq; ſeruatur : etiã ſi in altero non eadem affectio: in altero non eadem penitus magnitudo remaneat. Verum ſi aquæ in aerem mutatio: cuius pauloante mentionem fecimus: pro auctione haberetur,* C *acceßio per nullius rei appulſum : aut permanens ſtratum fieret : & deceßio nulla re faceſſente conſequeretur. & id quod augetur, nulla de in ratione remaneret : cum debeamus id cuſtodire, & ſaluum omnino uelle: propterea quod iam conſtituimus id auctionem omnino eſſe.*

Antiqua. Tex.cõ.33. *Sed nec ſic contingit fieri ac generari dicere augumentationem & diminutionem : ut quando ex aqua aer : tunc enim maior tumor generatus eſt. Non autem augumentatio hæc: ſed generatio quidẽ eius in quod trãſmutatur erit: corruptio autem contrarij: augumentatio autem neutrius. Sed aut nullius: aut ſi aliquod commune amborum exiſtit: eius quod generatur : & eius quod corrumpitur. uerbi gratia ſi corpus. Aqua autem non aucta eſt: neq; aer. Hoc quidem* D *deperijt: hoc autem generatum eſt. Corpus autem eſt ſiquidem id ad auctum eſt. Sed & hoc impoßibile. Oportet autẽ ſaluare rationem & exiſtentiam eius quod augetur & di-* Hæc tria ſunt augumento neceſſaria. *minuitur. Hæc autem tria ſunt: quorũ unum eſt quancunq; partem maiorem eſſe eius quod augetur magnitudinis. uerbi gratia ſi caro carnis. Et adueniente aliquo. Et tertium ut ſaluetur quod augetur & maneat. Cum generatur: quidem enim aliquid ſimpliciter & corrumpitur non manet idem. Quod autem augetur aut alteratur : aut minuitur manet idem. Sed tamen quidem paßio aut magnitudo non manet eadem. Si itaq; erit prædicta augumentatio continget nullo adueniente neq; manente augeri : & nullo recedente diminui: & non manere quod augetur: ſed oportet hoc ſaluare: ſubiecta enim eſt augumentatio talis.*

Q̃ñ ex aqua ſt aer nõ eſt Excludit quandam obiectionem : poſſet enim aliquis dicere ꝙ augumentum ſit nullo alio appoſito, ſicut quando ex aqua generatur aer: videtur eſſe quo- B dam augumentum : quia ſit maior quantitas : ſed per augumentũ: ſed gñatione cõſeq̃ rare factio. hunc modũ non contingit fieri augumentum ſeu diminutio: talis enim tranſmutatio non eſt augumẽtum: ſed eſt generatio eius in quod tranſmutatur ſcilicet aeris & corruptio eius quod tranſmutatur aquę contrarietate calidi & frigidi. Non autem poteſt dici augumentatio: neq; aeris : neq; aquæ: ſed nec vllius eſt augumentatio, vel erit augumentatio illius quod eſt commune vtriq;: ſi tamen aliquid ſit tale: ſicut corpus videtur eſſe aeri & aquæ : vt dicatur ꝙ aqua non eſt augumentata: neq; aer: quia aqua corrupta eſt: & aer generatus: ſed corpus eſt quod augetur: ſi aliquid ibi augumentatũ eſt: ſed hoc eſt ĩpoſſibile. Oportet.n. ad hoc ꝙ aliquid dicatur augeri ꝙ ſaluentur ea q̃ ſunt de ratione eius quod augetur & diminuitur: quæ quidẽ F ſunt tria : quorum primum eſt : & ſupra poſitum eſt. ſcilicet ꝙ quælibet pars magnitudinis quæ augetur fiat maior. puta ſi caro augetur ꝙ quęlibet pars carnis ſit maior. ſecundum etiã ſupra poſitũ eſt: ſcilicet quod aliquo veniente aliquid augetur. tertium autem eſt: ꝙ ſcilicet nũc ponitur de nouo: vt ſcilicet id quod augetur conſeruetur, & permaneat in ſuo eſſe. Quia enim generatio & corruptio ſunt trãſmutationes circa ſubſtantiam: cum ſimpliciter aliquid generatur vel corrumpitur non permanet eius ſubſtantia: puta circa qualitatem aut quantitatem: & ideo cum aliquid alteratur ſeu augetur vel diminuitur manet idem numero ſecundum ſubſtantiam. Sed tamen quidem ſcilicet in alteratione non manet eadem paſſio: ſed in augumẽto & diminutione non manet eadem magnitudo: ſed G ſit maior vel minor. Si ergo prædicta tranſmutatio qua ex aqua ſit aer eſſet augumentatio: ſequerentur duo contraria prædictis poſitionibus. Quorum vnũ vnum eſt aliquid augeretur nullo alio adueniente & diminueretur nihilo recedente. Aliud autem eſt id qđ augetur non maneret; neq; aqua: neq; corpus quod videtur eſſe commune manet idem numero. Vnde etiam ſignanter ſupra dixit: ſi aliquid eſt cõmune quia ſcilicet nihil actu ens idẽ numero exiſtens ſecũdũ ſubſtãtiam: eſt cõmune ei quod corrumpitur & generatur. Oportet autẽ prædictas poſitiones ſaluare in omni eo quod augetur. Hoc enim ſupponitur quaſi principium ꝙ augumentatio ſit talis tranſmutatio qualis ſupradicta eſt. Sed videtur mihi prohibere aliquid au- Dubium. Tex.cõ.34 geri nullo adueniente. ꝓbat enim Philoſophus in 4. H phyſico. ꝙ ſicut aliquid ſit albius non ſuper addito alio albo: ſed per intenſionem albedinis præexiſtentis inquantum ſcilicet ſubiectum reducitur in actum perfectioris albedinis : ita etiam poteſt fieri aliquid maius abſq; additione alicuius corporis magnitudinem habentis : per hoc quod materia quæ prius erat ſub paruis dimenſionibus : poſtea ſit facta ſub maioribus. Nam idem eſt ſubiectum magnitudini & paruitati: ſicut & albi & nigri. Et hoc manifeſte apparet in rarefactione. Rarefactio autem contingit non ſolũ tranſmutata ſpecie: puta cũ ex aqua generatur aer. de quo hic loquitur Ariſto. ſed etiam eadem ſpecie manente: ſicut ſi aer rarefiat vel condenſetur. Dicendum eſt au- Solutio. Rare actionẽ eſt augumentũ 15 a tertõ. tem ꝙ talis tranſmutatio non poteſt proprie dici augumentum: ſed alteratio ſit enim ſecundum tranſmutationem paſſibilium qualitatum ſcilicet rari & denſi. Variatio autem qualitatis aut quantitatis ſe habet ex

I conſequenti. Sicut ex motu qui eſt ſecundum locum variatur motus:ſecundum dextrum vel ſiniſtrum: nõ tamen dicitur motus ſecundum ſitum: quia variatio ſitus conſequenter ſe habet ad variationem loci. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Veruntamen diſceptationem & quæſtionem uocare poteris: ecquid ſit quod amplificatur: & acceßionem ſuſcipit. num id ad quod aliquid adiungitur: ut cruris tibia in ampliorem diſtenditur magnitudinem: ſi quid eam auxit: & alimentum ſuccuſue, quo diſtenditur, non augetur. Cur igitur utrunq; non excreuit? cum præſertim tam maius ſit id quod acceßionem cõſequitur q̃ id quod eam attulit: ut cum aqua uinum dilueris. in maiorem enim uim utrunq; ampliatur.*

Antiqua. Tex.cõ.34. K *Quæret autem aliquis: et quid eſt quod augetur: utrum cui apponitur aliquid: aut quod apponitur. uerbi gratia ſi crus quod augetur hoc fit maius: quod autem auget cibus. Quare igitur non ambo aucta ſunt? Maius enim quod apponitur & cui. Quemadmodum & quando miſcens uinum aquæ: ſimiliter enim plus utrunq;.*

Alia q̃ō. Mouet autem aliam quæſtionem: & primo proponit eam ſecundo ſoluit eam ibi. (Aut quoniam huiuſmodi.) Dicit ergo primo quod cum augumentum fiat aliquo ſuperaddito: remanet quæſtio quod eſt id quod augetur: vtrum ſcilicet id cui apponitur: aut qđ apponitur: vel potius augetur vtrunq;. Verbi gratia. cruri alicuius animalis apponitur aliquid ſcilicet cibus: vtrum ergo crus augetur & fit maius. Cibus autem qui apponitur vel additur: non augetur: ſed auget: quare ergo ambo non augumentata ſunt? vtrunque enim non fit maius: ſed id quod apponitur non: et L id cui apponitur ſic: & ſicut quando vinum miſcetur aquæ videtur vtrunq; augeri: quia vtrunq; fit maius eodem modo. Deinde cum dicit.

Alcyo. *An alterius remanet ſubſtantia: alterius uero non remanet, ut ſucci, altericiſue rei: cum in hac quoq, miſtione id quod imperat, ut ſi id uinum fuerit, excreuiſſe dicatur. Omnes enim ipſius miſtionis congeſtæ partes non aquæ: ſed uini naturã retinent: & illius opera efficiunt. Idem quoq; in alteratione ſeruatur. Nam ſi caro & id quod rerum naturæ interpretes, quod res ſit appellant: & affectio aliqua per ſe contrahatur: qua ante carebat: tum alterationem eſſectam eſſe dicimus. At res per quam talis alteratio inducitur: par*M *tim nihil affecta eſt: partim affecta eſt. Vis tamen alterandi & mouendi origo corpori, quod uel augeatur, uel alteraſcat tribuitur: quandoquidem facultas mouendi in eo inſidet: quanquam & res quæ extrinſecus ingeritur: & corpus quod eius uſum capit, maius fieri poteſt: ut ſi ea poſtq̃ recepta eſt, in aerem conuertatur: ſed acceßionem conſecuta non eſt: tum quia id quod ita affectum eſt, interijt: tum quia uis mouens abeſt.*

Antiqua. *Aut quoniam quidem huiuſmodi ſubſtantia manet: huiuſmodi autem non uerbi gratia cibi. Quoniam dominans dicitur in miſtione: ut quoniã uinũ: facit enim uini opus: ſed non aquæ uniuerſa miſtura. Similiter & in alteratione:. quoniam ſi manet caro ens: & quod aliquid eſt. Paßio autẽ aliqua exiſtit eorum quæ ſecũdum ſe accidentiũ: quæ prius paßio non exiſtebat: alteratum eſt hoc. Quomodo autem alteratum eſt: hoc quandoq; quidem nihil paſſum: neq; alterata eſt ſubſtantia: quandoq; autem & illud. Sed alterans eſt principium motus in eo quod augumentatur & alteratur: in his enim mouens: quoniam & ingrediens generatur utiq; magis: & accipiens illud corpus. uerbi gratia ſi ingrediens fiat utiq; ſpecies: oportet corruptum eſſe hoc patiens & mouens non in hoc.* N

Soluit quæſtionem per id quod ſupra poſitum eſt Solutio. ſcilicet q᷑ oportet id quod augetur manere ſecundũ ſubſtantiam. Ideo ergo vinum dicitur augeri & non aliud: quoniam huiuſmodi quidem ſcilicet cui additur: puta crus manet ſubſtantia: hmõi autẽ ſcilicet qđ additur: puta cibus: conuertitur enim in ſubſtantiam eius quod nutritur & augetur. Et quia in obiectione fiebat mentio de miſtione: oſtendit etiam in miſtione O ſimile eſſe. Nam id cuius ſubſtantia manet dicitur eſſe dominans in miſtione: ſicut dicitur eſſe vinum: quãdo parũ de aqua admiſcetur multo vino: & hoc apparet ex propria operatione quæ eſt euidens ſignum ſpeciei. tota enim miſtura facit operationem vini ſcilicet calefaciendo & confortando: non autem facit opus aquæ. Et ſimile eſt de alteratione: quia ſi permanet caro: & quodquideſt, ideſt quiditas ſeu ſpecies eius. aliqua autem paſſio de numero per ſe accidẽtium adueniat quæ prius non erat: id quod permanet dicitur alteratum: & ſimiliter oportet id quod augetur permanere. Id autem quo aliquid alteratur ſcilicet alterans: quandoq; in nullo tranſmutatum eſt: neq; ſecundum paſſionem: neq; ſecundum ſubſtantias: ſicut contingit in his quæ agunt: & non patiuntur: ſicut corpora cœleſtia. quãdoq; vero & ipſum alterans patitur & trãſ P mutatur: ſicut in corporibus inferioribus quæ agunt Tex.cõ.41 & patiuntur adinuicem: vt infra patebit. Sed in motu augumenti virtus alterãs: & quæ eſt principium motus ſe habet ex parte augumenti: quod tamen ita alterat: q᷑ etiam alteratur. in his enim quæ augentur eſt principium motus augumenti ſcilicet ad alterandum & conuertendum cibum qui additur: quia ſi hoc non eſſet: cibus ingrediens corpus: ſic magis generaret & acciperet ad ſuam naturam id corpus eum ingrederetur. Puta cum ſpiritus, ideſt ventus ſeu aer ingreditur ventrem: & facit eum maiorem. vel ſpiritus, ideſt anima ingreditur corpus: & cõformat ipſum ſibi. Sed non eſt ita: quinimo cibus ingrediens corpus patiendo a corpore animalis corrũpitur conuerſum in cor- Q pus animalis: & principium mutationis nõ eſt in hoc quod additur: ſed in eo cui additur.

Cum autem hiſce de rebus ſatis multæ quæſtiones iam allatæ ſint: inueſtigationi diſſolutionis illarum nunc ſtudere debemus. Qua in re ſic id quod adaugetur ſeruandum eſt: ut illud ipſum tum maneat: tum per rem adiectitiam augeatur: & per deciduam attenuetur: ac decreſcat. Atq; etiam ut ſenſilis unaqueq; nota uel amplior: uel contractior efficiatur: nec inane ullum corpus: nec duæ magnitudines in uno eodemq; loco ſtatuantur: nec ulla deniq; magnitudinis acceßio per incorpoream rem fiat. Alcyo.

Quoniam autem de his quæſitum eſt ſufficienter oportet quæſtionis tentare ſolutionem inuenire. Saluantes manere id quod augetur & adueniente aliquo augeri: recedente autem diminui: adhuc autem quodcunq; ſignum ſenſatum: Antiqua. Tex.cõ.35.

A *aut maius: aut minus generatum eſt: & non uacuum eſſe corpus. neq; duæ magnitudines in eodem loco: neq; incorporeo augeri.* Lec. XV.

. POSTQVAM Philoſophus mouit dubitationem de eo quo aliquid augetur: & ſoluit dubitationem interpoſitam. hic accedit ad ſoluendũ dubitationem principalem. Et primo ſoluit dubitationem. Secundo oſtendit dubitatione remota quomodo fiat

Tex.cõ.38. augumẽtũ. ibi. {Maius autem totum.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit qualis debeat eſſe ſolutio. Secundo ponit ſolutionem. ibi. {Suſcipiendũ.} Oportet autẽ quod vera ſolutio includat omnia quæ ſunt de ratione rei: & oĩa impoſſibilia excludat: & ideo primo oſtẽdit quomodo intendit ſaluare omnia quæ

B ſunt de ratione augumenti: & dicit ꝙ quia ſufficiẽter quæſitum eſt de prædictis: oportet tentare, ideſt ad hoc conatũ apponere: vt inueniatur talis ſolutio queſtionis: qua ſoluantur tria quæ ſupradicta ſunt de ratione augumẽti. Quorum primum eſt quod id quod augetur permaneat. Secundum eſt ꝙ augumentum fiat adueniente aliquo: & diminutio aliquo recedẽte. Tertiũ eſt ꝙ quodlibet ſignũ ſenſatũ. i. quælibet pars ſenſibilis eius quod augetur fiat maior in augumento aut minor in diminutione. Secundo oſtendit quomodo intẽdit tria impoſſibilia vitare. Primo quidem vt non ponamus corpus quod augetur eſſe vacuum. Secundo vt nõ ponamus duas magnitudines vel duo corpora eſſe ſimul. Tertio vt non ponamus augumẽtum fieri per additionem alicuius incorporei. Videtur enim ſuppoſitis prædictis ſuppoſitionibus alterũ borum inconuenientium ex neceſſitate ſequi. Si enim

C augetur quælibet pars eius quod augetur: & nihil augetur niſi adueniente aliquo: oportet ꝙ cuilibet parti eius quod augetur aliquid adueniat. Si ergo id qđ aduenit non eſt incorporeum: oportet duo corpora eſſe ſimul: niſi ponatur corpus quod augetur eſſe vacuum. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Sed antequam auctionis cauſa proponatur: ita ſtatuendum eſt. Primum diſsimilareis partes augeri: cum ſimilares itẽ auctiores fiant: omnes enim ex his ipſis concreſcũt. Deinde carnem oſſa & reliquas eiuſdem generis parteis ſimiliter bifariam dici: atq; ceteras, quæ forma in ipſa materia ornentur: quandoquidem non ſolum materia os: & caro ne dicitur: uerum etiam forma.*

Antiqua. *Suſcipiendum igitur cauſam determinãtes prius unum-*

D *quodq;: quoniam anomiomera augentur cum omiomera au-*

Caro & os ẽ duplex. *gentur: componitur enim ex his unumquodq;. Deinde quidem caro & os & unaqueq; talium partium eſt duplex. Quemadmodum & aliorum in materia ſpeciem habentiũ. Etenim materia dicitur & ſpecies caro aut os.*

Soluit dubitationem: & primo præmittit quædam neceſſaria ad quæſtionis ſolutionem. ſecundo ponit ſolutionem. ibi. {Qualemcũq; igitur partem.} Circa primum proponit duo, circa quorum primum dicit ꝙ oportet ſuſcipere cauſam: per quam & prædicta ſoluantur & inconuenientia vitentur: ita tamen ꝙ determinemus quędam prius. Quorum vnum eſt ꝙ anomiomera, ideſt membra diſſimilium partium: puta manus aut pes & ſimilia augẽtur per hoc qđ partes augẽtur: q̃s omiomera vocat: ſicut ſunt caro & os & huiuſmodi. Et huius rationem aſſignat quia vnũquodq; membrum diſſimilium partium augetur ex his quæ ſunt ſimilium: ſicut manus ex carne & oſſe & neruo: & ideo oportet ꝙ per augumentum partium augeatur totum. Secundo ponit quod caro & os & vnaquæq; talium partium quæ primum dicat augeri eſt duplex: ſicut contingit in omnibus quæ habent ſpeciem in materia. Nam caro vel os poteſt dici vel

E

Expõ Alexã. Auer. cõ. 38 vt materia carnis vel vt ſpecies carnis. Hoc quidam intellexerunt ſic quod aliqua caro ſignata eſſet: quæ eſt ſecundum materiam: & alia quæ eſt ſecundum ſpeciem. Dicunt enim quod caro vel os vel quicquid eſt huiuſmodi dicitur eſſe ſecũdum ſpeciem: ex eo quod eſt generatum ex primo humido ſeminali: in quo primo fuit uirtus ſpeciei. Caro autem ſecundum materiã dicitur: ex eo quod generatur ex humido nutrimentali: quod quidem aduenit primo humido ſubſtantiali ſicut materia quædam eius: prout primum humidũ extenditur per alia membra: admixto ſibi ſecũdo humido: ad hoc vt compleatur quantitas rei viuentis et omnium partium eius. Et hæc fuit opinio Alexandri: vt dicit Auic. in expoſitione huius loci: quem plures

F

Impugnatio poſtmodum ſecuti ſunt. Sed hoc non poteſt ſtare cũ verbis Ariſto. quæ hic dicuntur. Dicit enim quod caro & os & vnaquæq; talium eſt duplex ſcilicet ſecundum materiam & ſpeciem: quemadmodum & aliorum in materia ſpeciem habentium. Manifeſtum eſt autem quod ſpeciem in materia habent non ſolũ iſta quæ generantur ex ſemine & quæ nutriuntur: in quibus prædictus intellectus poſſet aliqualiter ſuſtineri: ſed etiã corpora inanimata: ſicut ſunt lapides aurum

G & argentum. Vult ergo Ariſt. ꝙ in carne & oſſe dicitur ſpecies & materia ſicut in lapide & auro: in qui-

Expõ propꝛa. bus non humidũ ſubſtantiale & nutrimentale. Et ideo dicendum eſt ſecundum intentionem Ariſto. quod eadem caro dicitur ſecundum ſpeciem: prout in ea cõſideratur id quod pertinet ad ſpeciem carnis: & ſecũdum materiam: prout in ea conſideratur id quod eſt materiæ: & eadem ratio eſt de omnibus aliis compoſitis ex materia & forma. Deinde cum dicit.

Itaq; euenit ſingulas parteis ſecundum formam ex appulſu rei excreſcere: ſecundum uero materiam idẽ non fieri. Alcyo.

Qualemcunq; igitur partem augumentari: & adueniente aliquo ſecundum quidem ſpeciem eſt contingens: ſecundũ autem materiam non eſt. Antiqua.

H

Ponit ſolutionem: & primo ponit eam. Secundo manifeſtat per exemplum. ibi. {Oportet autem intel-

Tex.cõ.36. ligere} Tertio concludit epilogando ſummam ſolu-

Tex.cõ.37. tionis. ibi. {Quapropter eſt quidem} Dicit ergo primo quod hoc quod ſupra dictum eſt: quod quælibet

Q̃uo quęlibꝫ pars auctꝫ augeatur. pars augetur eius quod augetur: & quod vnumqđq; augeatur adueniente aliquo: eſt verum ſi accipiatur pars ſecundum ſpeciem. Nam cuilibet parti ſecundũ ſpeciem conſideratæ additur aliquid tanquam permanenti: & ita quælibet pars ſecundum ſpeciem conſiderata augetur: non autem cuilibet parti ſecundum materiam conſideratæ fit additio: ſed non quælibet pars ſecundum materiam conſiderata augetur. Dictum. n. eſt quod id quod augetur oportet permanere: non autem permanet quælibet pars ſecundum materiam

I. conſiderata:ſed ſolum ſcd̃m ſpeciem. Deinde cũ dicit.

Alcyo. *Quod quidem haud ſecus intelligi debet : ac ſi quiſquam eadem menſura aquam tranſfundat . id enim quod efficitur aliud ſemper, & aliud eſt . Ita materia etiam carnis amplificatur: nec ad quãcunq; partem acceſſio affertur: ſed altera omnino effluit: altera infunditur : & ad quamuis figuræ & formæ partem aliquid adiungitur.*

Antiqua. Tex.cō.36. *Oportet autem intelligere quemadmodũ ſi aliquis menſurabit eadem menſura aquam. Semper enim aliud & aliud quod generatur. ſit utiq; augumentatur materia carnis: ſed nõ partiũ cuiq; aliquid aggeneratur. Sed hoc quidẽ defluit: hoc aũt aduenit. Formæ aũt & cuicunq; ſpeciei particulæ.*

Manifeſtat ſolutionem propoſitam per exempla: & primo ponit manifeſtationem . ſecundo oſtẽdit in (K) quibus partibus dicta ſolutio ſit magis manifeſta. ibi. {In anomiomeris.} (Tex.cō.37.) Dicit ergo primo quod oportet intelligere quod dictum eſt de carne ſecundum ſpeciem & ſecundum materiam: ſi quis menſuret aquam eadem menſura: ita tamen quod ſemper ſit alia & alia aqua: puta ſi ex uaſe pleno aqua guttatim aqua effluat & guttatim ſemper infundatur : erit enim ſemper idẽ quantum ad menſuram aquæ: non tamen quo ad materiam aqua. Sic autem operatur ſpecies ad materiam (Notabile.) ſicut menſura ad menſuratum : eo quod forma eſt finis materiæ: vt dicitur in ſecũdo phyſi. (Tex.cō.23.) Sic enim oportet intelligere quod ſpecies carnis permaneat eadem tanquam menſura quædam : non tamen ſemper permaneat eadem materia in qua talis ſpecies ſuſcipitur. Eſt etiam ſimile de fluuio qui ſemper manet idẽ quantum ad ſpeciem fluuij : materialis tamen aqua ſemper (L) eſt alia & alia . Simile eſt etiam in igne cuius ſpecies & figura ſemper manet: ſed ligna in quibus materialiter ignis ardet conſumuntur: & alia apponuntur. Idẽ etiam apparet in populo ciuitatis : qui ſemper manet idem ſecundum id quod eſt ſpeciei: quamuis hominũ ex quibus conſtituitur populus: quidã moriantur: & quidã ſuccedãt: et ſemp̃ p̃manet id q̃d p̃tinet ad ſpeciẽ carnis: licet materia in quã fundatur talis ſpeciei paulatim conſumatur per actionem caloris: & alia de nouo adueniat per nutrimentum . Sic ergo quando aliquod corpus augetur : augumentatur quidam materia carnis : quia plus generatur per nutrimentum q̃ perdatur per actionẽ caloris: & ita multiplicata materia: vis augumentatiua quæ pertinet ad ſpeciem: extẽdit proportionabiliter totam materiam in maiorem quantitatem . (M) Non tamen ita augumentatur materia carnis quod cuilibet parti materiæ aliquid addatur: quia neq; quælibet pars materię manet: ſed quædã defluit conſumpta ſcilicet per calorem: & quædam aduenit reſtituta ſcilicet per nutrimentũ: & ita non oportet incorporea eſſe: neq; eſſe corporea omnino ſimul: neq; corpus quod augetur eſſe vacuum: quia non minus fuit id quod reſtituitur per alimentum: q̃ id quod fuit per calorem conſumptum . Virtus enim caloris naturalis quę pertinet ad ſpeciem reſtituit id q̃d aduenit, in locum eius quod perijt. Si autem fuerit plus q̃d ex alimento generatum eſt: virtus naturalis extendit id in maiorem quantitatem ſecundum aliquam dimẽſionem: & ita occupat maiorem locum. Sed quia ſpecies ſemp̃ manet: neceſſe eſt dicere quod cuilibet parti formæ vel ſpeciei aliquid aduenit & quælibet augeatur. (N) Neq; propter hoc ſequitur duo corpora eſſe in eodem loco: quia formæ & ſpeciei non debetur locus niſi ratione materię in qua fundatur: quæ eſt proprie ſubiectum quantitatis dimenſiue. (Soluit obõnẽ Ariſt. ſupra. t. c 32.) Si autem intelligatur caro ſecundũ ſpeciem quæ eſt generata ex humido ſubſtantiali. (Digre cõtra expõnẽ Alex.) Caro autem ſecundum materiam quæ eſt generata ex humido nutrimentali vt Alexã. poſuit: videtur hoc verbum Ariſt. ſcilicet quod caro ſecundum materiam defluit & adueniat: non autẽ caro ſecũdum ſpeciem magis eſſe dictã probabiliter q̃ ſecundum aliquam neceſſariam rationem: cum nõ neceſſe ſit vtrunq; humidum in vnam maſſam adiungi ad perficiendam quantitatem totius corporis: & omnium partium eius. Nec poteſt ex neceſſitate probari q̃ calor ita conſumat vnum: altero permanẽte ſemper. Non eſt autem credibile. quod Ariſto. in tali re: aliquid ſine ratione neceſſaria dixiſſet: vt Auer. dicit (O) in expoſitione huius loci. Deinde cum dicit. (Cõmẽ. 38.)

Alcyo. *In partibus quidem diſsimilaribus hoc ipſum apertius, atq; manifeſtius exiſtit , ut in manu quæ ex proportione augeſcit. materiam enim a forma diuerſam eſſe planius hac in parte declaratur , q̃ in carne : & in alijs ſimilis naturæ partibus. Quamobrem caro & os in extincto plenius adhuc tale uidetur q̃ manus & brachium.*

Antiqua. Tex.cō.37. *In anomiomeris autem hoc magis manifeſtum uerbi gratia in manu quoniam proportionaliter auctum eſt . materia enim alia ens a ſpecie manifeſta magis hic q̃ in carne & omiomeris. Ideo & mortui magis uidentur eſſe caro & os q̃ brachium & manus.*

Oſtẽdit in quibus partibus prædicta ſolutio ſit magis manifeſta : & dicit q̃ id quod dictum eſt magis (P) eſt manifeſtum in anomiomeris, id eſt membris diſſimilium partium: puta manu: quam videmus proportionabiliter augeri: proportionabiliter autem augetur tota manus: & quilibet digitus : & etiam quilibet articulus. Et hoc ideo quia magis manifeſta eſt diſtinctio ſpeciei & materiæ in huiuſmodi membris q̃ in carne & oſſe & alijs membris ſimilibus . Quanto.n. ſunt propinquiora toti: tanto perfectius recipiunt perfectionem formæ quæ principaliter eſt actus totius. vnde & operationes animæ magis manifeſtæ ſunt in diſſimilibus membris q̃ in partibus ſimilibus. Et ideo licet poſt mortem poſtquam ſeparatur anima a corpore: non ſolum non remanet animal : ſed etiam nulla pars animalis : niſi æquiuoce vt dicitur in ſecundo de (Q) (Tex.cō.8.) anima. tamen videtur quod magis poſt mortem animalis remanet caro aut os: q̃ manus aut brachium: in quibus magis apparẽt operationes aię. Deinde cũ dicit.

Alcyo. *Idcirco quodammodo datur , quamuis partem carnis excreuiſſe , quodammodo non datur . Nam ſecundum formam cuiuſq. partis acceſſio facta eſt: ſecundum uero materiam nihil tale factum.*

Antiqua. *Quapropter eſt quidem ſic quantumcunq; carnis auctũ: eſt autem ut non. Secundum ſpeciem quidem enim quodcunq; aduenit: ſecundum materiam aũt generatum eſt non.*

Concludit epilogando ſummam ſolutionis ſcilicet quod quodammodo quælibet pars carnis eſt aucta ſcilicet accipiendo carnẽ ſecundũ ſpeciem: & quodã-

modo

A modo non ſcilicet accipiendo carnem: ſed materiam

Alcyo. *Sed tamen totum in ampliorem diſtenditur magnitudinẽ cum ees quædam acceſſerit: quod quidem alimentum uocatue. & contrarium eſt: & in eandem ſit mutata formam: ut ſi ad ſiccitatem humor acceſſerit: & ſiccus poſt aduentum ſit redditus: quandoquidem conceditur modo ſimile a ſimili acceßionem conſequi, modo a dißimili.*

Antiqua. Cõmẽ.38. *Maius autem totum generatum eſt adueniente aliquo: quod uocatur cibus: & contrarium tranſmutante in eãdem ſpeciem. uerbi gratia ſi ſicco adueniat humidum. Cum autem aduenerit tranſmutatue humidum & generatur ſiccum. Eſt quidem enim ſicut ſimile a ſimili augumentatur: eſt autem ut a dißimili.*

Augumentũ quodãmõ eſt a ſiſi quodãmodo autẽ a diſsimili.

Lectio. XVI.

B SOLVTIS dubitationibus quæ erant circa augumentaium: hic Philoſophus determinat modum augumenti. Et primo determinat qualiter fiat augumentum. Secundo determinat qualiter fiat diminutio

Tex.cõ.41 ibi. {Hæc autem ſpecies ſine materia} Circa primum duo facit. Primo oſtendit qualiter ſe habet id quod aduenit ad id quod augetur eo adueniente. Secundo comparat augumentum alijs operationibus animæ

Tex.cõ.39. vegetabilis. ibi. {Quæret autem aliquis.} Dicit ergo primo q̃ ſoluta quæſtione de partibus eius quod augetur vtrum quælibet pars augumentatur vel non: manifeſtum eſt quod totum maius eſt aliquo adueniẽte: puta cibo. hoc enim adueniens in principio eſt contrarium ei cui aduenit ſecundum aliquam contrarietatem paſſionum: ſed poſtea tranſmutatue in eadem ſpecie: puta ſi ſicco adueniat id quod eſt a principio

C humidum: quod cum aduenerit trãſmutatur: & fit ſiccum. Et ita quodammodo verum eſt dicere q̃ ſimile augetue ſimili: quodammodo autem verum eſt dicere q̃ aliquid augetur a diſſimili. Nam id quod augetur in principio quidem eſt diſſimile: in fine autem ſimile: vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Verum altercatio oritur cuiuſmodi ſtatuẽdum ſit id quo res augentur: cum ex ijs quæ diſpuiauimus: conſtet illud facultate eſſe: ut ſi de carne loquamur. nimirum illa facultate quidem caro erit: ſed actu diueeſa, quæ plane extruta & cõſumpta: caro tandem effecta eſt.*

Antiqua. *Quæret autem aliquis quale oportet eſſe ex quo augetur. Manifeſtum utiq;: quoniam potentia eſt illud. uerbi*

D *gratia ſi caro potẽtia carnem: actu autem aliud. Corruptio utiq; hoc caro generatum eſt.*

Comparat augumentum alijs operationibus animæ vegetabilis cuius operationes ſunt tres: vt dici-

T.cõ 34.& 52. tur in ſecundo de anima ſcilicet geneeatio nutrimentum & augumentum. primo comparat augumẽtum

Tex.cõ.40. generationi. ſecundo nutrimento. ibi. {Quantum autẽ quod vniuerſale.} Circa primũ duo facit. primo oſtẽdit ſimilitudinem augumenti & generationis. ſcd'ũdo differentiam: ibi. {Non igitur hoc ipſum.} Mouet igitur quæſtionem circa primum quale oporteat eſſe id, ideſt cuius formæ eſt id quod augetur. & concludit manifeſtum eſſe ex præmiſſis q̃ id quo aliquid augetue eſt in potentia ad id quod augetue. Puta ſi caro eſt q̃ augetur id quo augeſ oportet eſſe in potẽtia carnẽ. Quia ſicut ſupra dictũ eſt: id quo aliqd augetur eſt in principio diſſimile: in fine aũt ſimile: et quia nihil eſt in potentia ad vnũ quin ſit in actu aliquid aliud: oportet id quo augetur caro: quod eſt in potentia ad carnem: eſſe actu aliquid aliud q̃ carnem: puta panis: quod aũt eſt actu aliquid: non fit aliud niſi per prioris & ſequẽtis generationem corruptionem. Oportet igitur augumentum fieri corrupto eo q̃ prius erat actu puta pane: genito eo quod augetur: puta carne. Et ſic manifeſtum eſt q̃ in augumento concurrit generatio aliqualiter. Deinde cum dicit.

E

Alcyo. *Id ipſum autem non per ſe fit: quoniam generatio non auctio foret: cum id, quod augeſcit hoc mutetur. Sed id, qđ excreſcit ecqua re ab augẽte affectum acceßionem ſuſcipit? Nempe miſcetur: ut ſi uinum aqua diluas: & id eam permiſtam uinum reddere queat. Et quemadmodum cum ignis materiam; quæ ſit deuſtilis tangeret: ita augendi uis in ee excreſcenti: quæ caro actu eſt: condita, id, quod poteſtate caro erat exceptum: actu carnem reddit; propterea ſimul eſſe oportet. Quod ſi ſeparatim id accideret generatio, non auctio eſſet. Ita enim per ligna ad ſtruem adhuc ſtantem appoſita ignis excitari poteſt: quæ auctio eſt. At cum ſola deflagrarint: tum geneeatio eſt.*

F

Antiqua. *Non igitue hoc ipſum ſecundum ſe. Geneeatio autem eſſet non augumentatio: ſed quod augetur hoc. Quod igitur & ab hoc eſt patiens auctum eſt: aut mixtum: quemadmodum ſi quis uino ſuperfundat aquam: hoc autem poteſt uinum facere quod mixtum eſt. Quemadmodum ignis facit uſtum tangens urenda. Ita in eo quod augetur: & eſt actu caro quod ineſt augumentatiuum: adueniente potentia carne facit actu carnem. Igitur ſimul ente: ſi enim ſeorſum generatio eſt. Eſt enim ita ignem facere ad exiſtentem adiungentes ligna: ſed ſic quidem eſt augumentatio. Quando autẽ ipſa ligna per ſe incenduntur generatio eſt.*

G

Dĩa inter augũ.& gen. Oſtendit differentiam augumenti & generationis dicens q̃ in augumento fit quædam generatio carnis cum aliud ſit augumentatio a generatione: ſequitur q̃ non geneeetur ſecundũ ſeipſam, ideſt ſeparatim quando aliquid generatur: quia ſic non eſſet augumẽtum: ſed generatio. Sed oportet generari carnem in carnẽ quę augetur. ſic igitur propter id quod caro in eo qđ augetur eſt patiens: in eo ſcilicet quod tranſmutatur in ſimilitudinem eius quod augetur: & ab hoc ſcilicet paſſo & tranſmutato augumẽtatum eſt vel id cui additur vel totum mixtum. Et eſt ſimile: ſicut ſi aliquis vino pręexiſtenti ſupeeinfundat aquam: hoc modo quod vinum ſua virtute poteſt aquam commixtam conuertere in ſui naturam: tunc enim dicitur eſſe augumentum vini: non generatio. Cum autem liquor aliquis ſecundum ſe in vinum conuertitur: puta vua: eſt vini generatio. Aliud autem exẽplum ponit de ignẽ qui adurit corpora vſtibilia ſibi coniuncta: & ita contingit in eo q̃ augetur quod eſt actu caro: cuius virtus augumentatiua id quod adurit exiſtens in potẽtia ad carnem facit actu carnem: ita tamen q̃ ſit ſimul cũ carne præexiſtente. Si enim ex aliquo quod eſt in potentia caro ſeorſum fieret caro: eſſet generatio carnis, non augumentum. ſicut accidit cum ex virtute ſeminis, ſanguis menſtruus in carnem conuertitur. Et hoc etiam accidit circa ignem. contingit enim quandoq;

H

A ꝙ ligna igniuntur adiuncta igni præexiſtenti: & hoc eſt augumentatio ignis: quando vero ipſa ligna incendũtur ſeorſum non adiuncta alijs lignis aduſtis: tunc eſt generatio.

Alcyo. *Communis porro quantitas nullum aſſequitur ortum: quemadmodum nec animal, quod neq; homo, neq; aliquid ſingulare ſit: immo quemadmodum in his uniuerſitas: ſic in illis quantitas fingitur. Caro igitur & os: aut manus, & nerui: & partes eorum ſimilares quantæ redduntur: propter alicuius oĩno quãtitatis acceſſum: ſed nõ carnis quãtæ.*

Antiqua. Tex.cõ.40 *Quantum autem quod uniuerſale quidem non generatur: quemadmodum nec animal nec quidem homo nec aliquid ſingularium: ſed ut hic uniuerſale: illic autem quãtum.* B *Caro autem: aut os: aut manus: & horum omiomera. Aduenientę quidẽ aliquo quãto: ſed nõ carne quãta.* Lec. XVII.

POSTQVAM Philoſophus comparauit augmentum generationi hic comparat augmentum alimento. & primo oſtendit quomodo ſe habet id quod auget ad id quod nutrit. ſecundo quomodo ſe habet Tex.cõ.41 augmentum ad nutrimentum. ibi {Et nutrimentum} Quantũ vle no generatur Circa primũ tria facit. prio oſtẽdit qd ſit idqd auget .i. ꝙ ſit quãtũ: & dicit ꝙ quãtũ uniuerſale non generatur nec fit: ſicut animal vniuerſale: nec homo vniuerſalis: nec aliquid ſingularium, ideſt nec aliquam ſingularium ſpecierũ: puta nec leo vniuerſalis: nec bos vniuerſalis. Sed ſicut in illis generatur vniuerſale ſcilicet in aliquo particulari: puta cũ generatur hoc animal: C aut hic homo: & illic ſcilicet in augmento generatur quantum: non quidem in vniuerſali: ſed in aliquo determinato: ſicut cum fit quanta caro aut os aut manus & his ſimilia. Secundo ibi. {Aduenientę.} Oſtendit quid ſit id quod auget. fit enim augmentum adueniente aliquo vt dictum eſt: ſed ſi per augmentum fieret quantum in vniuerſali: oporteret id quod aduenit eſſe quantum in potentia: & nullo modo in actu: ſed quia non generatur quantum in vniuerſali: ſed hoc quantum. puta caro: oportet id quod aduenit eſſe quidem aliquid in actu quantum: non autem caro quanta: ſed ſolum in potentia. Tertio ibi.

Alcyo. *Idcirco quoad res nutriens facultate utrunq; eſt: ut caro quanta: eatenus auget: nam & quantam factam eſſe: & carnem oportet: quod autem caro duntaxat eſt: eatenus nutricatur: alimentaq; corpori ſuppeditat: alimentum enim* D *hoc eſt facultas alendi ab auctione, hoc eſt facultate augendi ratione differt.*

Antiqua. Tex.cõ.41. *Secũdum id igitur ꝙ potentia utrũq; uerbi gratia quanta caro ſic auget quidem etenim quantam oportet generari: & carnem: ſecundũ id enim quod ſolum ſubſtantia caro nutrit. Etenim ſic differunt cibus et augmentatiuũ ratione.*

Concludit differẽtiam eius quod auget & eius qđ nutrit. & primo ponit differentiam ꝙ id inquantum id quod aduenit eſt in potentia ad vtrunq; puta ad hoc ꝙ ſit quanta caro: vt ſcilicet non ſolum ſit aptum recipere ſpeciem carnis: ſed etiam in maiorem quantitatem produci: per hoc enim auget. Ad hoc enim ꝙ fit augmentum: oportet fieri & quantum: vt ſcilicet fiat maior quãtitas & caro: quia oportet id quod aduenit in finem aſſimilari vt dictum eſt. Inquantum vero id quod aduenit eſt in potentia ad hoc ꝙ ſit caro, B ſecundum hoc nutrit. Sic enim differunt ſecundum rationem cibus & augumentatio. Nam cibus nutriens eſt in potentia inquantum conuertitur in carnem: inquantum autem ſuſcipit maiorem quantitatem eſt augens. Deinde cum dicit.

Quamobrem animatum uel in diminutionem decumbẽs tantiſper nutritionis uſum capit: dum ſalutem corporis defendit: non tamen ſemper excreſcit. Alcyo.

Ideo nutritur quis quouſq; ſaluatur: & diminuitur: augmentatur autem non ſemper. Antiqua.

Infert quoddam corollarium ex eo quod dictum eſt. videlicet quod aliquis nutritur quouſq; ſaluatur, ideſt quamdiu conſeruatur in vita: quia ſemper oportet reſtitui per nutrimentum id quod continue ſoluitur, ideſt id quod diminuitur oportet nutriri. Non autem ſemper animal augetur: ſed quamdiu cibus conuerſus in carnem poteſt extendi in maiorem quantitatem. Deinde cum dicit. F Quãdiu aial augetur.

Quanquam autem alimentum idem, quod auctio eſt: tamen ratione diſcrepat: nam ut aduẽtitia res poteſtate quanta caro eſt: augendæ carnis facultatem obtinet ut poteſtate tantummodo caro: alimento: & ſucci eſt. Alcyo.

Et nutrimentum augmentationi id idem eſt quidem: eſſe autem aliud. Secundum id enim quod eſt id quod aduenit potentia quanta caro augmentatiuum carnis eſt: ſecũdum id autem quod ſolum potentia caro: nutrimentum. Antiqua.

Oſtendit differentiam inter ipſum augmentum & nutrimentum: & dicit ꝙ nutrimẽtum eſt idem ipſum augmentum: eſſe autem cum eis aliud. quaſi di. ſunt idem ſubiecto ſed differunt ratione. Inquantum enim id quod aduenit eſt in potentia ad vtrunq;, ideſt ad hoc ꝙ ſit quanta caro: ſecundum hoc eſt augmẽtum carnis. inquantum vero eſt in potentia ad hoc ſolum ꝙ ſit caro: ſecundum hoc eſt nutrimentum aut cibus: vt ſupra expoſitum eſt. Deinde cum dicit. G Qđ auget & qđ nutrit ſũt idẽ re. ſʒ differunt rõne.

Hæc etiam forma ſine materia, ut poteſtas quædam materiæ expers in materia uerſatur. Quod ſi aliqua accedat materia: quæ poteſtate a materia uacua ſit: & poteſtate quantitatem habeat: profecto res hæ maiores materiæ expertes erunt. quod ſi ultra id præſtare nõ poterit: ſed quaſi copioſior aqua uino permiſceatur. ad extremum uinum omnino dilutum reddit: & plane aquam, atq; tum attenuatam reddet quantitatem: etiam ſi forma remaneat. Alcyo. H

Hæc autem ſpecies ſine materia: ut inmaterialis potentia aliqua in materia eſt. Similiter autẽ & aliud quodcunq; organum. Si autem aduenerit aliqua materia ens potentia inmaterialis habens & quantum potentia: hæ erunt inmateriales maiores. Si autem amplius facere non poteſt: ſed ut aqua uino ſemper amplius mixta in fine aquaticum facit: & aq̃: tunc diminutionem faciet quanti. Species aũt manet. Antiqua. Tex.cõ.42

Oſtendit quomodo fiat diminutio. Ad euidentiam autem horum quæ hic dicuntur conſiderandum eſt quod virtus ſpeciei aliter ſe habet in rebus viuẽtibus quæ proprie nutriuntur & augentur: & in rebus carentibus Virtꝰ ſpẽi aliť ſe hʒ i viuẽtibꝰ, aliť in non viuentibus.

A rentibus vita quæ neque nutriuntur neq; augentur. Corpora enim viuentia mouent ſeipſa: non ſolum ſecundum motum localem: ſed etiam ſecundum motum alterationis puta cum animal naturaliter ſanatur: & non ſecundum motum augumentationis aut generationis: præſertim ſecundum quod nutrimentum eſt generatio quædam: vt dictum eſt: inquantum ſcilicet & ſi non generetur caro ſecundum ſe: aggeneratur tamen carni præexiſtenti. Omne autem mouens ſeipſum vt probatum eſt in octauo phyſicorum diuiditur in duo: quorum vnum eſt mouens aliud vero motum: vnde oportet quod in rei veritate ſit aliquid motum quod cõuertitur in naturam ſpeciei: & aliquid mouens ſcilicet ipſa virtus ſpeciei conuertens. Et inde eſt quod virtus ſpeciei in rebus viuentibus non determinat ſibi aliquam materiam ſignatam: cum vna pars effluat & alia adueniat: vt dictum eſt.

Tex.cõ.41

Aiata habent virtutem augendi & nutriendi.

B Non poteſt tamen virtus ſpeciei eſſe abſque omni materia: ſed hac vel illa determinate: vt probatur in ſeptimo metaphyſicorum. In rebus tamen inanimatis nihil tale inuenitur: niſi forte inquantum eſt in eis aliqua ſimilitudo augumenti & nutrimenti: puta in igne & vino per efficaciam virtutis actiuæ in eis ſpeciei carnis vel cuiuſcunque huiuſmodi in quacunque. Sic igitur virtus tamen non determinat ſibi aliquam materiam ſignatam: ſed nunc ſaluatur in hac: nunc in illa: & eſt ſicut ſpecies immaterialis potentia quantum ad hoc: quod non determinat ſibi materiam ſignatam. eſt tamen in materia ſemper aliqua. Et eadem ratio eſt de quocunque alio organo: puta de oſſe aut neruo aut

Tex.cõ.38

Inaiata vero habent ſiſtitudinarię has virtutes.

C quocunque huiuſmodi. Si ergo aduenerit aliqua materia quæ ſit in potentia, non ſolum ad hanc ſpeciem quæ quodammodo eſt immaterialis: ſed etiam eſt in potentia ad maiorem quantitatem: hæc etiam erunt maiores & immateriales, id eſt ipſę virtutes ſpeciei quæ ſunt in carne & oſſe & huiuſmodi: extendentur in maiorem quantitatem. Sed hoc non ſemper poteſt fieri: quia virtus ſpeciei debilitatur cum ſit in materia contrarietati ſubiecta: per continuam actionem & paſſionem, & per adiunctionem materiæ extraneæ, quæ non ita recipit virtutem ſpeciei ſicut prius erat.

Quõ ſpẽs deſtruitur.

Quando ergo non hoc amplius virtus ſpeciei facere poteſt: vt ſcilicet tantum conuertat de nutrimento

D quod ſit in potentia non ſolum ad ſpeciem & ad maiorem quantitatem: ſed nec etiam ad æqualem tunc fit diminutio quantitatis: & tamen conſeruatur ſpecies in quantitate minori: & finaliter etiam ſpecies ceſſat: ſicut ſi aqua magis, & magis vino miſceatur fiet vinum aquatum & finaliter corrumpetur vinum: & fiet totaliter aqua.

Alcyo.

Cum initio de materia & de iis, quæ uocantur elementa: loqui oporteat, ſint necne illa: & utrum eorum unumquodque perpetuum ſit & ſempiternum: an quoddammodo ortu nouo prodeat: & ſi id fiat: utrum omnia eodem modo mutuo formentur ortu: an inter ea primum quoddam ſit conſtituendum, neceßitas cogit ut primum ea explicemus: quæ perplexa: ac parum diſtincta nunc uulgo traduntur.

E

Antiqua. Tex.cõ.43

Sermo de tribus actiõe paſſione & mixtione.

Quoniam autem oportet primum de materia & de uocatis elementis dicere: ſiue ſint: ſiue non: & utrum ſempiternale unumquodque: aut generatur qualiter: & ſi generatur utrum ex inuicem generẽtur omnia eodem modo: aut ſi aliquod primum eorum unum eſt. Neceſſe eſt utique prius dicere de quibus indeterminate dicatur nunc.

Lectio. XVIII.

POSTQVAM Philoſophus determinauit de generatione & corruptione in communi & de aliis ſequentibus ſcilicet de augumentatione & alteratione: incipit determinare de quibuſdam quæ ad hæc requiruntur. Et primo dat intentionem ſuam. ſecundo proſequitur intentum. ibi. {Fere quidem.} Circa primum duo facit. primo determinat intentionem ſuam. ſecundo oſtendit neceſſitatem ſuæ intentionis. ibi. {Omnes enim qui elementa.} Dicit ergo primo, quod cum oporteat dicere de materia circa quam eſt tranſmutatio elementorum: & de ipſis elementis ſecundum contrarietates quæ ſunt in eis: vtrum ſcilicet ſint aut non: & vtrum vnum eorum ſit ſempiternum & intranſmutabile: ſicut ſupra dicit Empedocles aut generantur: & ſi generantur qualiter generantur: vtrum ſcilicet generantur adinuicem: aut mouentur: aut eſt aliquod principium eorum ex quo generantur: & in quod reſoluuntur, ſicut diuerſi dixerunt: vt Democritus atomos. Anaxagoras infinita ſecundum ſpeciem: quia (inquam) illa determinare debemus: oportet prius determinare de quibuſdam antecedentibus ad illa de quibus dicitur indeterminate nunc. Quod quidem poteſt dupliciter intelligi. Vno modo quod Philoſophi ſui temporis indeterminate & inſufficienter dixerunt de ipſis. Alio modo quia de generatione indeterminate & confuſe dictum eſt de ipſis. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.44

F

Tex.cõ.1.

G

Alcyo.

Etenim qui elementorum procreationem inducunt: quique res ex elementis fingunt: omnes tum concretione, & ſecretione: tum actione, & perpeßione utuntur. Cum autem concretio admiſtio ſit: nihil plane expoſitum eſt: quomodo res admiſceri dicantur, & temperari. Quinetiam nulla ratione fieri poteſt: ut res alteraſcant: ſecernantur, & contrahantur: niſi aliquid ſit: quod uel agat, uel patiatur. & eo magis, quod Philoſophi plura commenti elementa: generationem per mutuam actionem & perpeßionem dant: atque etiam qui ex uno initio omnia moliuntur neceſſe habent actionem uſurpare. At enim Diogenes Apolloniates illud etiam ſcite docuit, rationem agendi, & patiendi mutuam omnino ſequi non poſſe: niſi uniuerſitas ex uno eſſet: ut calor, qui frigeſcit, & recaleſcit: quia in re conſtat non calorẽ, & frigus ſed ſubiectum inter ſe commutari. Quãobrem eorum, in quibus actio, & perpeßio ſit: una ſubijciatur natura neceſſe eſt: quod ſic dictum uelim: ut

H

J *uere de omnibus idem non probetur: ſed de ijs tantummodo: quibus mutua perpeſsionis adſcribatur natura: Quod ſi de actione, & perpeſsione, & admiſtione diſputationem ſuſcipere debemus, de tactu etiam agatur neceſſum eſt, eoq; magis: quod ea, quibus mutui tactus facultas deeſt: neq; agere, neq; pati proprie queunt. Quinetiam minime fieri poteſt: ut res commiſceantur: niſi aliqua ex parte inter eas tactus primum inter ſiſtat. Itaque hæc tria declaranda: quid tactus: quid admiſtio: & quid actio ſit: ad quæ præſtanda hinc optimum capi poteſt exordium. Siquidem neceſſe eſt quæ in admiſtionem ueniunt, mutuo ſe tangere, ſi de ijs: quæ ſunt: aliud pro ſua natura aptum eſt ad agendum: aliud ad patiendum: pati, inquam, quod proprie accipiendum eſt: quamobrem de tactu initio diſſerendum eſſe conſtat.*

K

Antiqua. *Omnes enim qui elementa generantes & quæ ex elementis ſegregatione utuntur: & congregatione: & facere & pati. Eſt autem congregatio mixtura, Quomodo autem miſceri dicimus: nondum determinatum eſt manifeſte. Sed nec alterari poßibile nec ſegregari & congregari: nullo faciente aut patiente. Etenim plura elementa facientes generant: in faciendo & patiendo adinuicem: & his quidem ex uno neceſſe eſt dicere factionem: & hoc recte dicit Diogenes: quoniam ſi non eſſent ex uno omnia nec eſſet facere & pati adinuicem. uerbi gratia calidum infrigidari: & hoc calefieri rurſus. Non enim caliditas & frigiditas tranſmutantur adinuicem: ſed manifeſtum: quoniam ſubiectum. Quapropter in quibus facere eſt & pati: neceſſe eſt unam horum ſubiectam eſſe naturam. Omnia igitur talis eſſe dicere non uerum: ſed in quibus quod adinuicem ſunt eſt: Sed ſi de facere & pati & mixtura uidendum: neceſſe eſt & de tactu. Non enim facere hæc & pati poſſunt proprie quæ non poßibile adinuicem tangere: necnon tangentia adinuicem qualiter contingit miſceri primum. Quapropter de tribus his eſt determinandum quid tactus: quid mixtura: & quid factio. Principium autem accipiamus hoc. Neceſſe enim quibus eſt mixtura entium eſſe hæc adinuicem tangibilia: & ſi aliquid facit: hoc autem patitur principaliter & his ſimiliter; ideo primo dicendum eſt de tactu.*

L

Quare de his determinandum eſt. M Oſtendit neceſſitatem determinandi dicens quod omnes Philoſophi tangentes elementa, vel ex elementis generata; vtuntur congregatione & ſegregatione. Quę enim ex elementis generantur ex congretione elementorum generantur; quæ vero corrumpuntur ex ſegregatione elementorum corrumpuntur: quæ etiam dicebant agere & pati adinuicem. Cum ergo congregatio ſit quædam mixtura; oportet de mixtura determinare; qualiter enim fiat mixtio & quid ſit: non eſt adhuc manifeſte determinatum. Cum autem nec alteratio nec congregatio vel ſegregatio poſſint fieri ſine actione & paſſione: oportet prius determinare de actione & paſſione. Illi enim qui ponunt plura principia: dicunt eſſe generationem per actionem & paſſionem elementorum adinuicem. ſimiliter & illi qui ex vno materiali principio dicunt aliqua fieri habent ponere; agere & pati. Ideo recte dixit Diogenes cum dixit; quod niſi ex vno materiali principio fierent omnia: impoſſibile eſſet aliqua adinuicem tranſmutari. aliter enim non poſſet calidum frigefieri nec frigidum calefieri niſi ſubeſſet vna materia. Impoſſibile eſt enim quod frigiditas ſit caliditas vel econuerſo: ſed oportet quod habeant vnum commune ſubiectum per quod poſſint adinuicem tranſmutari. quapropter quæ agunt & patiuntur adinuicem neceſſe eſt habere vnam ſubiectam materiam; quæ ſit ſuſceptiua contrariorum. Non tamen omnia agentia & patientia ſunt talia ſcilicet habentia vnam materiam: ſed ſolum illa quæ agunt & patiuntur adinuicem. Sunt enim aliqua quæ agendo non patiuntur ſicut ſubſtantiæ ſeparatę et corpora cœleſtia: quæ ſcilicet corpora licet patiantur; vtpote quæ mouentur tamen non patiuntur ab his quæ mouentur ab eis. Vlterius autem cum mixtio & facere & pati non poſſint fieri ſine tactu: nam ea quæ adinuicem non ſe tangunt, non poſſunt adinuicem agere & pati: ideo determinando de ipſis: oportet de tactu tractare. Inter iſta autem tria prius determinandum de tactu: quia tactus prius eſt. ſequitur enim ad iſta duo: ſed non e conuerſo. Neceſſe enim eſt quod iſta quæ miſcentur adinuicem ſe tangant: ſed non conuertitur. Similiter ſi aliquid agit & patitur ab eo: neceſſe eſt etiam quod iſta ſe tangant: ſed non conuertitur. Cum ergo primum ſit a quo non conuertitur conſequentia primum inter tria dicendum de tactu. Deinde cum dicit.

N

Que agũt & patiũt adinuicẽ hñt unam materiam.

O

In poſtpdicamẽtis ca. de priori.

P

Alcyo. *Enimuero nomen hoc: quemadmodum cetera fere omnia multifariam dicitur: quorum quidem nominum quedam per nominis duntaxat communionem: quedam alia ab alijs: & quidem prioribus conſtant. Ita de tactu ſentiendum.*

Antiqua. Tex.cō.44 *Fere quidem igitur & aliorum nominum unumquodque dicitur multifariam: & hæc quidem omonyme: hæc autem altera ab alteris & prioribus. Sic habet & de tactu.*

Q

Tex.cō.46 Tex.cō.81 Proſequitur intentum: & circa hoc tria facit ſecundum quod de tribus determinat. primo determinat de tactu. ſecundo de facere & pati. ibi. {De facere & pati.} Tertio de mixtione. ibi. {Reliquum autem videndum.} Circa primum duo facit. primo diſtinguit hoc nomen tactus. Secundo incipit agere de ipſo. ibi. {Sed tamen principaliter.} Dicit ergo primo quod tactus dicitur multipliciter. ſicut fere vnumquodque aliorum nominum: quædam enim dicuntur æquiuoce: quædam analogice & tranſumptiue: ſiue metaphorice: ita etiam tactus dicitur proprie & tranſumptiue. Dicit autem fere. quia forte non omnia dicuntur multipliciter. Deinde cum dicit.

De tactu.

Alcyo. *Veruntamen quæ alicubi ſunt tactus proprie dicti ſenſu afficiunt: quemadmodum ea tantummodo ſitum habent;*

quæ

A *quę locum etiam tenent : quandoquidem rebus mathematicis ſimiliter tactus : atq; locus redditur, ſiue ille ſingule diſtracte, abiunctęq; ſint : ſiue aliter ſe habeant.*

Antiqua. Cōtinua hoc textū ſequentē ab illa pte Si igitur eſt vſque ī finē.

Sed tamen principaliter dictum exiſtit in habentibus poſitionem. Poſitio autem quibus & locus. Etenim in mathematicis ſimiliter datum eſt tactum & locum : ſiue eſt ſeparatum unumquodq; eorum : ſiue alio modo.

Proſequitur de tactu : & primo de tactu proprie ſumpto. ſecundo de tactu ſumpto tranſumptiue. ibi. Tex.cō.45 {Eſt autem ut aliquando.} Circa primum duo facit. primo inueſtigat diffinitionem tactus. ſecundo inue- Tex.cō.45 ſtigatam concludit. ibi. {Sed determinato.} Circa primum ponit conditiones quæ requiruntur ad tactum. B Eſt autem tactus : vt infra ponet : in habentibus poſitionem quorum vltima ſunt ſimul : mouentibus & motis actiuis & paſſiuis adinuicem. Primo ergo manifeſtum ſupponit, concludens primam cōditionem, dicens, quod tactus proprie & principaliter dictus eſt in habentibus poſitionem. poſitio autem non eſt niſi in habentibus locum. Et ideo cum mathematica habeant poſitionem ſiue ſint ſeparata ſecundum rem, ſiue ſecundum rationem tantum : habent etiam lo- Com.44. cum. Nam ſicut dicit Commentator ſuper loco iſto : licet mathematica abſtrahantur ab alijs accidentibus ſcilicet a motu & materia : impoſſibile eſt tamen ea imaginari ſine loco : cum corpus naturale non ſit in loco niſi ſecundum ſuas dimenſiones : & non per alia accidentia. Locus ergo inſeparabilis eſt a ma- C thema. corporibus : ipſis tamen non contingit locus & tactus : niſi per quandam ſimilitudinem ad natura- Sola naturalia ſunt vere in loco. lia. Nulla enim vere ſunt in loco niſi naturalia ſecundum eſſe accepta : in quibus ſunt mathematica ſecundum eſſe ſuum : & ideo etiam in ipſis habent locum & tactum. Nec accipiuntur hic ſecundum abſtractionis eſſentiam : quia talis conſideratio non eſt naturalis : ſed mathematica. & ideo locus & tactus conuenit eis ſecundum quod talia per poſterius. Secundo. ibi. {Si igitur eſt vt determinatum.} Ponit ſecundam conditionem dicens quod ſi ita eſt vt dictum eſt in quin- Tex.cō.22. to phyſicorum quod tangere eſt habere vltima ſimul : illa ſe tangunt quæ habent determinatas magnitudines & poſitionem & quorum vltima ſunt ſimul : & ita eſt ſecunda conditio ſcilicet habere vltima ſi- D mul. Tertio ibi. {Quoniam autem poſitio.} Inueſtigat tertiam cōditionem ſcilicet quod tactus eſt in mouentibus & motis dicēs quod poſitio eſt in habentibus locum : & quia primæ differentiæ loci ſunt ſur- Tex.cō.8. ſum & deorſum : vt dicitur in ſecundo de cœlo. neceſſe eſt vt quæ ſe tangunt ſint ſurſum aut deorſum. Ideo quæ ſe tangunt ſunt grauia aut leuia aut ambo : ſicut elementa media quæ ſunt grauia & leuia ſecun- Tex.cō.34 dum diuerſos reſpectus : vt dicitur in quarto de cœlo : aut alterum eorum : ſicut extrema : quorum alterum eſt ſimpliciter graue & alterum ſimpliciter leue. Omnia autem talia dum tangunt ſe agunt & patiuntur adinuicem. Quapropter concludit manifeſtum eſſe, quod illa proprie ſe tangunt quorum diuerſæ ſunt magnitudines : & ſimul habent vltima : quę mouent : & mouentur adinuicem per virtutem illorum vltimorum. Quarto ibi. {Quoniam autem mo- E uens.} Inueſtigat quartam conditionem quæ eſt, quod tactus eſt in actiuis & paſſiuis : & dicit quia non omne mouens mouetur : ſed quoddam eſt mouens motum : quodam autem mouens immobile : & hoc dupliciter. aliquid enim ſimpliciter nullo modo mouetur ſicut mouens primum : aliquod autem mouens non mouetur a moto : licet moueatur ab aliquo : ſecundum quorundam extimationem agens etiam inuenitur in iſtis duobus modis : quia quidam dicunt ꝙ actus mouentis eſt quoddam facere : & econuerſo ꝙ actus facientis eſt quoddam mouere : quod tamen falſum eſt. Differunt enim mouens & faciens quorum Dr̄ia īter mouēs & faciēs. differentiam oportet nos determinare. Si enim nos dicimus quod faciens opponitur ſecundum ſuam ſpeciem patienti : tunc cum contraria nata ſint fieri circa F idem : oportet quod faciens patiatur : cum tangat ipſum. hic autem ſunt quibus motus eſt paſſio, idest quibus mouendo patiuntur ſecundum alterationem aliquam. alteratio autem ſola eſt ſecundum paſſiones, ideſt paſſibiles qualitates : vt ſecundum calidum vel frigidum. Cum ergo calidum contrarietur frigido, & album nigro : & ſic in alijs : duo poſſunt concludi. primum ſcilicet quod agens & patiens habent contrarias qualitates. ſecundum eſt quod cum non omne mouens ſit tale : non omne mouens eſt agens. In Mouere ī plꝰ ꝗ̄ agere. plus ergo erit mouere quam agere. Ex his ergo quæ dicta ſunt cōcludit corollariū quoddā, dicens, qđ mouentia immobilia tangunt ipſa mobilia. eſt aūt vt ſic : eſt autem vt non. ſic quia tangunt per vltimū virtutis egredientis ab eſſe eorum : ſed non tangunt per vlti- G mum ſuę quantitatis tantum. Quia ſi ſunt immobilia ſimpliciter vt ſubſtantiæ ſeparatæ non habent vltimum. ſi vero ſint ab his quæ mouent immobilia : ſicut aſtra : non mouentur a terra quam mouent : & tūc non habent vltima ſimul cum vltimis illorum quæ Agēs dupl'r. mouentur. Ad euidentiam illorum quæ hic dicuntur conſiderandum eſt quod agens ſiue faciens poteſt ſumi dupliciter. Vno modo communiter : prout ſcilicet virtus alicuius procedit quocunque modo in id quod ſubijcitur ſibi : & hoc modo ſuperius eſt ad mouens. Alio modo poteſt ſumi naturaliter : ſiue phyſice : & hoc modo in minus eſt quam mouens & opponitur ſecundum ſuam ſpeciem patienti. Deinde cum dicit.

Alcyo. H *Ergo ſi rerum tangentium : ratio talis eſt : qualem in ſuperioribus commentarijs explicauimus : ut extreme partes ſimul iungantur, ea certe mutuum habere tactum ſtatuimus : quę definitas magnitudines, & poſitiones habentia in extremas partes ſimul excurrant. Sed cum poſitio iiſdem reddatur : quibus etiam locus : & primum loci diſcrimen ſumma, & infima parte ſignetur : atq; huiuſmodi contrapoſite ſint : perſpicuum eſt omnia : quę inter ſe tactione iūgūtur aut grauitate : aut leuitate : aut utroq; : aut altero ſeparatī niti : hęc porro agētia, et patibilia ſunt. Quapropter conſtat ea ſuapte natura ſeſe tangere poſſe : quorum extrema, uel ſi magnitudines diduxeris, una coniungantur : cum illę ipſe inter ſe moueant, & moueantur. Et quoniam mouens nō eodem plane modo agitat id, quod motu cietur : ſed alterum omnino habet neceſſe : ut moueat, ſeipſum quoq; mo*

I *uere, alterum agitatione: & motu uacuum ſit, conſtat: de agente quoq; idem confirmandum eſſe: præſertim cum uulgo dicatur mouere id eſſe, quod agere: & agere id, quod mouere. Sed tamen non nihil differunt. Itaq; rem præfinire oportet: quandoquidem non in uniuerſum quecunq, mouẽt, agendi facultatem habent: ſiquidem agens patienti oppoſitum conſtituemus. At hoc nimirum iis adſcribitur: quibus motio affectioni eſt: affectio autem tribuitur: quoad alteratio ſolum inducitur: ut candor, & calor: ſed mouendi ratio amplior eſt agendi ratione. Ex quo illud etiam planum factum eſt, partim dari mouentia: quæ mobilia, attingant: partim non dari, uerum definitio quæ de tangendi ratione affertur, in uniuerſum de habentibus ſitum: & de principio tum mouente, tum mobili probanda eſt: cum ea inter ſe* —K— *mouentia & mobilia ſint: ad quæ actio, & perpeſſio accommodetur. Ergo conceditur, ut magna ex parte id, quod tangit, rem a qua tangitur: tactu foueat ſuo: propterea quod omnia fere: quæ impedimento ſunt: hoc eſt quæ ſunt apud nos: hæc autem ſunt quæ oriuntur: & occidunt: cum agitãtur agitant, & mouent: quod accidit quibuſcũq; neceſſe eſt: ut id, quod tangit rem tangentem percipiat: ut etiam perſpicue apparet.*

Antiqua. *Sed determinato tangere uniuerſaliter quidem: quod eſt poſitionem habentium. Et hoc quidem motiuo, hoc mobili. Adinuicem autem motiuo & mobili: in quibus exiſtit agere & pati. Eſt quidem igitur ut in multum tactum quod tangit tangens. Etenim mouent mota omnia fere: quæ in cõ* —L— *ſpectu noſtro quibus neceſſe eſt: & uidetur tactum tangere quod tangit. Si igitur eſt ut determinatum eſt prius tangere ultima habere ſimul: hæc utiq; ſi tãgunt adinuicem quæcunq; determinatas magnitudines & poſitionem habentia ſimul habent ultima. Quoniam autem poſitio quidem in quibus & locus exiſtit. Loci autem differentia ſurſum & deorſum prima: & talia oppoſitorum omnia ad ſemuicem tangentia grauedinem utiq; habent aut leuitatem: aut ambo: aut alterum. Talia autem paßibilia & actiua. Quapropter manifeſtum eſt: quoniam hæc tangere nata ſunt ad inuicem: quorum diuiſis magnitudinibus ſimul ultima ſunt: exiſtentibus motibus & mobilibus adinuicem. Quoniam autem mouens non ſimiliter mouet quod mouetur. Sed hoc* Tex.cõ.45 *quidem neceſſe eſt motum: & ipſum mouere: hoc autem* —M— *immobile ens. Manifeſtum quoniam in faciente dicemus ſimiliter. Etenim mouens facere aliquid inquiunt & faciens mouere. Sed tamen differunt & oportet determinare. Non enim poßibile & mouens omne agere & facere: ſi facere opponitur patienti. Hoc autem in omnibus in quibus eſt motus: paßio autem eſt ſecundum quod alteratur ſolum. uerbi gratia calidum & album. Sed mouere, amplius q̃ agere eſt. Illud igitur manifeſtum eſt quoniam eſt quidem ut motiua immobilia tangunt: eſt autem ut ſic: eſt autem ut non ſic.*

Concludit inueſtigaram diffinitionem tactus dicens, quod determinatur vel diffinitur ipſum tangere vniuerſaliter: quod eſt in habentibus poſitionem, mouentibus & motis, ad ſe inuicem actiuis & paſſiuis. Et ex hoc concludit vlterius quoddam corollarium: ꝙ frequentius & fortius dicitur eſſe tactũ omne agens naturale quod tangendo tangitur: quia fere omnia quæ ſunt in conſpectu noſtro circa locum actiuorum & paſſiuorum mouent mota: in quibus neceſſario videtur eſſe tactus. Deinde cum dicit. N

Tact⁹ diffñ.

Alcyo. *Licet quoq; nobis dicere mouens unius tantum mobilis tactum ſentire: & tangens, rem tangentem non percipere. Sed quoniam uno, eodemq; genere iuncta quæ impelluntur, impellunt: uidetur neceſſum eſſe ea tangentia tangentis tactu affici. Quare ſi quicquam nullo motu actum ciet motum: idipſum tactu ſuo mobile comprehendet: nec interim ab ulla re tactu afficietur: nam interdum affirmamus eum, qui nos mœrore afficit: noſipſos tangere: cum ille nobis omnino intactus ſit. Hæc ita de rerum naturalium tactu.*

Antiqua. O *Eſt autem ut aliquando inquimus mouens tangere ſolum id quod mouetur. Quod tangitur autem non tangere quod tangit. Sed quæ mouent mota quia homogenea: neceſſe uidetur eſſe quod tangitur tangere. Quapropter ſi quid mouet immobile ens: illud quidem tangit quod mouetur: illud autẽ non. Inquimus enim aliquando triſtantem tangere nos: ſed nos non eum. De tactu quidem igitur in naturalibus determinatum ſit hoc modo.*

Determinat de tactu improprie dicto dicens: ꝙ ſicut inquimus, idest dicimus quoddam eſſe mouens quod ſolum tangit id quod mouetur. ſed id quod tangitur ſcilicet ipſum motum non tangit tangens, ideſt mouens: & in talibus eſt tactus improprie ſumptus: et iſta ſunt quæ non ſunt vnius generis phyſici. Sed illa quæ ſunt homogenea, ideſt vnius generis naturalis —P— mota mouent. & in talibus neceſſe eſt ꝙ tactum tangat tangens: & ſi eſt aliquod mouens immobile tangit id quod mouetur: ſed non tangitur ab eo: & eſt ſimile ſicut inquimus, ideſt dicimus aliquando ꝙ contriſtans tetigit nos: vt puta non tetigimus contriſtantem quando aliquis dicit verbum iniurioſum: vnde contriſtamur ſed nos non tetigimus contriſtantem. Vlterius epilogat dicens ꝙ de tactu in naturalibus dictum eſt hoc modo.

Alcyo. *De ratione agendi, & patiendi mox agendum. Huiuſce autem rei ſententias contrarias a ueteribus accepimus. maxima enim pars ſumma animæ conſenſione affirmat rem nullam ſimilem a ſimili quicquam pati: quod alterum nihil* Q *magis agens: aut patibile altero ſit: ſimiliter enim omnia eadem ſimilibus attribui: diſsimilia uero: & diſcrepantia ſuapte natura ad mutuam actionem, & perpeßionem eſſe apta: cum enim exiguus ignis a nimio abſumitur, ob rem contrariam id fieri contendunt: quia nimium exiguo contrarium eſt.*

Antiqua. *De facere & pati dicendum deinceps. Suſcepimus enim* Tex.cõ.46 *a prioribus ſubcontrarios ſermones adinuicem. Multi quidem enim dicunt concorditer: quod ſimile quidem a ſimili omne impaßibile eſt: propter non magis actiuum q̃ paßiuum eſſe alterum ab altero. Omnia enim ſimiliter exiſtunt hæc ſimilibus. Dißimilia autem & differentia & facere & pati adinuicem ſunt innata. Etenim quando minor ignis a maiori corrumpitur: propter contrarietatem hoc inquiũt pati. Contrarium enim eſſe multum pauco.* Lectio. XIX.

Poſtquam

A POSTQVAM Philoſophus determinauit de
De facere & pati. tactu ꝙ eſt vnum de tribus neceſſarijs ad principa-
le propoſitum hic incipit determinare de facere &
Rõ ordinis. pati. Et eſt rectus ordo: quia ſicut tactus præcedit a-
ctionem & paſſionem: eo quod agentia & patientia
neceſſe eſt quod adinuicem ſe tangant: ita agere & pa
ti præcedit mixtionem, eo ꝙ ad mixtionem neceſſe
eſt quod aliquid agat & aliquid patiatur: vt infra di-
Tex.cõ.89. cetur. Et ideo ante mixtionem determinat de agere
& pati. Circa hęc duo facit. primo determinat de age
re & pati. ſecundo de modis agendi & patiendi. ibi.
Tex.cõ.56 {Quomodo autem contingat.} Circa primum tria
facit. primo oſtendit quæ & qualia ſunt actiua &
paſſiua. ſecundo determinat de modis eorum. ibi.
Tex.cõ.53. {Eodem modo ſuſcipiendum eſt.} Tertio oſtendit
B ad quas cauſas ipſa actiua & paſſiua reducantur. ibi.
Tex.cõ.55. {Eſt enim factio cauſa vnde principium.} Circa pri-
mum tria facit. primo ponit opiniones aliorum de
ipſo facere & pati. ſecundo manifeſtat oſtendendo
Tex.cõ.48 cauſas contrarietatis ipſius ibi. {Videntur autem hoc
Tex.cõ 50. modo.} Tertio ponit opinionem ſuam. ibi. {Sed quo-
Pria opio ꝙ ſile non patitur a ſili. niam non quodcunq; innatum eſt. Circa primum po
nit vnam opinionem dicens ꝙ poſtquam determina-
tum eſt de tactu dicendum eſt de facere & pati: prius
tamen vidẽdum eſt quid de ipſo dixere priores Phi-
loſophi. Vidẽtur enim eorum opiniones de facere et
pati eſſe contrariæ. Nam multi concordauerunt in
hoc: ꝙ ea quæ agunt & patiuntur adinuicem neceſſe
eſt penitus eſſe diſſimilia. Cuius rationem aſſignabant
dicentes ꝙ inter ſimilia: vnum non habet magis ra-
C tionem agentis q̃ aliud: nec econuerſo. vnde non ha-
bet magis rationem patientis q̃ aliud. Omnia enim
hic. ſ. agere & pati ſimiliter in eodẽ modo inſunt his
quæ ſunt ſimilia: ſed illa quę ſunt diſſimilia, & differũt
Obiectio. in formis & qualitatibus: nata ſunt agere & pati adin
uicem. Siquis autem obijceret contra eos dicens ꝙ ſi
milia & agunt & patiũtur adinuicem: ſicut maius ſi-
ue magnus ignis corrũpit paruum ignem: quia ſunt
Rñſio. ſimiles & vnius naturæ. Reſpondent ꝙ hoc non eſt
propter ſimilitudinem quam habent: ſed eſt propter
cõtrarietatem in quantitate ipſorum. magnum enim
contrariatur paruo. Secundo cum dicit.

Alcyo. *Democritus ſeparatim de hoc quędam præter cæteros
excogitauit: quippe qui ſcribat agens, & patiens eandem
D ſimilemq; induere naturam: nec fieri poſſe: ut uariæ, diuer-
ſæq; res perpeſsionem mutuam ſubeant. Quinetiam ſi ille
quicquam inter ſe agant, hoc iiſdem ipſis non euenire ut di-
uerſæ ſunt: ſed ut aliquid ſimile in ſe inſitum habent. Talia
ſunt, quæ de his nunc circumferuntur.*

Antiqua. *Democritus aũt ultra alios dixit ſolus ſingulariter. Inqt
Tex.cõ.47 enim idem & ſimile eſſe faciens & patiens: quia altera &
differentia non contingit pati abinuicem. Sed ſi altera ens ia
faciunt aliquid adinuicem: non ſecundum q altera: ſed ſecun
dum q idem aliquid exiſtit: ſic hoc accidere eis. Quę dicun-
tur igitur hęc ſunt.*

2. opin. ꝙ ſile ſolum a ſili patitur. Ponit aliam opinionem quæ primæ videtur eſſe
contraria: & eſt opinio Democri. qui in hac opinione
fuit ſingularis & ſolus. Dixit enim ꝙ agens & patiẽs
eſt omnino idẽ & ſimile: quia quę ſunt diuerſa & diſ
ſimilia: nec agunt nec patiuntur adinuicem. Sed ſi con
tingat quod aliqua diuerſa & diſſimilia agant & pa- E
tiantur adinuicem: hoc non eſt inquantum diuerſa: ſed
inquantum aliquo modo ſunt idem & ſimilia. Hæc
ergo ſunt quæ accepimus ab antiquis de ipſo facere
& pati. Deinde cum dicit.

Sed qui ita aiunt uidentur pugnantia dicere: cuius rei Alcyo.
*cauſam illud ſuſtinet: quod cum partes illorum eſſent uni-
uerſum quidam exponere, ſatis habuerunt partem attinge-
re: non conſentaneum eſt: ut ſimile, & uſquequaq;: & om
nino indifferens nihil a ſimili patiatur. Cuius enim rei
præſidio alterum magis altero egerit? Iam ſi fieri poteſt:
ut ſimile a ſimili afficiatur: profecto idem quoq; a ſeipſo
afficietur. Ne ſi his aſſentiamur: nihil uindicari poterit: nec
ab occaſu: nec a motu: ſiquidem ſimile, quo ad ſimile eſt: uim* F
*ad agendum habet: atq; eo magis quod omne ſit ipſi mo-
tum allaturum eſt. Eodem modo abſurdum iudicari debet:
ſi res omni ex parte diuerſa: & nullo pacto eadem ſit:
quando nec candor ab linea: nec linea a candore niſi ex ac-
cidenti afficitur: ut ſi caſus ferat lineam candidam: aut atrã
protendi: quod quæ nec contraria ſunt: nec ex contrarijs
conſtant: nequaquam e natura dimoueantur ſua.*

Vidẽtur autem hoc modo dicentes ſubcontrarios dicere Antiqua.
ſermones. Cauſa autem contradictionis eſt: quoniam oppor Tex.cõ.48
*tunum totum aliquid inſpicere partem aliquam dicunt am-
bo. Simile enim & omnifariam & omnino indifferens ra-
tionabile eſt non pati a ſimili. Nihil quidem enim magis acti* G
uum erit alterum q̃ alterum. Sed ſi ſimile a ſimili pati ali- Si ſile a ſili. patitur. & idẽ a ſeipſo patietur.
*quid poßibile: & ipſum a ſeipſo. Quamuis his entibus ita:
nihil utiq; erit neq; incorruptibile: neq; immobile. Sed ſi ſi-
mile ſecundum q ſimile actiuum. Ipſum enim ſeipſum moue-* Tex.cõ.49
*bit omne. Et omnifariam alterum: & nullatenus idem ſimi-
liter. Neq; enim patietur albedo a linea: aut linea ab albedi
ne preterquam ſecundum accidens: puta ſi accidat albam ſi
ue nigram lineam eſſe. Non exterius enim ipſa ſeipſa a natu
ra faciunt quæcũq; neq; contraria: neq; ex contrarijs ſunt.*

Manifeſtat primas opiniones oſtendendo cauſam Cur ita contrariab nt in ter ſe antiq.
contrarietatis in ipſis dicens ꝙ antiqui Philoſophi vi
dentur dicere ſubcontrarios ſermones: qui ideo di-
cuntur ſubcontrarij: quia quodammodo ſunt veri:
& quodammodo falſi. vnde aliqualiter compatiun-
tur ſe adinuicẽ: ſicut ſubcõtrarię propoſitiones. Cauſa H
aũt diuerſitatis & cõtrarietatis iſtarũ opionũ eſt: quia
cũ oporteat conſiderare naturã actiuorum & paſſi-
uorum ex vtraq; parte ſcilicet tam ex parte termino-
rum q̃ ex parte ſubiecti: ſiue tam ex parte materiæ q̃
ex parte formę: quod idem eſt conſiderauerunt tan-
tum vnam partem. & ideo in parte verum dixerunt:
& in parte falſum. Primi enim qui dixerunt actiua &
paſſiua omnino diſſimilia conſiderauerunt ea tantum
ex parte terminorum ſiue formarum. Et in hoc bene
dixerunt: quia non eſt conueniens ꝙ omnino ſimile
in materia & in forma patiatur ab omnino ſibi ſimi-
li in materia & in forma: quoniam ſicut antiqui dice-
bãt: nullum corpus eſt dignius agere in alterum q̃ al-
terum. Alia etiam ratione inducebantur ad hoc po-
nendum: quod ſi ſimile agit in ſimile: vbi maior eſt
ſimilitudo, magis ibi eſt ratio actionis & paſſionis:
ſed cum nihil ſit ſimilius alteri quam idem ſibiipſi:

I idem a ſeipſo patietur & ſeipſum corrumpet. nihil ergo incorruptibile nihil immobile erit. Qui vero dixerunt actiua & paſſiua eſſe ſimilia: conſiderauerunt ea ſolum ſecundum materiam: & quantum ad hoc bene dixerunt: quia id quod eſt omnino alterum: & nullatenus idem, non aget in alterum nec patietur ab eo. ſupra.t.c.43. Impoſſibile eſt enim ꝙ ea quæ non communicant in materia agant & patiātur mutuo Et ponit exemplum de linea & albedine: quæ cum non communicant in materia impaſſibilia ſunt adinuicem: niſi forte per accidens adinuicem patiantur: ſicut quādo linea fit alba vel nigra. Et ꝙ talia non ſint adinuicem actiua & paſſiua: patet ex hoc ꝙ illa quæ non ſunt cōtraria nec ex contrarijs non faciunt ſeipſa adinuicem exterius a natura, ideſt non tranſmutant ſe adinuicem vel corrumpuntur. Cum enim illud quod corrumpitur vel gene-
K ratur induat aliā formam: dicitur fieri exterius a natura, ideſt a forma quam prius habebat quæ dicitur
Tex.cō.11. natura: vt dicitur in ſecundo phyſi. Deinde cum dicit.

At cum non quodcunq;, quod fortuito incidit: apte natu-
Alcyo. *ræ ſit ad agendum & patiendū: ſed quæ aut contraria ſint: aut rem contrariam habeant: neceſſario dandum eſſe dicimus, agens & patiens genere ſimilia: atq; eadem eſſe, forma diſſimilia: & magnopere contraria Nam ſuapte natura corpus a corpore: color a colore: humor ab humore: & deniq; eodem genere iunctum ab eodem genere iuncto affici poteſt. Ac huiuſce quidem rei cauſa illa uidetur probanda, quod quæ contraria agitantur natura in idem genus recidunt omnia. contraria porro inter ſe agunt, & patiuntur: quam-*
L *obrem neceſſe eſt agens: & patibile aliqua ex parte eandē obtinere naturam: aliqua ex parte diuerſam, & diſſimilem. Sed cum agens & patiens genere eadem: & ſimilia ſint: ſpecie diſſimilia: hæc autem contraria ſunt, liquere poteſt, contraria: hoc eſt ſumma contrariorum diſcrimina: & quæ in mediocritate uerſantur inter ſe agentia: & patibilia eſſe: quando ortus, & obitus in his ipſis conſiſtunt. Optima igitur ratione calor calefacit: frigus refrigerat: & omnino agens ad ſimilitudinem ſuam patibile cōponit: agens enim, & patibile contraria ſunt: generatioq; in cōtraria pergit: obeamq; rem neceſſario patibile in agens commutatur: ad hunc enim modum generatio rerum in contrarium erit.*

Antiqua. *Sed quoniam non quodcunq; innatum eſt pati & face-*
Tex.cō.50 *re ſed quæcunq; aut contraria ſunt: aut contrarietatem ha-*
M *bent. Neceſſe eſt patiens & faciens genere quidē ſimile eſſe*
Agēs & patiēs debēt eſſe idē genere & diuerſa ſpecie. *& idem: ſpecie autem diſſimile & contrarium. Innatum eſt enim corpus a corpore: ſapor a ſapore: color autem a colore pati. Vniuerſaliter autem homogeneos ab homogeneo. Huius autem cauſa quoniam contraria in eodem genere*
Tex.cō 51 *omnia: faciunt autem & patiuntur contraria abinuicem. Quapropter neceſſe eſt qualiter quidem eſſe eadem faciens & patiens: qualiter autem altera & diſſimilia abinuicem. Quoniam autem faciens & patiens genere quidem eadem & ſimilia ſunt: ſpecie autem diſſimilia. Talia autem cōtraria. Manifeſtum quoniā actiua & paſſiua ſibijnuicem ſunt & contraria & media. Etenim uniuerſaliter generatio & corruptio in his & ex his. Et ideo rationabile iam ignem calefacere: & frigidū infrigidare. Contraria enim hæc ſunt: ideo & actiua & paſſiua. Et uniuerſaliter faciens aſſimilare ſibijpſi patiens. faciens enim & patiens contraria ſunt et generatio in contrarium. Quapropter neceſſe eſt in faciēs* N
patiens tranſmutari. Sic enim generatio in contrariū erit.

Ponit opinionem propriam. & circa hoc duo facit. quia primo ponit eam. ſecūdo redit iterum ſuper opiniones antiquorum oſtendendo ꝙ in parte bene dixerunt & in parte errauerūt & cauſam erroris ipſorum. ibi. {Secundum rationem autem non eadem di-
centes.} Dicit ergo. ꝙ quia non quæcunq; apta nata Tex.cō.52. Quę ſint nata agere & pati adinuicem.
ſunt agere & pati adinuicem: ſed ſolum illa quæ ſunt contraria vel habent cōtrarietatem neceſſe eſt quod agens & patiens in genere ſint idem & ſimilia: & diuerſa ſpecie & contraria. Et non ſumitur hic genus logice: quia hoc modo alia corpora eſſent eiuſdem ge-
neris: ſed ſumitur genus naturaliter: et hoc modo omnia quæ communicant in materia ſunt eiuſdem gene- O
ris. Quod aūt actiua & paſſiua ſint talia dupliciter ꝓbat. Primo per inductionem dicens ꝙ agens & patiens eſſe eiuſdem generis & diuerſa ſpecie patet induendo in ſingulis. Corpus enim natum eſt pati a corpore: quod eſt eiuſdem generis in ſubſtantia: ſi tamē communicent in materia: quod dico propter corpora cœleſtia quæ non habent eandem materiam cum inferioribus. Sapor autem natus eſt pati a ſapore: & color a colore quæ ſunt eiuſdem grneris in qualitate: & vniuerſaliter res eiuſdem generis ab homogeneo, ideſt a rebus naturalibus eiuſdem generis. Secūdo ibi. {Huiuſmodi autem cauſa.} Oſtēdit idem ſimiliter ſic. quæcunq; agunt & patiuntur adinuicem ſunt: contra-
ria autem ſunt in eodem genere: vt probatur in. 10. Tex.cō.14
meta ergo actiua & paſſiua ſunt in eodem genere. Et ideo neceſſe eſt ipſa eſſe qualiter, ideſt quodammodo
eſſe ſimilia. quia eadem & ſimilia genere & qualiter, P
ideſt quodammodo altera & diſſimilia ſpecie: vt dixerunt antiqui. Hanc autem rationem conuertit de cōcluſione faciens alteram pręmiſſarum hoc modo hāc
rationem. Illa quæ ſunt ſimilia in genere & diuerſa Sylli. Aeſti.
ſpecie ſunr contraria: ſed actiua & paſſiua ſunt talia. ergo ſunt cōtraria: & etiam ipſorum media quæ ad extrema comparata quodammodo cōtrariantur. Si ergo ſecundum iſtam viā poterit eſſe generatio & corruptio: quæ fiunt ſolum per contraria: ſic etiam ignis poterit calefacere: & frigidum infrigidare: & vniuerſaliter faciens poterit ſibi aſſimilare patiens: cum habeat vnum commune ſubiectum ſuſceptiuum cōtra-
riorum. Faciens enim & patiens ſunt contraria: & faciens poterit tranſmutari in patiens & ēconuerſo. Sic
enim fit genrratio & corruptio ſcilicet de contrario Q
in contrarium. Deinde cum dicit.

Et ut ad ueteres redeamus, ſi uerba expendas: non eadem Alcyo.
literis prodiderunt: cum utriq; naturam pariter attingant: communi enim uocabulorum uſu: commodum effici perpeſſionem dicimus: cum ſubiectum patitur, ut cum homo ægrotus confirmatur: aut caleſcit, & refrigeſcit: & reliquis ita afficitur: aut cum frigidum caleſcit: & morbo conflictatum recreatur, meliuſq; ei eſt: utrunq; autem recte affirmatur. Eodem modo de agente etiam loqui ſolemus. etenim modo hominem calfacere dicimus, modo calidum: quoniam fit, ut quodammodo materia patiatur, quodammodo contrarium. Ergo qui ad ſubiectum reſpexerunt: arbitrati ſunt agens: et patiens oportere idem quippiam ſortiri. atqui ad affectionem, contrarium a contrario affici ſtatuerunt.

Secundum

A Antiqua. Tex.cõ.52. al. verum. *Secundum rationem autem non eadem ſunt dicentes: ambos tamen eſt tangere naturã. Dicimus enim pati quandoq; ſubiectum quidem Verbi gratia ſanari hominem: & calefieri & infrigidari: & alia eodem modo. Quandoq; autem calefieri frigidum: ſanari autem laborans. Ambo autem ſunt uera. Eodem modo & de faciente: quandoq; autem calefacere hominem inquimus: quandoq; autem calidum. Eſt quidem enim ut materia quod patitur: eſt autem ut contrarium. Ad id quidem igitur reſpicientes idem oportere habere exiſtimauerunt facere & pati. Ad alterum autem contrarium.*

Redit ad prædictas antiquorum opiniones. oſtendendo cauſam contrarietatis ipſorum; quod quidem ſupra licet idem fecerit: non ſic tamen aperte manifeſtauit. Dicit ergo ꝙ antiqui Philoſophi ſibiinuicem B contradicere videntur non eadem dicentes. quia non habuerunt eandem rationem, ideſt conſiderationem: vtraq; tamen pars tetigit naturam actiuorum & paſſiuorum. vel ſecundum aliam literam ambo tetigerunt verum. Dicimus enim aliquando pati ſubiectum: ſicut quando dicimus hominem ſanari vel calefieri vel infrigidari: & ideo Demo. ſolum reſpiciens ad ſubiectũ dixit actiua & paſſiua eſſe ſimilia: & in hoc bene dixit. dicimus enim aliquando & contrarium pati ſicut calidum frigefieri et frigidum calefieri: & ideo etiam alij ſolum terminos intuentes dixerunt ipſa actiua & paſſiua eſſe omnino diſſimilia.

Alcyo. *Idem quoq; de actione, & perpeßione ſentiendum: quod de ratione, qua aliquid mouetur et mouet. Nam mouens etiã bifariam dicitur: quoniam id, in quo principium motionis* C *ſitum eſt (principium enim omnium cauſarum eſt longe primum) mouere uidetur: & id contra, quod extremum habetur: hoc eſt, quod continuum eſt cum re quæ aut mobilis eſt: aut gignitur, mouet. Idem de agente etiam probari poteſt: ſiquidem affirmamus medicum: & uinum facultatem habere leuandi morbi. Itaq; nihil impendit, quin primum mouens in motione præſtanda immotum ſit: immo in nonnullis, id fiat neceſſum eſt. Ita extremum quoq; motu incitatũ mouet: cum in actione primum impatibile ſit: extremum uero & ipſum patiatur.*

Antiqua. Tex.cõ.53. *Eodem modo ſuſcipiendum eſt de facere & pati quo & de moueri & de mouere. Dupliciter enim dicitur & mouens. In quo enim eſt principiũ motus uidetur hoc mouere.* Principiũ prima cauſarũ. *Principium enim prima cauſarum. Et rurſus ultimum ad id* D *quod mouetur ad generationem. Similiter autem & de faciente. Etenim medicum ſanare dicimus & uinum. Primum igitur mouẽs nihil prohibet in motu quidem immobile eſſe: in quibuſdam autem eſt & neceſſarium. Vltimum autem ſemper mouere motum. In actione autem primum quidem impaßibile: ultimum autem & ipſum patiens.* Lectio. XX.

POSTQVAM Philo. determinauit naturam actiuorũ & paſſiuorũ oſtendendo quæ & qualia ſint: hic inquit de modis eorum. & primo diſtinguit agentia abinuicẽ. ſecundo aſſignat cauſam diuerſitatis ipſorum. ibi. {Quæcunq; autem non habent.} Dicit ergo Agere & pati mouet & moueri dupl'r. primo ꝙ ſuſcipiendum eſt ꝙ facere & pati dicuntur multipliciter ſic mouere & moueri: vtrunq; enim dr̃ dupliciter: ſicut mouens: qm̃ in utroq; eſt primũ & vltimũ. Id enim eſt primũ mouẽs in quo eſt primũ principiũ motus: qđ veriſſime mouere videtur. principiũ E enim mouendi eſt prima cauſa cauſarum: virtutem habens mouendi a ſeipſo non ab alio. Vltimum autẽ mouens eſt id quod mouet per aliud: & poſt qđ non eſt aliud mouens: ſed poſt ipſum eſt ſolum id quod mouetur ad generationem. Similiter autem duplex eſt faciens. quoddam primum: ſicut medicus qui eſt prima cauſa ſanitatis. & quoddam vltimum: ſicut vinum vel potio quæ etiam eſt cauſa mouens ad ſanitatem. Inter hæc autem duo mouentia hæc eſt differentia: quia primum mouens poteſt eſſe immobile: ſicut medicus qui non mouetur ab aliquo dum ſanat: niſi forte per accidens. Dr̃ia inter mouẽs primũ & vltimum. In quibuſdam tamen neceſſe eſt primum mouens eſſe omnino immobile: ſicut in his quæ ſunt omnino ſeparata a materia. & hoc dupliciter: quia vel eſt omnino immobile: ſi nullam habeat F materiam penitus: aut eſt immobile ab eo quod mouetur ab ipſo: & hoc quando non habet eiuſdem rationis materiam cum eo quod mouetur. Vltimum autem mouens: poſt quod non eſt aliud niſi id quod mouetur tantum: neceſſe eſt ſemper mouere motum ab eo priore. Et ſimiliter eſt in actione: quia quoddã eſt agens primum: quod eſt impaſſibile: & quoddam agens ꝙ patitur. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Etenim quæ eiuſdem materiæ expertia ſunt, impatibilia agunt: ut ars curandorum corporum: hæc enim ipſa quanquam curationem adhibet: nihil tamen ab eo patitur: quod tali afficitur beneficio. Contra cibus agit: & interim aliquid patitur: una enim opera agit, aut caleſcit, aut frigeſcit: aut aliqua eiuſmodi re ſimul afficitur: atq; curandi ars, ut principium eſt: cibus ut extremum: atq; id, quod tangit. Quæ igi-* G *tur in materia nullo formæ genere figurata iacẽt: hæc agẽtia impatibilia habentur: quæ uero forma polita ſunt, hæc patibilia: materiam enim ut ita dicam, rerum contra poſitarum quoquo modo eandem dicimus eſſe, ut genus. Id uero, quod calidũ reddi poteſt: ſi fomites caloris proximos ei ſtatuas, omnino calorem recipiat neceſſe eſt. Quamobrem, ut ante præcepimus, agentium alia impatibilia: alia patibilia ſunt: eademq; ratio in agentibus ſeruatur: quæ in motu: in hoc enim primum mouẽs omni motu uacat: in illis primum agens eſt perpeßionis expers.*

Antiqua. Quęcũq; ue ñ hñt eãdẽ materiã, impaſſibilia ſunt. *Quæcunq; autem non habent eandem materiam faciunt impaßibilia entia. Verbi gratia medicatiua. Ipſa enim faciẽs ſanitatem nihil patitur a ſanato: cibus autem faciens ipſe patitur etiam. Aut enim infrigidatur: aut calefit: aut aliud quid patitur ſimul faciens. Eſt autem medicatiua quidem ut* H *principium: ultimum autem cibus eſt & tangens.*

Antiqua. Tex.cõ.54. Quęcũque ñ i materia hñt formã impaſſibilia ſũt. *Quæcunq; quidem igitur nõ in materia habent formam: hæc quidem impaßilia ſunt actiuorum. Quæcunq; autem in materia paßiua. Materiam quidem enim dicimus omnes ſimiliter eandem (ut ita dicam) eſſe oppoſitorum cuilibet: & ut genus ens: potens autem calidum eſſe: præſente calefaciente: & approximante neceſſe eſt calefieri. Ideo quemadmodum dictum eſt: hæc quidem impaßibilia actiuorum: hæc autem paßibilia: & quemadmodum in motione: eodem modo habet & in actione. Illic enim primitus mouens immobile: & in factiuis primitus faciens impaßibile.*

Aſſignat cauſam diuerſitatis ipſorum dicens ꝙ cau

I ſa quare quoddam agens eſt quod agendo patitur: quoddam autem non. eſt iſta: quia quædam non habent eandem materiam: & talia agentia faciunt vel agunt entia paſſibilia, ideſt ipſis nõ patientibus ab his in quę agunt. verbi gratia medicina faciens ſanitatem nihil patitur a ſanato: quia non communicat cum eo in materia. Quædam autem habent eandem materiã: ſicut cibus vel potio: & id quod ſanatur: & ideo cibus agendo patitur: quia aut calefit aut infrigidatur. Inter hæc duo agentia ſcilicet medicinam & cibum Medicina eſt principium in quo primo eſt actio. Cibus autem eſt agens vltimum quod agit per tactum. Quæcunq; igitur agentia non habent eandem formam in materia quę ſit eiuſdem rationis cum paſſibilibus: hęc cum ſint de numero agẽtium ſiue actiuorum ſunt impaſſibilia. Quæcunq; autem habent formam in mate

K ria eiuſdem rationis agendo patiuntur. Subiungit ad horum declarationem quæ dicatur materia vna aliquorum: & dicit ꝙ dicitur eſſe vna materia cuilibet q̃ eſt ſuſceptiua contrariorum: quę licet ſit una ſubiecto. differt tamen ſecundum eſſe: & propter hoc dixit vt ita dicam. Et ipſa materia dicitur vt genus: non quidẽ prædicabile: ſed dicitur genus ſecundum ꝙ genus dicitur ſubiectum primum quod ſubſtat duobus contrarijs aut pluribus. contrariorum autem vnum eſt in actiuo. alterum eſt in paſſiuo: & ideo vna materia eſt actiui & paſſiui. Et quod per naturam poteſt eſſe calidum: neceſſario calefit quando appropinquat calidũ calefaciẽs ipſum. hoc ergo quod dictum eſt: cauſa eſt quare quædam agentia ſunt paſſibilia & quædam impaſſibilia. Et ſicut dictum eſt in motione: ita dictum

L eſt in actione: quia ſicut in mouentibus primum mouens eſt immobile: in effectiuis primum efficiens eſt impaſſibile. Deinde cum dicit.

Que cõicãt i mã agunt & patiunt, q̃ ue 10 non, ecõ i trario.

Genus qũo.

Notabile 1

Alcyo. *Verum efficiens cauſa dicitur: unde initia motus trahuntur cum cauſa: quæ his nominibus cuius rei gratia notatur: agens non habeatur. Quamobrem ualetudo ex abuſu efficiẽs cauſa eſt. Cum enim efficiẽs adeſt in rei patibilis ſtrato adhuc etiam aliquid efficitur: ſed ut habitus omnes acquiſiti ſint: non poſtea quicquam efficitur: quoniam omnes iam recepti ſunt. nam formæ & complementa habitus quidam habentur: cum materia quoad materia eſt: patibilis ſemper ſubſternatur. Enimuero ignis ſuos caloris fomites in mate-*

M *ria habet. Quod ſi aliquis calor per ſe diſtractus eſſet, nihil pateretur. At fortaſſe nulla ratione fieri poteſt: ut ille diſtractus ſit. Quod ſi aliqua talia ſint, profecto in illis ipſis quod dicitur: uerum erit. Ratio agendi & patiendi quæ ſit: & quibus attribuatur: atq; etiã cur: & quo pacto: ad hunc maxime modum expoſita ſit.*

Antiqua. Tex. cõ. 55. *Eſt enim factio cauſa ut unde principium motus. Cuius autem gratia non actiuum. Nam ſanitas non factiuum eſt: niſi ſcdm metaphorã. Etenim hoc quidẽ faciente quando exiſtit: generatur aliquid patiens. Habitibus autem præſentibus non adhuc generatur aliquid: ſed eſt iam. Species autem & finis habitus quidam. Materia autem ſecundum q̃ materia paſſiuum. Ignis quidem igitur in materia habet calidũ. Si autem aliquid ſeparatum calidum erit: hoc nihil pateretur. hoc quidem igitur forſitan impoßibile ſeparatum eſſe. Si autem ſunt quedam talia in illis utiq; erit uerum quod*

Sanitas nõ ẽ factiuũ niſi ſẽ metapho. Habitib' pręſentibus in materia ceſſat motus. Si calidũ aliqd ſeparatũ erit nihil patietur.

dicitur. Quid quidem igitur facere & pati: et in quibus exiſtit: & quare & quomodo determinatum ſit hoc modo. N

Oſtendit ad quam cauſam reducatur agens & ad quam patiens. dicens ꝙ agens eſt unum primum principium motus et eſt diuerſum a cauſa formali & finali: & non dicitur finalis: niſi ſecundum metaphoram. Et ꝙ non ſit formalis nec finalis ſic probat: quia quando faciens eſt ſecũdum actum faciens: tunc aliquid generatur in patiente. Sed talibus habitibus ſiue formis ſicut eſt ſanitas: quæ eſt finis opationis medicinę, præſentibus, nõ generatur aliquid nec fit, ſed iam eſt. Species enim & fines ſunt habitus quidam quieſcentes: nã habito fine quieſcit motor. Secundo cum dicit. {Materia autem.} Oſtendit ad quam cauſam reducatur patiens dicẽs ꝙ reducitur ad materiam: quia materia ſecundum ꝙ materia paſſiua eſt: & ideo quæ patiũtur: patiuntur per materiam. Quæ autem ſunt actiua & paſſiua, habent ſpeciem in materia: ſicut ignis habet eſſe calidum in materia. Si autem eſſet aliquod calidũ ſeparatum a materia: hoc nihil pateretur. Sed forſan impoſſibile eſt eſſe aliquid tale ſeparatum: licet quidã dixerunt. Si autem aliqua ſint talia quæ ſint a materia ſeparata: in illis verum eſt quod dicitur ſcilicet quod nihil patiuntur. Sed de hoc in prima philoſophia locus erit determinare. Ex hoc manifeſte patet: quod omnis potentia paſſiua & omnis paſſio eſt per materiam: & omnis actio eſt per formam. Vltimo epilogat & eſt planum in litera.

Q

O's actio eſt p formam & ois paſsio p materiam.

At rurſus dicamus: quomodo id fiat: quibuſdam enim ſingula pati uidentur per ingreſſum agentis extremi: & maxime proprij in nonnullos meatus: tum hac etiam ratione nos cernere: audire: & reliquorũ ſenſuum muneribus fungi: cernendiq; munuobiri beneficio aeris aque: & reliquorum corporũ: quibus perſpicua tribuatur natura: quia tametſi meatus habeant ob paruitatem non aſpectabileis: tamen illi ordinatim conferti: & partibus tralucidioribus cõſtantes interponantur. Alcyo. P

Quomodo autem contingat hoc accidere rurſus dicamus. His quidem uidetur pati unumquodq; per quoſdam poros, ingrediente faciente ultimo & principali. Et hoc modo uidere & audire nos inquiunt: & ſecundum alios ſenſus ſentire omnes. Amplius uideri per aerem & aquam: & per tranſparentia: quia poros habent inuiſibiles: niſi propter paruitatem: ſpiſſos autem & ſecundum ordinem & magis habent tranſparentia magis. Lectio. XXI.

Antiqua. Tex. cõ. 56.

Q

POSTQVAM Philoſophus determinauit de natura actiuorum & paſſiuorum: & de modis eorum: & oſtendit ad quas cauſas reducantur. Hic determinat de modis agendi & patiendi: quomodo ſcilicet contingat agere vel pati: & primo ſecundum opinionem aliorum. ſecundo ſecundum opinionem propriam. ibi. {Quo autem modo exiſtit.} Circa primum duo facit. primo ponit opiniones aliorum. ſecũdo reprobat eas. ibi. {Vt autem parum diſgredientes} Circa primum duo facit primo ponit opiniones aliorum. ſecundo comparat eas adinuicem. ibi. {Leucippus autem exiſtimatus.} Circa primum duo facit. primo ponit opiniones aliorum in generali. ſecundo in ſpeciali. ibi. {Hi igitur in quibuſdam.} Dicit ergo

Tex. cõ. 71 Tex. cõ. 64 Tex. cõ. 60

primo

405

A primo ꝙ dicendum eſt rurſus quo contingat agere & pati. Dicit autem rurſus: quia iam dixit quendam modum actionis & paſſionis in genere: nunc deſcendit ad ſpeciales modos ſumptos ex parte actiuorum & paſſiuorum ſcilicet qualiter veniat agens ad patiēs vt imprimat ei ſuam formam per quā intendit ipſum patiens tranſmutare. Circa hoc autem fuerunt diuerſæ opiniones. Quibuſdam enim viſum fuit ꝙ vnūquodq; quod patitur: patitur per quoſdam poros qui ſunt in ipſo patiente: per quos ipſum agens quod eſt proximum patienti: ingreditur in patiens per illos poros: & vndiq; contingit ipſum: & vndiq; patitur patiens; & non in vno loco tantum Et per hunc modum dicunt ꝙ videmus & ſentimus ſecundum alios ſenſus omnes, quia ſecundum eos viſus & auditus effunduntur ſuper viſibile per media. (Sēſus effūdūtur ſup ſenſibile ſm illos.) B Ideo dixerunt ꝙ per poros illorum corporum quæ ſunt media ſenſuum videmus & audimus. Dicunt etiam quod ideo plus videmus per aerem, & aquam, & per alia corpora diaphana: ſicut eſt vitrum: & criſtallum: quia illa corpora habent plures poros alijs: qui pori ſunt inuiſibiles propter paruitatem: ſed magis ſpiſſe poſiti & melius ordinati: quia directi: & ideo videtur melius per tranſpar ēs. Viſus enim requirit rectam lineam per quam videat: & quia magis tranſparens habet poros ſpiſſiores & directius ordinatos. ideo quanto fuerit magis tranſparens tanto per ipſum melius videmus. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Ergo hi ſatis habent in quibuſdam ſcriptum relinquere: ita plane rem habere. Qualis etiam Empedocles fuit, qui una cum nonnullis alijs non ſolum inquit per ipſos meatus* C *res agentes, patibileſq; mutuo eſſe: uerum etiam commiſtionem illorum effici: quorum meatus meatibus demenſi reſpondeant, & pares.*

Antiqua. *Hi igitur in quibuſdam determinauerunt ita quemadmodum & Empedocles: non ſolum in facientibus & patientibus: ſed & miſceri inquiunt ea quorum pori adinuicem ſunt commenſurabiles.*

Ponit opiniones eorum in ſpeciali: & diuiditur in tres partes ſecundum tres opiniones. & primo ponit opinionem Empe. dicēs ꝙ quidam magis ad ſpeciem deſcendentes: dicunt ipſos poros non ſolum in actiuis & paſſiuis; ſed etiam illa dicunt adinuicem bene D admiſceri: quorū pori ſunt cōmenſurabiles; vt vnum in aliud ingredi poſſit; ita ꝙ plurimum vnius ſit in plurimo alterius: & econuerſo. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Leucippus quidem & Democritus unica ratione ac facili admodum uia: quod in uniuerſum de omnibus ſentirent, explicarunt, originem rerum profeſſi ut natura fert, quæ quidem ita etiam ſe habet.*

Antiq ua. Tex. cō. 57 *Compendioſe autem maxime & de omnibus uno ſermone determinauerunt Leucip & Democritus principium facientes ſecundum naturam.*

Ponit opinionem Leucippi & Demo. dicens. Breuiter & compendioſe dicamus. Vno etiam ſimili ſermone dixerunt Leuci. & Democritus. Ambo enim poſuerunt principium: quod eſt ſecundum naturam. Tex. cō. 60. Per ipſum enim (ſicut infra dicitur) reddebant cauſam generationis & corruptionis: & ad ſenſum apparentia confitentur. & ideo dicitur ſecundum naturam, E magis ꝙ poſitio aliorum qui de naturis rerum, p ſua principia, cauſas aſſignare nō poſſunt. Deinde cū dicit.

Alcyo. *Sed ueterum philoſophorum nonnulli ſenſerunt id quod eſt, neceſſario unum & immotum eſſe in rebuſq; nihil uacans: inaneq; interiectum eſſe. plenum enim deſerte iacere: nullumq; motum agi poſſe: cum uacuum ſeparatum nō ſit: nec multa cum nihil probibeat. nihilq; referre ſi uniuerſum exiſtimes continuum quidem non eſſe: ſed abiunctum mutuo copulari tactu: & affirmes multa eſſe: nec uacuum haberi. Enimuero ſi quo quo uerſus indiuiduum conſtat, unum non erit: & ob eam rem nec multa: ſed uniuerſum uacuum omnino erit. Quod ſi partim diuiduum: partim indiuiduum ſit: inſtar figmenti res ſe habebit. Nam quouſq; id fieri putaueris? & quid ita pars uniuerſi ita ſe habere conceditur: &* F *plena eſt: & pars diſiuncta proponitur? Iam eadem ratione motum neceſſario excludendum cenſet. Nonnulli igitur harum rationum ui ſupergreſſi ſenſus fidem: eamq; auerſati, ut quæ rationem ſequi deberet, profitentur uniuerſum unum: idemq; immobile, ac infinitum eſſe: quoniam finis rerum in uacuitatem procumbit & deſinit. itaq; hunc in modum iſti talibus adducti cauſis ueritatem protulerunt. Sed quanquam e rationibus hæc fieri uidentur: tamen ſi res expendantur: prope modum furor eſt ita ſentire: quandoquidē nullum ueſania tentatum ita de poteſtate exire poſſe arbitramur: ut ignem: & gelu unum eſſe cenſeat. Veruntamen pulchra tantum: & quecunq; nimium ob uſum pulchritudinem, ſpeciemq; ementiuntur: eadem quibuſdam ob inſaniā differre non uidentur.*

G Antiqua. *Quod eſt: quidam enim antiquorum opinati ſunt ex neceßitate eſſe unum omne & immobile. Vacuum quidē enim non ens: moueri autem non poſſe non ente uacuo ſeparato. Neq; rurſus multa eſſe non ente ſegregante.* Tex. cō. 58 *Hoc enim nihil differt: ut ſi quis exiſtimet non continuum eſſe omne: ſed tāgere diuiſum & fore multa & non unum eſſe & uacuum. Si enim ubiq; diuiſibile nihil eſſet unum: quapropter neq; multa. ſed uacuum omne. Si autem tum diuiſibile quidem: tū autem non: fictitium aliquod hoc utiq; uidebitur. Vſq; quantum enim & propter quid hoc quidem habet ita eſſe totale: & plenum eſt: hoc autem diuiſum. Amplius autem & ſic fore neceſſarium non eſſe motionem. Ex his igitur utiq; ſermonibus tranſcendentes ſenſum: & deſpicientes eum enunciant: ac ſi conueniens rationem ſequi: unum & immobile* H *omne eſſe dicunt. Et infinitum quoddam; finem enim finire utiq; ad uacuum. Hi uero propter cauſas has enunciant ita de ueritate. Amplius autem in ſermone uidetur hoc quidem* Tex. cō. 59 *contingere: in rebus autem dementie eſt ſimile opinari ita. Nullum enim dementium egreditur intantum: ut ignem & glaciem unum eſſe exiſtimet: ſed ſolum bona & apparentia propter aſſuetudinem hæc quibuſdam nihil uidentur differre propter dementiam.*

Opi. Parme. & Melliſſi. Ponit opinionem Parme. & Melliſſi: qui opinati ſunt eſſe tantum vnum principium; & illud eſſe mobile & continuum. Quod autem ſit immobile ſic probabant. Motus nō pōt eſſe niſi ſit vacuū: ſed vacuū nō eſt. ergo motus non eſt. ergo eſt tantum vnum & immobile. Quod vero ſit tantum vnum ſic probabant. Multa non poſſunt eſſe niſi ſit aliquid ſeparans & di-

I uidens ea: nihil autē poteſt eſſe ſegregans & diuidens niſi vacuum: ſed vacuum non eſt. ergo non poſſunt eſſe multa ſegregata; & ſic omnia vnum ſunt. Et quia poſſet dici eis quod multa ſunt ſe tangentia: ita quod inter ea non ſit vacuum ſegregans. Dicunt quod hoc nihil differt: quia continuum & contangens idem dicebant eſſe. Nam ſecundum eos continui partes ſe cō tangebant. Dixerunt etiam quod nihil differt quod ſint multa: & quod nō ſit vnum; & quod dicatur eſſe vacuum: quia continuum & contiguum ſunt idem ſecundum iſtos; nec multa ſunt niſi ſint diuiſa; & quod non diuidebantur niſi per vacuum: ſed non eſt vacuū. ergo nec multa ſed omnia continua. Si enim dicatur quod ens vbiq;, ideſt in omni pūcto ſit diuiſibile: tūc poteſt dici quod nihil ſit vnum: ſed multitudo com-
K ponitur ex multis vnis. ergo nec multitudo erit. ergo totum erit vacuum. Si autem dicatur totum ens eſſe continuum. tum quidem, ideſt ſecundum aliquid eſſe diuiſibile. tum autem non, ideſt ſecundum aliquid eſſe indiuiſibile. hoc vtiq; videbitur eſſe fictitium: cum nō ſit magis ratio: quare in vno puncto diuidatur q̄ in alio: vſq; ad quantum enim erit diuiſibile: ita quod ibi ſtet diuiſio? Et quare aliquid de vniuerſo ita ſe habet quod diuiditur & ſeparatur per vacuum: aliud autem ſe habet quod eſt plenum: & non diuiditur; ita quod vnum ab alio ſeparetur per vacuum; & non videtur horum poſſe ratio aſſignari. Amplius autem ſequitur ex neceſſitate quod nihil mouebitur per iſtas rationes. ergo tranſcenderunt & dimiſerunt ſenſum
L & ea quæ per ſenſum apparent: opinantes quod magis debemus ſequi rationem q̄ ſenſum. Quod autem totum ens ſit infinitum ſic probabāt. Si ens finitur: aut finitur ad plenum aut ad vacuum: ſed ad plenum non poteſt finiri: quia plenum eſt ens. idem enim finiretur ad ſeipſum: vel eadem ratione illud plenum finiretur ad aliud plenum: & ſic eſſet abire in infinitum. ergo oportet quod finiatur ad vacuum: ſed vacuum non eſt. ergo ad nihil finitur. ergo oportet quod ens ſit infinitum. Iſti ergo propter tales cauſas ſic enunciauerunt de veritate. Adhuc in ſermone per ipſorum rationem ſophiſticam videtur hoc ſequi quod dictū eſt: non tamen in rei veritate contingit. Si autem res ipſe inſpiciantur: dementie videtur eſſe ſimile dictum
Dementie ſignum. eorum. Nullus enim demens intantum egreditur a iudicio veritatis: quod dicat ignē & glaciem eſſe vnū: quod illi dicebant ponentes omnia eſſe vnum. Licet
M aliquis propter conſuetudinem vel propter apparentiam putet mala in ſenſibus eſſe bona: hoc enim quibuſdam propter dementiam accidit. vnde aliquando inter bona & mala nullam differentiam eſſe putant. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Leucippus quidem ſententiam de hac re ſuam ita proferre ſuſpicatus eſt: ut cum ſenſu conſentiret nec generatio interitus, motio: & rerum copia tolli poſſent. qua in ſententia iis adſtipulatus eſt: quæ appareant. nec interea iis, qui unum omnia conſtituunt fidem abrogauit: quippe cum motus non cietur abſq; inani. Tū ait inane plenum nō eſſe: & ipſius entis nihil eſſe non ens: quoniā proprie ens plenū eſt.*

Antiqua. Tex.cō.60. *Leucippus autem exiſtimatus eſt habere ſermones qui ad ſenſum confeſſa dicentes. Non enim deſtruebat generationem: neq; corruptionem: neq; motum: neq; multitudinē entium. Confitebatur autem ea quæ apparentibus. Conſtituentibus autem unum ut non entem motionem ſi non uacuum facere. Vacuumq; non ens: & entis nihil non ens inquit eſſe. Principaliter enim ens plenum eſt ens.* N

Comparat prædictas opiniones adinuicem. Et primo comparat opinionem Leu. & Demo. ad opinionē Parmenidis & Melliſſi. Secundo cōparat eam ad opinionem Empe. ibi. {Sed vt Empe.} Tertio ad opinionem Platonis. ibi. {Similiter autem aliorum.} Circa primum duo facit. Primo comparat opinionem Leu. ad opinionem Parme. & Meliſſi penes conuenientiam. Secundo penes differentiam ibi. {Sed omne qđ tale.} Dicit ergo primo quod Leuci. putauit habere ſermones meliores aliis in hoc quod cōfitetur ea quę ſunt manifeſta ad ſenſum. Vnde neq; deſtruit generationē neq; corruptionem: neq; motum: neq; multitudinem rerum: ſed confitetur ea quæ ſunt omnia manifeſta eſſe ad ſenſum. In hoc tamen dixit eadem cum Parme. & Melliſſo: conſtituentibus, ideſt dicentibus: quod omne quod eſt: eſt tantum vnum immobile: quia dicit quod bene ſequitur: quod non erit motus niſi ſit vacuum. Sed in hoc differt ab eis: quia illi deſtruxerunt conſequens, ideſt vacuum eſſe: & concluſerunt oppoſitum antecedentis ſcilicet motum non eſſe. Sed Leuci. ponit antecedens: & infert conſequens ſcilicet motum: & ex hoc concludit vacuum eſſe. Vacuum autem dicit eſſe ſicut priuationem: & ideo ſimpliciter eſt non ens: quia non eſt aliquid entium: ſicut nec priuatio: tamen eſt ens: quia eſt entis: ſicut priuatio habitus. Vnde plenum dicebat principaliter ens. Deinde cum dicit.

Tex.cō.61 Tex.cō.62. O Parme. vacuū qđ Leu. ponit. Vacuū eſt ſicut priuatio. P

Alcyo. *Quod etiam non ſit unum: ſed infinita & inaſpectabilia propter paruos, qui attenduntur tumores. eadem quoq; in uacuitate deferri ſcribit: quia uacuitas omnino ſit: atq; compoſita generationem excitare: diſiuncta uero interitum afferre, agereq;, & pati, quo ad ſe per inane tangunt: & ob eam rem non unum eſſe: atq; etiam quoties componuntur, inter ſe implicātur: toties affectiones oriri. nec enim ex eo, quod uere unum ſubſtat rerum copiam prodire: quemadmodum nec ab iis: quæ re uera multa ſubſtant, unum generatione noua, duci poteſt. id enim fieri nequit. Verum ut Empedocles, & nonnulli alii tradunt: per meatus res pati: ſic iſte omnem alterationem omniumq; rerum perpeſſionem ita fieri ait: cum per uacuum, diſſipatio, interitus, auctio, alteratio fiant: aliis deinceps ſuccedentibus.*

Q

Antiqua. *Sed omne quod tale non unum: ſed infinita multitudine: & inuiſibilia propter paruitatem tumoris. Hæc autem in uacuo ferri: uacuum enim eſſe. Et conſtantia quidē generationem facere. Diſſoluta autem corruptionem: facere autem & pati ſecundum q̄ exiſtunt tangentia. Secundum enim id non unum eſſe & compoſita & complicata generare. Et ſecūdū aūt ueritatem ex uno nō contingit generari multitudinem: neq; ex uere multis unum: ſed eſſe hoc impoßibile,* Tex.cō.63

Comparat dictas opiniones circa differentiam dicēs. Quod licet principaliter ens ſit plenum: tamen nō omne quod eſt plenum eſt vnum ſicut dixit Parme. & Melliſſus: ſed ſunt multa: & infinita: & inuiſibilia: propter paruitatē ſue quantitatis. Hæc enim ſunt quæ ipſi appellant atomos ſiue corpora indiuiſibilia quæ

De atomis e cōcurſu corū ſm iſtos.

mouentur

A mouentur in vacuo quod vacuum ipſe Leucippus dicit eſſe. Quomodo autẽ fiant generatio & corruptio: & alia quę apparent ex iſtis atomis ſubiungit dicens. Quod per ipſorum congregationem & conglutinationem fit generatio: cum autem diuiduntur fit corruptio. cum vero vndiq; ſe contingũt faciunt actionem & paſſionem. cum autem penetrant ſe & vnũ ſubintrat in alterum fit augumentum: cum permutauerint ordinem & ſitum: tunc fit alteratio. Secundum enim quod dicit & confitetur: neceſſe eſt ponere non eſſe vnum ſolum ex quo generantur iſta compoſita & cõplicata: quia ex eo quod eſt vere vnum impoſſibile eſt fieri multa: nec ex vere multis fieri vere vnum. Dicitur autem vere vnum quod omnino eſt indiuiſibile actu & potentia. vere autem multa quę omnino diſtincta ſunt nec actu ne potentia coniunguntur ſicut indiuiſibilia. Deinde cum dicit,

Vere vnũ & vere multa.

B

Alcyo. m. *Atqui neceßitas cogit: ut Empedocles idem fere probet quod Leucippus. nonnulla ſolida eſſe: quæ quidem indiuidua ſint: niſi omni ex parte meatus cõtinui ponantur: quod certe fieri nõ poteſt. ſiquidem nihil aliud ſolidum præter meatus eſſet; immo uniuerſum inane haberetur. Ergo neceſſe eſt, quæ ſe tangunt, indiuidua conſtare: illorumq; interualla uacua eſſe: quos quidem ille meatus appellat. Hoc ſane modo Leucippus ſuam de ratione agendi & patiendi teſtatus eſt ſententiam. Item modi per quos alia agant: alia patiuntur, tales proponi ſolent. Et planum iam arbitror factum, qđ Leucippus & Democritus ſentirent & quomodo. Ac ratio quidem agendi & patiendi manifeſte Leucippi & Democriti diſciplinam fere conſequi uidetur, aliorum uero ſententiam: ut Empedoclis ratio minus cõſequitur: q̃ probauit in reddendo, quo pacto interitus rebus inuehatur: & alteratio fiat. Democrito enim primaria corpora indiuidua habentur: & per imagines tantummodo diuerſa: uariaq; ſunt: ex quibus item primis res conſtitui: & in quorum extremas ſummaſq; partes reſolui tradit. Sed in Empedoclis diſciplina exploratum eſt: compoſita uſq; ad quatuor elementa generationem: atq; interitum ſubire quanquam ut congeſta per generationem illorũ magnitudo & efficiatur et deleatur: nec liquet: nec ille probare poteſt: niſi affirmet æque ignis: ac reliquorum omnium ſimplicium elementum dari.*

C

Antiqua. D *Sed ut Empedocles & aliqui aliorum inquiunt pati per poros: ita omnem alterationem & omne pati. Hoc modo generari propter uacuum facta diſſolutione & corruptione. Similiter autem & augumentationem ſubintrantibus*

Tex.cõ.62. *alijs. Fere autem & Empedocles neceſſe dicere: ut Leucippus. inquit etenim eſſe quædam ſolida: indiuiſibilia autem ſi non ubiq; pori & continui ſunt: hoc autem impoßibile. Nihil enim aliud ſolidum extra poros: ſed omne uacuum: neceſſe igitur tangentia quidem eſſe indiuiſibilia: media autem eorum uacua quos ille dicit poros. Ita autem & Leucippus dicit de facere & pati. Modi igitur ſecundum quos hæc quidem faciunt: hæc autem patiuntur fere hi dicuntur. Et de his quidem: & quomodo dicunt manifeſtum eſt: & ad eorum poſitiones quibus utuntur fere confeſſe uidetur contingens. Alijs autem minus. uerbi gratia Empe. quomodo erat generatio & corruptio: & alteratio non eſt manifeſtum. His enim erant corpora indiuiſibilia prima corporum formis differentia ſolum: ex quibus primum componuntur: & in quæ ultimo diſſoluitur. Empedo. aũt alia quidem manifeſtum: quoniam uſq; ad elementa habent generationem & corruptionem. Ipſorum uero elementorũ quomodo generatur & corrumpitur coaceruata quantitas: neque manifeſtum: neq; contingit dicere ei non dicenti et ignis elementum eſſe.* E

Comparat opinionem Leucippi ad opinionẽ Empe. & primo penes conuenientiam dicens q̧ Demo. & Leucippus dicunt q̧ res patitur per poros: ſicut Dixit Empe. & quidam alij de antiquis philoſophis: & dicunt q̧ omne pati & omne alterari hoc modo generatur: & fit quod fit: ita q̧ fiat rei diſſolutio per interpoſitionem vacui: quia vacuum interponitur ipſis rebus: ita q̧ pars huc pars illuc feratur. Similiter augumentationem fieri per ſubintrationem ipſorum F ſolidorum atomorum adinuicem. Empe. autem fere neceſſe eſt dicere ſicut Leucippus dixit: eſſe ſcilicet indiuiſibilia corpora. Dicit autem fere: quia Empedo. non confitebatur expreſſe eſſe aliqua corpora indiuiſibilia: ſed quia hoc ſequitur ad opinionem eius. ponebat enim poros in ipſis corporibus ex q̄bus actio & paſſio cauſabatur ſecundum eum. Aut ergo illi pori ſunt in toto corpore: ita q̧ non ſit aliquid medium inter eos: aut eſt aliquod corpus ſolidum diuidẽs eos. Si ſunt in toto corpore ita q̧ nihil ſit medium: tunc totum corpus erit vacuum: quod eſt impoſſibile. neceſſe eſt ergo eſſe aliqđ corpus ſolidũ extra poros, ideſt præter poros quod ipſos diuidat & diſtinguat: & talia corpora neceſſe eſt eſſe diuiſibilia: media autem iſtorum ſunt vacua ſiue foramina: quæ ſcilicet ille Em- G pedo. dicit poros. Nulla enim vt dicit Commentator. eſt differentia inter vtranq; opinionem: niſi quod Com.62. ſecũdũ Leuci. inter hęc corpa eſt vacuũ: & apud iſtos iſta foramina ſunt plena corporibus ſubtilibus. Conueniunt igitur in duobus ſcilicet impoſitione vacuitatis: & poſitione corporis indiuiſibilis: & ideo fere ita dicit Leucippus de facere & pati: ſicut Empedo. & ideo dicit q̧ modi agendi & patiendi ſecundũ vtroſque fere ſunt idem. Dicit fere propter prędictam cauſam. Secundo cum dicit. (Et de his quidem.) Ponit differentiã inter vtranq; opinionẽ dicens q̧ iſtorum differentia de modis agendi manifeſta erit ex eorum poſitionibus ſequentibus. Nam Leucippus magis poteſt dare ex ſua opinione cauſam eorum quæ manifeſte videntur. Empedo. autem minus; quia ſecundum eius H fundamentum non eſt manifeſtum quomodo accidat generatio & corruptio & alteratio in omnibus entibus naturalibus. Sed Demo. & Leuci. poſſunt aſſignare cauſam generationis & corruptionis: non ſolũ mixtorum: ſed etiam quatuor elementorum: ex corporibus indiuiſibilibus; quia ſecundum eos diuerſitas iſtorum corporum tam ſimplicium q̃ mixtorum cauſatur ex diuerſitate corporum atomorum: quæ differunt poſitione ordine & forma et figura: ſicut dr̃ in. 1. meta. Empe. vero ex ſui poſitione nõ poteſt dare cauſam generationis & corruptionis niſi ſolũ iſtorũ mixtorũ vſq; ad elemẽta. ponit. n. alia fieri ex quatuor elementis; ſed in elementis non poteſt dare cauſam generationis & corruptionis. Non enim poſuit alia elemẽta priora iſtis quatuor elementis. vnde non poteſt dicere propter quid uel quomodo generentur ex alijs, aut corrumpantur in alia. Deinde cum dicit.

Nihil prius quatuor elẽtis ſ3 Empe.

I

Alcyo. *Quod quidem in Timeo Plato etiam ſcriptum reliquit: qui certe hactenus differt: quin ita dicat: ut Leucippus: qđ hic indiuidua ſolida: ille plana fingit: & hic quamuis imaginem in infinitis haberi indiuiduis: commemoret ille in finitis: quando uterq; indiuidua attulit: & quidem imaginibus circunfigurat. Iam ex his tum ortus rerum: tum ſecretiones excitāt. Leucippus quidem duplici ratione per uacuum & tactionem. His enim unumquodq; diuiduum eſſe cenſuit; ſed Plato tactione ſolum: quoniam uacuum e rerum natura excludit. Ac de indiuiduis quidem planis ſuperioribus in dictatis diſſeruimus: de ſolidis autem nunc plenius agere omittamus: quid ſi illi concedantur: accidat contenti mentione eorum: quæ ſolēt afferre: qui paulum egrediuntur.*

Antiqua. Tex.cō.63. K

Similiter autem aliorum omniam: ut in Timeo ſcripſit Plato. Intantum differt enim ut non eodem modo Leucippo dicat. Quoniam hic quidem ſolida: hic autem planities dicit indiuiſibilia. Et hæc quidem infinitis terminari figuris indiuiſibilium ſolidorum unumquodq;. Hic autem terminatis: quoniam indiuiſibilia utriq; dicunt terminata figuris. Ex his itaq; generationes & ſegregationes & corruptiones, Leucippo quidem enim duo modi erant utiq; per uacuum & per tactum. hic enim indiuiſibile unumquodq;. Platoni autem ſecundum tactum ſolum: uacuum enim nō eſſe inquit. De indiuiſibilibus autē planiciebus diximus in prioribus ſermonibus. De indiuiſibilibus autem ſolidis amplius eſt dicere. Ideo hoc accidens relinquitur nunc.

Comparat opinionem Leucippi ad opinionē Platonis: & primo penes conuenientiam dicens q̄ ſicut

L

Leucippus poteſt dare cauſam generationis omnium ex ſua poſitione ita & Plato ſecūdum q̄ ſcripſit in Timæo. Secundo cum dicit. {Intantum differt enim.} Ponit differentiam dicens: q̄ quamuis Leuci. & Plato cō-

Differētia inter Leucip. & Plato. triplex

ueniunt in hoc q̄ vtrunq; poſuit indiuiſibilia principia. tamen in tribus differunt. Primo quia Leucippus dixit illa indiuiſibilia eſſe corpora ſolida. Plato aūt ea dixit eſſe ſuperficies. Secundo quia figuræ indiuiſibilium corporum quibus figuratur & terminatur vnū quodq; compoſitorum ſunt infinitæ apud Leuci. Sed ſecundum Platonem ſunt finitæ. Poſuit enim Plato figuras triangulares eſſe primas omnium figurarum quæ finitę ſunt. Tertio differūt: quia cum vterq; iſto-

H

rum dicat generationem & corruptionem fieri per congregationem & ſegregationem atomorum: ſecū-

M

dum Leuci. erunt duo modi quibus fit actio & paſſio ſcilicet per tactum agētis & patientis: & per vacuum quod eſt porus. ſecundum Platonem vero erit tantū vnus modus ſcilicet per contactum & non per vacuum. Vacuum enim ſecundum eum non eſt de indiuiſibilibus ſuperficiebus: vt dictum eſt in tertio de cœlo & mundo. Quod autem contingit dicere de indi-

Tex.cō 61. & inde.

uiſibilibus corporibus: relinquatur nunc.

Alcyo. *Enimuero neceſſitas præſcribit ut quoduis indiuiduum impatibile ſit, cum perpeſſio non aliter fieri queat, ac per uacuum: nec affectionem ullam efficiunt: eum neq; dureſcere: neq; frigeſcere quicquam poſſit. Quanquam illud etiam inſulſum eſt: calorem uni figuræ rotundæ reddi. nam illius quoq; contrarium: quod frigus eſt: neceſſario ad aliquam aptabitur figuram.*

N

Vt autem parum diſgredientes dicamus: neceſſarium & impaſſibile unumquodque dicere indiuiſibilium. Non enim poſſibile pati niſi per uacuum & nullum actiuum paſſionis: neq; enim calidum nec frigidum oportet eſſe indiuiſibile. Antiqua. Tex.cō.64

Lectio: XXII.

POSTQVAM Philoſophus poſuit opinionem aliorum de principijs rerum naturalium: & de modis quibus agunt & patiuntur adinuicem. Nunc in parte iſta reprobat eas. & primo reprobat opiniones eorum: quantum ad poſitionem atomorum: quæ dicebant eſſe principia. Secundo quantum ad modos agendi quos ponebānt. ibi. {Quicunq; quidem igitur Tex.cō.73. per pororum.} Circa primum duo facit. Primo oſtēdit indiuiſibilia corpora non eſſe principia. Secundo q̄ non mouentur a vacuo. ibi. {Amplius quidem qđ Tex.cō.73. eſt quod mouet.} Circa primum ponit duas rationes: ſecunda ibi. {Amplius autem vtrum.} Circa primum Tex.cō.71. duo facit. Primo ponit rationem. Secundo remouet O quandam inſtātiam quam aduerſarij poſſent dare. ibi. {Amplius autem inconueniens.} Quod ergo indiui- Tex.cō.70. ſibilia corpora non poſſint eſſe principia: probat inducendo ad impoſſibile: q̄ contradictoria erunt ſimul vera: & hoc tali ratione. Si indiuiſibilia corpora ſunt principia nec agent nec patientur adinuicem. Item ſi ſunt principia agent & patientur adinuicē: ergo agēt & non agent: patientur & non patientur: quod eſt impoſſibile. Circa rationem iſtam ſic procedit: primo probat q̄ non agent nec patientur duplici ratione: quarum prima talis eſt. Actio & paſſio fit per vacuū vt ipſi dicunt: ſed in talibus atomis non eſt vacuum, ergo nec agunt nec patiuntur. Secunda talis eſt. Om- P ne quod eſt cauſa actionis vel paſſionis: eſt durum, vel molle, vel aliqua qualitatum diſpoſitum: ſed nullum corpus indiuiſibile eſt tale. ergo nec eſt actiuum nec paſſiuum. Secundo cum dicit.

Alcyo. *Abſurdum quoq; eſt calorem, & frigus in illis ipſis cōtineri, grauitatem & leuitatem, duritiem & mollitiem remotas eſſe. Immo unumquodq; indiuiduum per redundantiā grauius eſſe Democritus refert: ut compertum ſit calidum etiam eſſe. Verum ſi eiuſmodi ponatur: fieri non poterit: quin mutuam ſubeant perpeſſionem, ut cum remiſſum frigus a calore modum excedente patitur. Et certe ſi duritiem in illis ipſis dabunt, mollitiem denegaturi non ſunt. mollities enim propterea dicitur: quod aliqua re poſſit affici. quādoquidem molle ad cedendum eſt propenſum. Quinetiam illud ſubabſurdum iudicari debet: nihil aliud in iiſdem eſſe q̄ figuram. Et ſi inſit, ſingulare quippiam ſeparatim in unoquoq; ineſſe, ut in alio duritiem, in alio calorem. Non enim una eademque natura illorum eſſet. Ita fieri nequit: ut neutrum ſit: etiam ſi plures affectiones in uno ingeſtas dent; quia id cum indiuiduum facultate ſit: eadem in parte præditum erit affectionibus. Qua igitur re afficitur, ut ſi frigeſcat, eadem uel aget, uel patietur. Idem etiam non diſſimili ratione ceteris in qualitatibus probari poterit.* Q

Antiqua. Tex.cō.65

Quamuis hoc inconueniens ſit ſolum dare circulari figure calidum. Neceſſe eſt enim & contrarium frigidum alicui alij adaptare figurarum. Inconueniens autem ſi hec quidem exiſtunt: dico autem caliditas & frigiditas. Grauitas autem & leuitas durities et mollities non exiſtunt. Sed tamen gra Tex.cō.66

uius

A *uius ſecundum excedentiam inquit eſſe Democritus unum-*
quodq; indiuiduum. quapropter & calidus: talia autẽ entia
non pati adinuicem impoßibile. uerbi gratia amuleum ex-
Tex.cõ.67. *cedẽte calido leuiter calidum. Sed tamen ſi durum & molle.*
Molle autem in patiendo aliquid dicitur. ſubactiuum enim
Tex.cõ.68. *& molle. Sed tamen inconueniens ſi nihil exiſtit niſi ſolum*
figuræ & ſi exiſtit: unum autem ſolũ uerbi gratia hoc qui-
dem frigidum: hoc autem calidũ: neq; enim una aliqua eſſet
natura eorũ. ſimiliter autem impoßibile ſi multa uni. Indi-
uiſibile enim ens in eodem habebit paßiones. Quapropter et
ſi patitur ſiquidem infrigidatur hoc aliquid & aliud faciet:
aut patietur. eodem autem modo & de paßionibus alijs.

Oſtendit oppoſitum ſcilicet ꝙ corpora indiuiſibi-
lia agãt & patiantur. & hoc triplici ratione. quarum
Prima rõ. prima talis eſt. Secũdũ ꝑdictos philoſophos: indiuiſi
B bilia corpora q̃ ſunt circularis figurę ſunt calida. ergo
oportet aliquod alterius figurę eſſe frigidũ: quia incõ-
Incõuenit ponere vnũ cõtrariorũ i natura ſine reliquo. ueniens eſt ponere vnum cõtrariorum in natura ſine
reliquę. ſi autẽ duę qualitates ſunt in atomis neceſſe eſt
ponere aliquas qualitates conſequentes eſſe in eis: quę
ſunt grauitas, durities, leuitas, mollies, & alię huiuſmo
di qualitates. Cum autem concedant in atomis vnum
eſſe grauius alio: ſicut apparet in radio ſolis. ꝙ vna
atomis magis deſcendit q̃ alia. Si autem vnus eſt gra-
uior alio: vnus etiam eſt & leuior alio: & vnus cali-
dior alio. Cum autem ſint talia: impoſſibile eſt ea non
Quõ calidũ patiatur a calidiori. pati adinuicem & agere cum ſibi appropinquant. Pa-
titur enim leuiter calidũ ab excedenti calido: non in-
quantum ſunt ſimilia in calido: ſed inquantũ excedens
C eſt magis calidum: & illud qđ exceditur eſt magis fri
Scđa rõ. gido permixtum. Secũdam rationem ponit. ibi. (Sed
tamẽ ſi durũ.) Quæ talis eſt. ſi Demo. dicit in ipſis ato
mis eſſe durũ: neceſſe eſt ꝙ dicat etiã eſſe in eis molle:
per ſupradictam rationem: quia ſi vnũ contrariorum
Tex.cõ.18. fuerit in natura: & reliquũ: vt dicitur ſecũdo de coelo.
molle autẽ naturali in potentia reſiſtendi tactui paſſi-
uum eſt: licet inquantũ eſt infuſum humido ſit ſubacti
Cur molle dicaſ ſubactiuũ uum. Dicitur autem molle ſubactiuũ: quia agit per hu
midum: quod nõ eſt ſimpliciter actiuum: ſicut calidũ
vel frigidum: & per hoc dictum ſequitur iterum ato-
Tertia ratio. mos eſſe actiuas & paſſiuas. Sic ergo ſecundũ ꝙ dedu
cit Commentator: quomodocunq; tõ ponant ea, con
tingit eis impoſſibile: qm̃ ſi ponunt ea nõ eſſe recepti-
ua paſſionũ: ſequitur ꝙ non ſit aliqua cauſa actionis et
paſſionis: & ſi ponunt ea receptibilia contingit vt nõ
D ſint receptibilia. ſic ergo ex illorũ poſitiõe cõtingit vt
ſint illorum receptibilia. Et ſicut diximus: licet hoc ſe-
quaſ ex dictis Demo. & Leuci. tñ hoc eſt impoſſibile
et inconueniens. In atomis. n. aut eſt figura ſola: aut cũ
figura qualitas actiua & paſſiua. Si ponatur in eis ſola
figura: tunc nõ erũt actiua nec paſſiua: quia figura nec
eſt actiua nec paſſiua: aliter enim mathematica agerẽt
& paterentur. Si autem cũ figura in atomis ponatur
qualitas: quandoq; autem vna erit in qualibet atomo
aut plures. ſi autem vna nec propria fuerit in qualibet
atomo: & hoc quidẽ ſit calidum: hoc autem frigidũ:
tunc eorum natura nõ erit eadem. ſi ergo differunt in
naturis ſunt diuiſibilia. ergo indiuiſibilia ſunt diuiſibi-
lia. Si aũt plures qualitates inſunt vni atomo: quæ qđẽ
actiue ſunt et paſſiue: illæ erunt cõtrariæ: quia actio &
Tex.cõ.50. paſſio ſunt inter contraria vt ſupra dictũ eſt. ergo cõ-
traria ſunt in eodem indiuiſibili. Sequitur etiã ꝙ ſint
in eodem ſecundum idem: quod eſt impoſſibile. Se- E
quitur etiã ꝙ ſi atomus infrigidatur: ꝙ ſecundũ hoc
caleſiat: qđ falſum eſt. & eodẽ modo eſt de alijs qua-
litatibus actiuis & paſſiuis: quæ ſunt durum & molle.
Deinde cum dicit.

In hoc enim non aliter incurrunt qui indiuidua plana cõ- Alcyo.
miniſcuntur: atq; qui ſolida & concreta propterea quod
illa cum omnis uacuitatis expertia ſint: neq; denſiora neq;
rariora diffundentur.

Hæc enim & ſolida & planitiem dicentibus indiuiſibilia Antiqua.
contingit eodem modo. Neq; rariora enim neq; denſiora eſt Tex.cõ.69.
poßibile generari uacuo non ente in indiuiſibilibus.

Reprobat opinionem Platonis dicens: ꝙ etiã De- Arguit ad hominem.
mo. & huiuſmodi iſtud inconueniens ſequitur: & ad
opinionem Platonis dicentis ſuperficies indiuiſibiles
eſſe principia. Dicit enim Plato ꝙ illis ſuperficiebus F
non eſt vacuum: quia ſecundum eos impoſſibile eſt
fieri rarũ niſi ꝑ interpoſitionẽ vacui ĩ partibus corpo
ris. ſequitur ꝙ nõ exiſtente vacuo nõ generatur aliqđ
rarius vel denſius. Cum autem rarum & denſum ſint
primæ contrariæ qualitates ex parte materiæ: iſtis nõ
exiſtentibus aliæ conſequentes non erunt: quia abla-
to priori aufertur & poſterius. Sic ergo in corpore
nullæ ſunt qualitates actiue & paſſiue. ergo nec agit
nec patitur aliqđ indiuiſibilium non exiſtente vacuo
ipſo. Deinde cum dicit.

Præterea nimis inſulſum eſt parua indiuidua omnino cõ- Alcyo.
ſtare, magna non item. At nunc recta ratione ampliora ma
gis q̃ exilia franguntur. alia enim facilius reſoluuntur, ut ma
gna: quoniam alludunt & ad plura diuidentia offendũt: alia G
omnino indiuidua conſtant, quæ natura quid ita potius par
uis q̃ magnis tribuitur?

Amplius autem inconueniens & parua quidem indiuiſi- Antiqua.
bilia eſſe: magna autem non. Nunc quidem magis rationabi- Tex.cõ.70.
liter maiora confringentur q̃ parua: hæc quidem enim diſ-
ſoluuntur facilius paruis. uerbi gratia magna quidem proce
dunt ex multis: indiuiſibilia autem uniuerſaliter: quare ma-
gis q̃ magnis exiſtit paruis.

Remouet quandam inſtantiam ſiue falſam reſpon-
ſionem quæ poſſet dari ad rationes ſuas. poſſet enim
aliquis dicere quod atomi parui ſunt indiuiſibiles: ma-
gni autem diuiſibiles. vnde remouet dicens quod H
hoc eſt inconueniens. Verum enim eſt quod ra-
tionabilius & facilius magna diuiduntur quam par-
ua: quia magna facilius diſſoluuntur. & hoc ideo
quia magna componuntur ex multis. Non tamẽ par- Paruitas vel magnitudo ñ eſt cã diuiſibilitatis vel indiuiſibilitatis.
uitas vel magnitudo eſt cauſa diuiſibilitatis vel indi-
uiſibilitatis. Ipſa uero atoma de natura ſua & vniuerſa
liter ſunt indiuiſibilia & non propter magnitudinem
vel paruitatem. Deinde cum dicit.

Accedit etiã q; quærendum utrum omnium eiuſmodi ſoli Alcyo.
dorum corporum unam ponant naturam: an confirment
alia ab alijs diuerſa eſſe: ut ſi quædam magnitudine, ac tumo-
re ignea ſint: quædam terrena. Si enim una omniũ ſit natu-
ra ecquid iam illud eſt quod diſtraxit? aut cur per mutuam
tactionem omnia in unum non coaleſcunt? ut in aqua fit cũ
altera pars alteram tangit. nihil enim intereſt inter priorẽ

I *& poſteriorem partem. ſinautem diuerſa poſuerint: qualitates erunt: per quas diuerſa conſtituentur. At perſpicuum eſt has ipſas commodius dari poſſe loco principiorum & cauſarum eorum: quæ accidere ſoleant: quã figurata corpora. Iamuero cum natura differant talia plane ſunt cum ſe tangunt: etiam ſi inter ſe agant: aut patiantur.*

Antiqua. Tex.cõ.71. *Amplius autem utrum omnium una natura illorum ſolidorum: aut differt alterum ab alteris quemadmodum ſi hæc eſſent ignea: hæc autem terrea ſecundum tumorem. Siquidẽ enim una natura eſt omnium quid diuidens: aut quare non* K *fiunt tangentia unum: quemadmodum aqua quando aquam tangit: nihil enim differt poſterior aqua a priori. Si autem alia qualia hec & manifeſtum eſt q́ has ponendum* Tex.cõ.72. *principia & cauſas contingentium magis quã figuras. Amplius autem differentia in natura utiq; facient & patientur approximantia adinuicem.*

Ponit ſecundam rationem principalem ad probandũ atomos quos illi ponebant non eſſe principia quæ talis eſt. Aut illa corpora ſunt vnius naturæ: ſicut ſi eſſent omnia ignea, vel omnia terrea, vel differunt adinuicem in naturis vt ſi eſſent alia terrea, alia ignea. Si autem ſunt omnia vnius naturæ & vnius ſpeciei ſecundum quantitatem: quid erit tunc diuidens & diſcõ- L tinuãs ipſas atomos? quaſi diceret nihil: cum enim ſint vnius naturæ non eſt in eis aliquid inuenire per quod abinuicem diſcontinuentur. Quare ergo non accidit ſicut in aqua: cuius partes quando adinuicem ſe tangunt ſtatim continuãtur & non differt poſterior pars aquę a priori. Cum autem ipſa corpora atomalia nec ſic adinuicem continuentur: non erunt vnius naturæ. Nec diuerſarum naturarum: quia ſi illa corpora alia & alia: vt dictum eſt: quales ſunt illæ diuerſæ ſpecies vel naturæ. cum enim illæ naturæ faciant atomos diuerſas & diſcontinuas: oportet quod ſint omnes ſecũdum naturas diuerſæ. ergo illæ naturæ magis ſunt ponendę cauſæ & principia rerum quæ fiunt ex atomis: M quã figuræ atomorum quas Demo. dixit eſſe principia. Et præterea quæ differunt in natura & forma agunt & patiuntur adinuicem cum approximantur. Illa vero quæ ſunt diuerſa in figura non ſic agunt & patiuntur adinuicem. ergo tam illæ diuerſæ naturæ debent poni principia actionis & paſſionis: quã diuerſæ figurę. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Præterea ecquid mouet? ſi enim diuerſum ſit: patibilia ſtatuentur. ſinautem a ſeipſis impellentur uel diuidua erunt: & alia quidem parte motum ciebunt: alia motu ciebuntur: uel contraria in eodem inerunt: materiaq; non ſolum numero: ſed poteſtate etiam una erit.*

Antiqua. Tex.cõ.73. Idem ſcripta mouere non poteſt. Tex.cõ.74 *Amplius quidem quid eſt qđ mouet: ſiquidem enim aliud enim paſſiuum eſt. Si autem ipſum ſeipſum unumquodq; aut diuiſibile erit: ſecundum aliud quidem mouens: ſecundũ aliud autem motum. Aut ſecundum idem contraria exiſtunt. Et non ſolum materia erit una numero: ſed & potentia.*

Oſtendit q́ corpora indiuiſibilia non mouentur in vacuo: ſicut dicebat Demo. tali ratione. ſi iſta indiuiſibilia mouentur in vacuo quærendum eſt quid mouet ea: aut enim mouentur a ſe: aut ab alio: ſi ab alio: tunc ipſum indiuiſibile eſt paſſiuum. ergo non eſt primum principium actionis: ſed potius ipſum mouens. Si autẽ mouetur a ſeipſo: aut eſt diuiſibile cum ſecũdum vnã N partem moueat & aliam moueatur: aut in eodem ſecundum idem exiſtunt ſecundum contraria. mouere enim & moueri ſunt contrariorum. vtrũq; autem iſtorum eſt impoſſibile. Sic etiam non ſolum eſſet materia contrariorum vna numero: ſed etiam potentia eſſet vna: quod eſt impoſſibile. ſi enim in materiã contrariorum eſſet vna potentia ſolum: non haberẽt ipſa contraria diuerſas naturas: ſic etiam non eſſet multitudo rerum: ſed omnia eſſent vnũ: quia omnia eſſent ab eadem materia & ab eadem potentia numero. Cũ enim actus & potentia non diuerſificent ſpeciẽ: ſi eſſet tantum vna potentia eſſet tantum vna ſpecies. Eſt autem hoc intelligendum de potentia propinqua ad formas contrarias: quæ non eſt vna numero ſed diuerſa. Eſt enim alia potentia remota quæ eſt vna & eadem contrariorũ: & hæc eſt prima materia: quæ ſecundũ ſe eſt in potẽtia & ipſa eſt ſua potẽtia. Deinde cũ dicit. Notabilis pulchra de potentia materię. O

Alcyo. *Quicunq; igitur per meatuum motionem affectiones accidere tradunt: ſi oppletis mentibus id fieri aiunt: meatus ſupervacanei ſunt. ſi enim uniuerſum hac ratione afficeretur: nulloſq; meatus haberet: immo perpetuum eſſet: eodem ſane modo pateretur. Iam munus uidendi quanam ratione obiri poterit? ut inquiũt. nam uiſus tactionibus per tralucida corpora: aut per meatus tranſire non poteſt: ſi quicunq; plenus eſt. nam quid ita ab ijs different: quæ meatibus carent? uniuerſum enim ſimiliter plenum.*

Antiqua. Tex.cõ.75. *Quicunq; quidem igitur per pororum motionem inquiunt paſſiones contingere: ſed ſiquidem & plenis poris* P *ſuperfluunt pori. Si enim patitur aliquid: ita omne & ſi nõ poros habens: ſed ipſum continuum ens patietur eodem modo. Amplius autem quomodo cõtingit de inſpicere & uidere* Tex.cõ.76. *ut dicunt. Neq; enim ſecũdum tactum contingit tranſire per tranſparentia: neq; per poros ſi plenus uniuſcuiuſq;. Quid. n. differt a nõ poros habere: omne. n. ſic erit plenum.*

Reprobat prædictas opiniones quantum ad modos agendi & patiẽdi quos ponebãt. Et circa hoc duo facit. primo oſtendit ad actionem & paſſionem non ſunt neceſſarij pori. ſecundo q́ nec quantum ad diuiſionem corporum. ibi. {Diuiſibilibus autem.} Circa primum duo facit. primo oſtendit q́ pori non ſunt ne- Q ceſſarij ad actionem & paſſionem. ſecundo remouet quoddam dubium. ibi. {Sed & ſi vacuum.} Circa primum ponit duas rationes. quarũ prima talis eſt: quicunq; dicunt contingere paſſiones ex hoc q́ actiuum mouetur in poris paſſiui: ſicut iſti dicũt: q́ res patitur cum impleti ſunt pori: neceſſe eſt eos cõcedere q́ pori ſunt ſuperflui. ſi enim aliquod corpus patitur: quia actiuum tangit ipſum in poris: tunc illud patitur per tactum actiui & non per poros etiam ſi nõ haberet poros: ſed ſit totum continuum patietur eodem modo propter tactũ actiui: ſuperflui ergo ſunt pori. Secundam rationem ponit. ibi. {Amplius autem quomodo cõtingit.} Dicens q́ iſti nõ poſſunt dicere quomodo videre & inſpicere fiat quando iſte ſenſus fit p trãſparentiam: ſicut per vitrum vel criſtallum. Manifeſtũ. n. eſt q́ ſentiens ſecundum tactũ non tranſit p tranſparentiam: vt ad rem ſenſatam perueniat: quia illi ſenſus fiunt per diſtãtiam. Nec iterum poſſunt dicere quod ſenſus fiat per poros: ſi plenus eſt vnuſquiſq; pororũ

ſicut

A ſicut ipſi dicunt. nihil enim differt habere poros plenos; & non habere poros: quia totum corpus eſt tranſparens ſicut erit plenum. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Atq; ſi hæc uacua ſint: & corpora in illis ipſis neceſſario contineantur: de integro idem conſequetur. Sin autem in eiuſmodi magnitudinem diſtendantur: ut nullum poſtea recipiant corpus ad modum ridiculum eſt arbitrari paruum quidem eſſe uacuum: magnum non item: quantumcunq; ſit: aut ſcribere aliud eſſe uacuum: q̃ ipſius corporis ſedem. Propterea cuiq; corpori æqualem magnitudinis conſtare uacuitatem perſpicuum eſt. Ad ſummam meatus profiteri curioſum nimis eſt. ſi enim id quod extrinſecus tangit per tactum nulla fungitur actione: ne per meatus quidem tranſiens fungetur. Sin autem per tactum aget: ſine ullo meatuũ*
B *uſu alia agent: alia patientur; id eſt quæ inter ſe hoc modo ſuapte natura apta ſunt ad agendum & patiendum.*

Antiqua. *Sed & ſi uacua quidem hec: neceſſe autem corpora in eis habere ibidem contingit ſurſum. Si autem talia ſecundum magnitudinem ſuam ut non ſuſcipiāt corpus aliquod ridiculum. Paruum quidem exiſtimare uacuum: magnum autem non eſſe uacuum. Qualecunq; autem uacuum aliquod exiſtimare dicere niſi regionem corporis. Quapropter manifeſtum quoniam omni corpori ſcilicet ſecundum tumorem ſimile erit uacuum. Vniuerſaliter autem poros facere ſuperfluum. Siquidem enim nihil facit ſecundum tactum neq; per poros tranſiens faciet. Si autem in tangendo & poris*
C *non entibus: hec quidem patientur: hec autem facient ad ſe inuicem hoc modo innatorum. Quoniam ergo ita dicere poros ut quidam exiſtimant: aut mendacium: aut inane eſt manifeſtum ex his.*

Remouet quoddam dubium ſiue quandam falſam reſponſionem, quæ poſſet dari. Poſſet enim aliquis dicere quod pori & foramina ſunt vacua: & hoc remouet dicens: quod ſi ſint vacua aut poſſunt in ſe recipere corpus implens ipſa: aut non. ſi poſſunt: ponatur ergo quod recipiant. poſſibili enim poſito in eſſe quod ex eo accidit non eſt impoſſibile. ſequitur ergo id quod prius ſcilicet quod non ſemper contingat videre per tranſparens: quia impletis poris nihil videtur. Si autem pori tales ſunt quod non poſſunt recipere corpus implens: eo quod ſint parui: hoc ridiculum eſt dicere ſcilicet quod paruum foramen quod
D porus dicitur ſit vacuum: magnum autem ſpacium non ſit vacuum: ſed plenum corpore ſubintrante ipſum: quia qualitercunq; eſt vacuũ illud ſiue magnũ ſiue paruum: habet corpus ſibi æquale implens ipſum:
Vacuum. quod quidem patet per diffinitionem vacui. Vacuũ enim nihil aliud eſt niſi regio ſiue ſpacium alicuius corporis ſuſceptiuum. Quapropter manifeſtum eſt quod omni corpori in tumore ſuę quãtitatis eſt ęquale vacuum ſi vacuum eſſe ponatur. Vniuerſaliter autem ſuperfluum eſt dicere poros eſſe propter actionem. Aut enim agens agit ſecundum tactum aut non. ſi non agit per tactum: ergo non agit intrinſecus in poris tangens: ergo pori non ſunt cauſa paſſionis. Si autem agit ſecundum tactum: & non exiſtentibus poris: dummodo actiuum tangat paſſiuum: quæ ſunt innata agere & pati ad inuicem fiet actio & paſſio. Vlterius autem epilogat quod ita ponere poros vt quidam exiſtimat: aut eſt mendacium: aut inutile eſt ad B
actionem & paſſionem: & hoc eſt manifeſtum ex ſupradictis. Deinde cum dicit.

Poſiti poſito in eſſe nihil ſequitur impoſſibile. [margin]

Alcyo. *Ex his conſtat aut falſum & commentitium: aut certe uanum eſſe meatus ita profiteri: ut quidam ſuſpicantur. ridiculum enim cum primis eſt meatus inducere: cum corpora quoquouerſum diuidua ſint. nam quatenus diuidua ſunt; diſiungi queunt.*

Antiqua. *Diuiſibilibus autem omnino corporibus entibus poros facere ridiculum eſt, ſecundum id enim quod diuiſibilia ſunt poſſunt ſeparari.*

Oſtẽdit quod pori non ſunt neceſſarij ad corporis diuiſionem dicẽs. Quod cum omne ſit diuiſibile tam
F phyſicum q̃ mathematicum: ridiculum eſt ponere poros cauſa diuiſionis: quia corpora poſſunt ſeparari ſecundum id quod diuiſibilia ſunt. In talibus autem nõ eſt vacuum in poris: pori ergo non ſunt cauſa diuiſionis: quia aliter mathematica non eſſent diuiſibilia.

Alcyo. *Nos autem quomodo generatio, actio, & perpeſſio ad ipſas res accommodentur iam dicamus ita exorſi ut plerunq; conſueuimus.*

Antiqua. *Quo autem modo exiſtit generare in entibus & facere & pati dicamus: accipientes principium dictum multotiẽs.* Tex.cõ.77

Lectio. XXIII.

POSTQVAM Philoſophus poſuit opiniones aliorum de agere & pati ſiue de modis agendi
G vel patiendi & reprobationes earum: in parte iſta ponit opinionem propriam & veram. Et circa hoc duo facit. primo dat intentionem ſuam. ſecundo proſequitur intentum ibi. {Si enim eſt.} Dicit ergo primo quod poſtquam poſitæ & reprobatæ ſunt opiniones aliorum de actione & paſſione. Dicendum ſecundum rei veritatem quomodo exiſtat vel fiat generatio: & quomodo exiſtat agere & pati in his quæ agunt & patiuntur. Ad hoc autem perfecte videndum accipiẽdũ eſt pro principio actionis & paſſionis illud qđ multotiens dictum eſt. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Si enim aliud poteſtate: aliud actu tale ſit: & non alia parte pati: alia non pati ſuapte natura poſſit: ſed omnino quoad affectum eſt: magis tamen & minus pro maioris: minoriſue facultatis ratione: hoc ſane modo meatus magis*
H *inducere poteris: ut in metallis obſeruare licet: in patibili quorum parte uene protenduntur perpetuæ.*

Antiqua. *Si enim eſt hoc poteſtate: hoc aũt actu tale innatum eſt. Non tamen quidem pati: tum autem non pati: ſed omnino ſecundum quantum eſt tale. Magis autem & minus ſecundũ q̃ tale magis & minus. Et has res utiq; aliquis dicet magis ineſſe: ut in metallicis: extẽdunt. n. ſe paſſiue uene continue.*

Proſequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit duas cõditiones quæ requiruntur ad actionem & paſſionem. Secundo probat primam cõditionem. ibi {Tum quidem exiſtimare.} Circa primum Tex.cõ.79
ponit primo primam conditionem quæ eſt: quod pa- Cõditiõ ꝑma
tiens quod eſt in potentia non patitur ſecundum quaſdam partes: ſed ſecundum omnes. Primo ergo præmittit quoddam principium manifeſtũ: & eſt. Quod

I entium quoddam eſt in potẽtia: & illud eſt paſſiuum. quoddam eſt in actu: & illud eſt actiuum. Et cum ita ſit: non eſt alia cauſa paſſionis: niſi quia receptiuum alicuius formæ recipit illã ab aliquo agente. Impoſſibile eſt ergo quod illud tale corpus quod eſt in potẽtia ſit receptiuum alicuius formæ: tum quidem, ideſt ſecundum aliquas partes; tum autem non, ideſt ſecundum quaſdam non. ſed oportet ꝙ ſit omnino poſſibile, ideſt in omni parte inquantum eſt in potentia. Poteſt tamen ſecundum aliquas partes magis recipere paſſionem ab agentis virtute cauſatam: & ſecundum quaſdam minus: quia forte paſſiuum magis eſt diſpoſitum in vna parte q̃ in alia, ad recipiendum formam quam agens intendit inducere. Si autem aliquis dicat ꝙ magis paſſiua ſunt magis poroſa: ſicut videmus in venis metallorum ꝙ quæ ſunt rariores magis ſunt diſpoſitæ ad recipiendum formam metalli: & ſic videtur ꝙ pori ſunt cauſa paſſionis. dico ꝙ hoc nõ eſt verum ꝙ foramina non ſunt cauſa paſſionis: ſed potius diſpoſitionis materiæ: quæ a tali actiuo paſſibilis eſt & non ab alio. Secundo cum dicit.

An pori ſint cã paſſionis.

K

Alcyo. *Itaq; unumquodq; ſi natiuum, & in unum diſtentum ſit: nullam perpeßionem ſubire poterit: talia item ſunt que nec ſeipſa: nec alia tangunt: que tamen ad agendũ propenſa ſunt: & patiendum. Hoc autem dixi ad ignem alludens: qui non modo proximus: uerũ etiam remotus calfacit: ignis enim aeri: aer uero calorem corpori indit: cum ille ſuapte natura ad agendum affectus ſit, & patiendum.*

L

Antiqua. Tex.cõ.78 *Continuum igitur unumquodq. & unum ens impaßibile. Similiter autem & non appropinquantia nec ſibijpſis: neq; alijs: que facere innata ſunt & pati. Dico autem uerbi gratia non ſolum tangens calefacit ignis: ſed & ſi longe ſit: aerem quidem ignis: aer autem corpus calefacit: innatus facere & pati.*

Conditio.2. Ponit ſecũdam conditionem: & eſt ꝙ agens & patiens debent eſſe diuiſa & non continua: quia id quod eſt continuum non eſt paſſibile. Veritas autem huius propoſitionis ex hoc eſt: quia nihil patitur a ſeipſo: quia non eſt magis ratio: quare vna pars eius agat & alia patiatur q̃ alia: cum partes continui ſint ſimilis naturæ. Iſta autem agentia & patientia licet ſint diuiſa: oportet ꝙ ſint in debita propinquitate. Omnia enim agentia naturalia habent determinatam virtutem quę ſi vltra ſuæ virtutis propoſitionem elongentur a patientibus nullum effectum cauſare poterunt. Sed cum ſunt propinqua in ſe vel in alijs: tunc agens aget & patiens patietur. Dico autem appropinquare ſibijpſis quando primum agens & vltimum patiens ſunt immediata. Appropinquare vero in alijs eſt, quando inter primum agens & vltimum patiens eſt aliquid qđ agit & patitur. Agit autem in virtute primi. verbi gratia ignis non ſolum calefacit nos quando tangit: ſed etiam quando eſt lõge: calefacit enim aerem qui natus eſt calefieri ab igne. Aer autem calefactus calefacit corpus noſtrum. Deinde cum dicit.

Rõ cur agẽs & patiẽs ſint loco & ſubo diſtincta.

M

Alcyo. *Verum de tota re ſtatuentes initio exponamus: que ad ſententiam eam pertineant, qua corpus partim pati: partim non pati defenditur: ſi enim magnitudo quoquo uerſus non diuidua: ſed corpus indiuiduum: aut latitudo proponatur: non ubiq; affici poterit: nec continuum protendetur. ſin autem falſum hoc eſt: et omnino quoduis corpus diuiduũ eſt: nihil profecto intererit dicas diuiſum quidem eſſe: ſed tamen mutua iungi tactione, an diuiduum. Nam ſi per tactiones ſemoueri, disiungiq; poteſt: ut quidam aiunt: quamuis diuiſum non ſit: tamen diuiſum erit: quoniam diuiſionem ferre poteſt: cum nihil quod fieri non queat, aſſeratur.* N

Antiqua. Tex.cõ.79. *Tum quidem exiſtimare pati: tum autem non determinantes q. in principio hoc dicendũ. Siquidem enim nõ ubiq; diuiſibilis magnitudo. ſed eſt corpus indiuiſibile: aut latitudo: non utiq; erit ubiq; paßibile: ſed neq; continuum ullum. Si autem hoc mendacium. Et omne corpus diuiſibile. Nihil differt dicere diuiſum eſſe quidem tangere: aut utiq; diuiſibile eſſe ſi enim ſegregari poteſt ſecundum tactus: ut aiunt quidam: & ſi nondum eſt diuiſum. poßibile enim diuiſum eſſe. ſit enim nullum impoßibile.*

Oẽ corpꝰ diuiſibile. 1. de pͦ cœli. t. cõ. 2.

O

Probat ſam cõditionem. Probat primam conditionem dicens: ꝙ exiſtimare ſicut quidam exiſtimant ꝙ res quæ patitur: tũ, ideſt ſecundum aliquam partem patitur: & tum non, ideſt ſecundum aliquam non patitur. hic determinandum eſt & dicendum ꝙ hoc falſum eſt. Si enim concederetur ꝙ corpus & magnitudo non vbiq; eſſet diuiſibilis: ſed diuiditur in indiuiſibilia corpora: ſicut dixit Demo. vel in indiuiſibiles ſuperficies: ſicut dixit Plato: tunc verum eſſet ꝙ corpus non vbiq;, ideſt in omni parte ſua eſſet paſſibile. Sic etiã eſſet verum quod nihil eſſet continuum licet contineretur ad indiuiſibile: non tamẽ componitur ex indiuiſibilibus. Si autem eſt mendacium hoc quod dicunt. Immo quia mendacium eſt: quia omne corpus eſt diuiſibile: nihil differt dicere ꝙ diuidatur: vel ꝙ ſit diuiſibile: vel ꝙ tangatur vel ꝙ ſit tangibile. Licet enim in poros diuidatur ſecundum Demo tamen etiam eſt diuiſibile in partibus quæ poris interponuntur: quia iſtę non ſunt indiuiſibiles: quæ tamen partes ponebantur indiuiſibiles ab eis: & ſimiliter eſt tangibile in illis. Et ita ſecundum totum eſt tangibile & diuiſibile & paſſibile. Si enim poteſt ſegregare ſecundum tactus, ideſt ſecundum ſuperficies in quibus eſt tactus: vt dicunt quidam Platonici. Et ſi nondum eſt diuiſum: eſt tamen diuiſibile. Poſito ergo in eſſe poſſibili non accidit impoſſibile. Similiter etiam ſi diuiſibile ſit in partes: poſita diuiſione in actu non ſequitur impoſſibile. Secũdum ergo totum, & quamlibet ſui partem, eſt diuiſibile & paſſibile. Deinde cum dicit.

P

Alcyo. Q *Omnino inſulſum eſt iudicare actionem, aut perpeßionem effici: quia corpora ſcinduntur. ita enim alteratio omnis tollitur. Videmus etiam unum: idemq; perpetuũ corpus modo humore diffluere: modo ſtrictũ ſe colligere: idq; non diuiſione: et coagmentatione: aut poſitione, et ordine: ut Democritus monimentis teſtatus eſt ſuis. nam res que ex humore cogitur: nec trãſpoſita: nec per naturam mutata eſt: nec que callo & gelu magnopere compacta ſunt: indiuidua tumore conſiſtunt ſuo: ſed eodem plane modo totus humor talis eſt: quanquam aliquando dureſcat: & geletur.*

Antiqua. *Vniuerſaliter autem generari hoc modo ſcißis corporibus eſt inconueniens. Deſtruit enim hic ſermo alterationem. Videmus enim idem corpus continuum ens: quandoq;*

quidem

A Tex.cõ.80. *quidem humidum: quando autem coagulatum: non autem diuiſione & cõpoſitione hoc patiens. Neq; conuerſione & ordine: ſicut ait Demo. neq; enim tranſductũ neq; tranſpoſitum ſecundum materiam: neq; tranſmiſſum coagulatum ex humido generatum eſt. Neq; autem nũc inſunt dura & coagulata indiuiſibilia tumoribus: ſed ſimiliter omne nunc humidum: quandoq; autem durum & coagulatum eſt.*

Oſtendit quod prædicta opinio non eſt ſufficiens ad actionem & paſſionem & circa hoc duo facit. primo oſtendit quod non eſt ſufficiens ad alterationem: immo deſtruit ipſam. ſecundo quod nec ſufficiens ad augumentum. ibi. {Amplius autem.} Dicit ergo primo: quod vniuerſaliter paſſio hoc modo fiat in rebus; quo quidam dicunt quod generatio fit ſciſſis ſiue ſeparatis corporibus per poros eſt inconueniens. Deſtruit enim hic modus alterationem: in qua tamen ſaluatur paſſio & actio. (Teſtimoniũ ſenſuum. B) Videmus enim quod idem corpus continuum manens, quandoq; quidem eſt humidum & liquidum, & quandoq; coagulatum: ſicut glaties & aqua fluida: & tamen talis alteratio fit ſine diuiſione ipſius corporis continui: & ſine aliqua alia cõpoſitione: et ſine conuerſione ſuarum partiũ: & abſq; tactu diuerſo in ordine componẽtium partium: ſicut dicit Democri. (Glaties eſt aqua ſʒ ſubas ſed alterata.) Cum enim enim aliquod humidum coagulatur non tranſcluditur extra naturam ſuam: ita quod mutet ſubſtantiam: nec trãſponuntur partes mutãdo ordinem vel ſitum: neq; tranſmittitur per liquefactionem: neq; etiam nunc quãdo ſcilicet humidum coagulatur: oportet quod in aqua corpora indiuiſibilia tumoribus, id eſt ſecundum quantitatem ſubintrẽt ad cauſandam coagulationem: (C) ſed ipſum humidum quod coagulatur: & e cõuerſo: ſemper ſimiliter ſe habet quantum ad hoc, quod neq; componuntur partes neq; adduntur vel diuidũtur, neq; mutant ordinẽ vel ſitum. Patet ergo quod prædicta opinio deſtruit alterationem. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Præterea iidem auctores rationem auctionis, & diminutionis conuellunt. nam queuis pars maior non efficitur: ſi talis adiectio probetur: & totum non cõmũtetur uel noua rei admiſtione: ut dimenti, uel mutatione: quam res per ſe patiatur: ut cum aqua in aerem tranſit. Hæc ita de mutua ratione, qua aliquid tum gignat, & agat: tum gignatur, & patiatur: & de modo, quo illud fiat: & quo fieri nõ queat: ut nonnulli aiunt, quæ probata, & explicata proponeremus, habuimus.* D

Antiqua. Tex.cõ.81. *Amplius autem neq; augumentationem poſſibile eſſe & diminutionem. Non enim quodcunq; erit factum maius ſiquidem ſed erit appoſitio & non eſſe tranſmutans mixto: aut aliquo aut ſecundum ſe tranſmutante. Quid igitur eſt generare & facere: & generari & pati adinuicem: & quomodo contingit: & quomodo inquiunt quidam: non cõtingit autem determinatum ſit hoc modo.*

Oſtendit & quod deſtruit augumentum. In augumentatione enim oportet quod augeatur quælibet pars eius quod augetur (vt ſupra dictum eſt.) (Tex.cõ.32.) Sed ſi augumentum fiat per additionem atomorum: vt ipſi dicunt: non erit augumentatio: ſed quædam appoſitio corporis ad corpus: non ex hoc quod quælibet pars iſtius compoſiti augumentatur. Item in augumẽtatione oportet quod augumentans ſiue adueniens augumentato tranſmutetur in naturam eius. (E) Et quod ipſum totum quod augetur, tranſmutetur ab eo quod ſibi aduenit de minori quantitate in maiorem quantitatem. Sed per additionem corporum atomorum ipſum totum non erit tranſmutans, id eſt non tranſmutabitur alio mixto, id eſt aliquo corpore indiuiſibili ſibi addito, non tranſmutante ipſum de minori quantitate in maiorem. Et ipſum totum non erit ſecundum ſe tranſmutans, id eſt non tranſmutabit corpora indiuiſibilia quæ ſibi adueniunt & remanent incorrupta. Vnde ſignanter dixit alio mixto: quia talia corpora non miſcentur adinuicem. ſicut grana frumenti in modio. Vltimo epilogat. & patet in litera.

Alcyo. F *Reſtat, ut ſimili ratione: & uia de admiſtione diſputatio inſtituatur: hoc enim tertium tenebat locum inter ea, quæ exponi oportere iam ante proponebamus. Atq; conſiderandũ eſt, quid admiſtio, & commiſtile ſit: & quibus in rebus & quomodo fieri ſoleat. item ſit ne admiſtio: an falſum ſit, eam eſſe credere.*

Antiqua. Tex.cõ.82. *Reliquum autem uidendum de mixtione ſecundum eundem modum methodi. Hoc enim erat tertium propoſitorum a principio. Scrutandum autem eſt quid mixtio: & quid miſcibile: & quibus exiſtit entium: & quomodo. Amplius autem utrum ne eſt mixtio: an hoc mendacium.*

Lectio. XXIIII.

POSTQVAM Philoſophus determinauit de tactu & de facere & pati quæ ſunt neceſſaria ad generationem. (Sermo de mixtione. G) Hic determinat de mixtione quæ fuit tertium eorum de quibus ſupra promiſerat ſe dicturum. Eſt enim etiam mixtio neceſſaria ad generationem eorum quæ ex elementis generantur. Quando enim fit generatio ſimplicis elementi: tunc nulla fit mixtio. Circa hoc ergo duo facit: primo manifeſtat intentionem ſuam. ſecundo proſequitur intentum. ibi. {Impoſſibile eſt enim alterum.} Dicit ergo primo quod poſt prædicta reſtat nos videre de mixtione ſecundum eundem modum methodi: & ideo quia mixtio, hoc erat tertiũ eorum quæ ponit tractãda. Quid autem intendat per hoc quod dixit ſecundum eundẽ modum methodi. declarat cum ſubdit: quod perſcrutandum eſt quid eſt mixtio: & quid miſcibile: & quibus exiſtit entium, id eſt quæ contingit miſceri: & videndum quomodo fiat: & ſi ſit mixtio, vel vtrum ſit mendacium mixtionem fieri: quia hoc modo ſupra quæſiuit de alijs. Deinde cum dicit.

H Alcyo. *Quia fieri non poteſt, ut alterum alteri admiſceatur: quemadmodum nonnulli aiunt: quod cum permiſta, integra adhuc: alterataq; non ſit: nihil magis nunc miſtum eſſe cenſeant, quam antea: immo uero ſimili ſe habere modo. At ne ſi alterum quidem perierit, admiſtionem factam aſſerũt: immo unum eſſe, alterum non eſſe inquiunt: permiſtionem autem eorum eſſe: quæ ſimiliter ſe habeant: eodemq; modo dicendum ſit uel ſi ex duobus quæ una coeunt: utrunq; eorum, quæ permiſcentur, in interitum trahatur: nam quæ nulla omnino ſunt in admiſtionem non recipiuntur.*

Antiqua. *Impoſſibile eſt enim alterum altero miſceri: quemadmodum dicunt quidam entibus quidem adhuc mixtis & non alteratis: non magis nunc mixta eſſe q̃ prius inquiunt. Sed cũ*

I *ſimiliter ſe habere. Altero autem corrupto non mixta eſſe:*
ſed hoc quidem eſſe : hoc autem non eſſe : mixtionem autem
ſimiliter habentium eſſe. Eodem modo & ſi ambobus conue
nientibus corruptum eſt alterutrum mixtorum. Non enim
eſſe mixta nullatenus entia.

Proſequitur intentum. & circa hoc duo facit. pri-
mo pertractat vltimam quæſtionē ſcilicet an mixtio
ſit. Secundo penultimam quæſtionem ſcilicet quomo
Tex.cō.85. do mixtio fiat. ibi. {Continuam autem his.} Alias au-
tem quæſtiones non proſequitur : quia ex cognitione
iſtarum reliquæ innoteſcunt. Circa primum duo fa-
cit. primo ponit rationes oſtendentes mixtionem nō
Tex.cō.83. eſſe. ſecundo ſoluit eas. ibi. {Hic quidem videtur ſer-
An mixtio ſit mo. Dicit ergo primo ꝙ ſunt quidam dicentes nō eſſe
K poſſibile mixtionem fieri & ad hoc probandum vte-
bantur tali ratione. Quando mixtibilia veniunt ad
mixtionem aut manēt ; ſicut prius in forma & ſpecie:
aut non manent ſed corrumpuntur ambo vel alterū:
ſi ambo manent in forma & ſpecie: ſicut prius: & non
alterantur: tunc non ſunt magis mixta q̄ prius: ſed cō-
ſequenter ſe habent. Si autem alterum corrumpatur
nec etiam tunc erit mixtio: ſed corruptio vnius & cō-
ſeruatio alterius nō corrupti. ſi autem ambo inuicem
corrumpuntur: tunc etiam non erit mixtio : quia non
poſſunt eſſe mixta quæ nullo modo ſunt entia. Dein-
de cum dicit.

Alcyo. *Et certe talis oratio: quæ diſceptationem continet utrū*
admiſtio rerum incolumium: an labefactarum ſit: rationem
L *præfiniendi exquirere uidetur: quo admiſtio a generatione,*
& interitu differt: & res ipſa cōmiſtilis a genita, & diſſipa
bili: quæ oīno differre debet, ſiquidē eſt. Ex perſpicua igitur
horū præceptione quæ ambigue propoſita ſunt, facile ex-
plicari poterunt: etenim ligna cum igni non commiſcentur.
nec quotieſcunq; ardent : nec illa copioſiora in flamma in-
ter ſe cōmiſcentur : quemadmodū nec igni intermiſcentur:
ſed ignē potius oriri dicimus : & ligna cōſici, atq; conſumi.

Antiqua. *Hic quidē uidetur ſermo quærere quid differt actu mix-*
Tex.cō.83. *tio a generatione & corruptione: & quid miſcibile a gene*
rabili & corruptibili. Manifeſtum enim ꝙ oportet differre
ſi eſt mixtio. Quapropter his entibus manifeſtis quæſita
M *ſoluētur utiq;. At uero neq; materiam igni miſceri dicimus:*
neq; miſceri cum exardent. Neq; ipſam ipſis particulis neq;
igni : ſed ignem quidem generari: hanc autem corrumpi.

Determinat propoſitam quæſtionem ; & quia ra-
tio negantium mixtionem eſſe : quærit differentias
mixtionis & generationis & miſcibilis & generabi-
lis. Ideo Philoſophus primo oſtendit differentiam
eorum adinuicem & mixtionis ad alios modus: ſecū-
Tex.cō.84. do ſoluit ſecundum propriam opinionem. ibi. {Quo-
niam autem ſunt hęc quidem potentia.} Circa primū
duo facit. primo ponit differentiam mixtionis & ge-
nerationis. ſecundo mixtionis ad augumentum & al-
terationem. ibi. {Secūdum autem modum eundem.}
Dicit ergo primo, ꝙ ſermo eorum qui negant mix-
tionem fieri videtur quęrere differentiam mixtionis
& generationis. Quęrit etiam in quo differt miſcibile
a generabili & corruptibili. Manifeſtum enim eſt, ꝙ
ſi eſt mixtio, oportet eā differre ab alteratione & au-
gumēto & generatione quæ ſunt mutationes ad for-
mam: & quando iſta differentia erit manifeſta tunc N
ſoluetur quæſtio. Ponit ergo differentiam mixtionis
& generationis cū dicit. At vero neq; materia dicens
ꝙ materia non dicitur miſceri generabili: ſed potius
effici actu per formam: nihil enim aliud ad genera-
tionem requiritur ſecundum Ariſto. in quinto meta. Tex.cō.15.
niſi agens reducens materiam præexiſtentem in potē
tia ad actum. Vnde in octauo metaphy. dicit ꝙ non Tex.cō.15.
eſt alia cauſa quare partes diffinitionis ſunt vere vnū:
niſi agens quod reduxit ad actum quod prius erat in
potentia. materia enim in qua generatur ignis : non
dicitur miſceri igni, nec etiam formæ ipſius. Similiter
non dicimus ignem miſceri lignis cum ardet ea : nec
etiam dicimus ꝙ materia ignis miſceatur particulis
ignis: neq; ipſi igni : ſicut dicimus ꝙ vnum miſcibile O
miſcetur particulis alterius miſcibilis, & ipſi miſcibili.
Sed dicimus materiam ignis ſicut ligna vel aliud cor-
rumpi: ignem autē generari. Ex quo manifeſte poteſt
concludi, ꝙ mixtio nō eſt generatio neq; corruptio.
Deinde cum dicit.

Illud etiam pariter teſtatum uolumus alimoniam cum Alcyo.
corpore per admiſtionem haud coaleſcere : nec figuratio-
nem cum ceræ commiſtam corpus figurare nec candorem
talem eſſe: cum in corpus inducitur & allinitur. Deniq; nec
affectiones, nec habitus ulla ratione rebus cōmiſceri ; quo-
niam integri obſeruantur, & incolumes. Candor item, & di
ſciplina: & quæ ſemoueri non queunt : ſunt ab ipſa permi-
ſtione aliena. Sed qui omnia aliquando ſimul concreta com-
miſtaq; fuiſſe defendunt, ne hoc quidem recte ſcribunt : nec P
enim quodcunq; cum quocūq; commiſceri poteſt: ſed utrū-
que cōmiſtum diſcluſum : nullaq; iunctione teneri oportet;
inter affectiones porro nulla omnino diſtrahitur.

Secundum autem modum eundem neq; corpori cibum: Antiqua.
neq; figuram ceræ mixtam: neq; figuræ tumorem: neq; cor
pus & album. Neq; totaliter paſſiones & habitus poſ-
ſe eſſe mixta rebus. Saluata enim uidentur : ſed tamen ne-
que album & diſciplinam contingit miſceri: neq; aliud non
ſeparabilium aliquod. Sed de hoc dicunt quidam non bene
qui omnia quandoq; ſimul eſſe dicunt & mixta eſſe. Non Non oē oī eē
enim omne omni miſcibile : ſed oportet exiſtere ſeparabile miſcibile.
utrunq; mixtorum. Paſſionum autem nulla ſeparabilis.

Ponit differentiam mixtionis ad alios motus. & pri Dīa mixtio-
mo ad augumentum dicens ꝙ ſecūdum eundum mo nis ab aliis
dum nō dicimus cibū miſceri corpori cibato: quia ci- motibus.
bus tranſit in dominans corpus: quod manet ſecūdum Q
formam. Sed neutrū miſcibilium ita manet: ſicut cor-
pus cibatum ſcilicet indiuiſum & ſpecie nullo modo
alteratum : ſic patet ꝙ mixtio differt ab augumento.
Differt etiam ab alteratione ; ſicut primo patet in ar-
tibus: non enim dicimus figuram miſceri cerę, nec fi-
guram miſceri quantitati ſiue tumori : quia vtrunq;
manet indiuiſum a ſpecie nullo modo alteratū. Idem
oſtendit in alterationibus naturalibus. non enim dici-
mus ꝙ albedo miſceatur corpori quando corpus fit
album: & vniuerſaliter nulla paſſio & nullus habitus
miſcetur aliis rebus: ſed ſunt in eis ſicut in ſubiecto. Et
ratio huius eſt; quia ambo ſcilicet tam accidēs q̄ ſubie
ctum videtur eſſe ſaluata & non alterata: ſimiliter nul
lum accidens miſcetur alij accidenti. Et vniuerſaliter
nullum quod non cōtingit ſeparari, & per ſe exiſtere
poteſt

A poteſt miſceri: quia omnia miſcibilia primo ſunt ſeparata: & poſt mixtionem ſeparari poſſint. Et propter

Anaxa. & ſequaces. hoc non bene dixerunt aliquãdo omnia fuiſſe ſimul: ſicut dicitur in primo phyſicorum. Non enim omne

T.cõ.32.& 33. cuilibet miſcetur. Sed oportet miſcibilia eſſe talia: quorum vtrunq; poſſit ſeparari: paſſio autem nulla eſt ſeparabilis: & ideo nec miſcibilis. Deinde cũ dicit.

Alcyo. *Et quoniam eorũ, quæ ſunt alia poteſtate, alia actu nitũtur: uſu uenit quæ in miſtionem recipiuntur: quodammodo eſſe, & non eſſe. Actu cum id, quod ex illis ipſis conflatum eſt, diuerſum agnoſcitur: poteſtate, cum aliquid ſit utriuſq; eorum: quæ ante miſtionem fuerunt, nec labefactata ſunt: hoc enim ex ſuperioribus uerbis in cõtrouerſiam ueniebat:*

B *cum tamen quæ commiſcentur ex ante diſiunctis: atq; eiuſmodi: ut rurſus diſiungi poſſint, uideantur coire. Nec uero actu remanent: ut corpus, & candor: nec alterũ: aut utrũq; deletur: quia eorum ipſorum facultas ſalua præſtatur: ideo has controuerſias miſſas faciamus*

Antiqua. Tex.cõ.84. *Quoniam autem ſunt hæc quidem potentia: hæc autem actu entiũ contingit mixta eſſe aliqualiter & non eſſe. Actu quidem ente aliquo generato ex ipſis: potẽtia autem adhuc utroq; quæ erãt antequam miſcerentur & non partita. Hic autem ſermo quæſiuit prius. Videntur enim quæ miſcentur prius ex ſeparatis conuenientia & poſſibilia ſeparari rurſus: neq; manent igitur actu ut corpus & album: neq; corrumpuntur. neq; alterum: neq; ambo. ſaluatur enim uirtus*

C *eorum. Ideo hæc quidem derelinquantur.*

Q̃ño miſcibilia ſunt in mixto poſt mixtionem. Soluit prædictam quæſtionem dicens: ꝙ entium quædam ſunt entia in potentia & quędam in actu. Vnde mixta poſtquam mixta ſunt contingit aliqualiter eſſe & aliqualiter non eſſe in mixto. Sunt enim ibi in potentia ſaluata tamen virtute eorum: ſed nõ ſunt ibi actu. Ipſum enim generatum eſt aliud ab ipſis miſcibilibus ſiue mixtis: & eſt in potentia ipſa miſcibilia: quæ ante mixtionem ſunt ſeparata. ita contingit poſt mixtionem ſeparari: licet in mixto non ſint abinuicẽ diuiſa: & hoc eſt quod ſermo habitus ſiue ratio negantium mixtionem quæſiuit ſcilicet quomodo elementa manerent in mixto. videmus enim ꝙ ea quæ miſcentur cõueniunt ex prius ſeparatis: & poſtquam conueniunt rurſus ſeparabuntur: quia leuia aliquãdo

Elña ſunt in mixto pręter naturam. aſcendent & grauia deſcendent. Cum enim elementa quæ ſunt in mixto ſint ibi præter naturam: quia ſunt extra propriam regionem: vt dicitur ſecundo de cœ-

D lo: ꝙ autem eſt præter naturam non poteſt eſſe ſempiternum: neceſſe eſt ipſa ſeparari. non ergo manent elementa in mixto actu ſine aliqua alteratione: ſicut corpus album: nec ambo nec alterum corrumpuntur omnino: ſicut in generatione & corruptione: ſaluatur enim virtus eorum. Ad euidentiam autem huius

Digreſsio pulcherrima quæſtionis duo ſunt conſideranda: ſuper quę iſta quęſtio eſt fundata. primum eſt qualiter elementa veniãt ad mixtionem. ſecundum eſt: quomodo elemẽta ſunt

Q̃d eſſnt ve niãt ad mixtionem nãlr. in mixto. Circa primum ſciendum eſt, ꝙ ſecundum dicta Philoſophorum. primum mouens elementa ad mixtionem eſt immiſcibile: & hoc eſt ipſum cœlum ſiue aſtra lata in ipſo: quod eſt diuerſum a natura quatuor elementorum: vt probatum eſt in primo de cœ-

T.c.12.17. lo & mundo. Nam ſicut oſtendit Philoſophus in pri-

T.c. primi mo methaurorum. iſte mundus quatuor elementorũ eſt de neceſſitate continuus, ideſt contiguus ſuperio- E

ribus motibus, vt omnis ipſius virtus gubernetur inde: quia illud oportet putare primam cauſam quod omnibus eſt principium motus. tale autem eſt ipſum Pria cã cœlũ

cœlum: & ideo ibidem ſubdit, ꝙ cauſa eorum quę accidunt circa ignem, terram, & alia elementa, eſt virtus eorum quæ ſemper mouentur. Vnde in eodem dicit ꝙ ſphera ignis mouetur circulariter: & etiam ſphera aeris: licet non tota: per raptum firmamenti. Habent Sphærę cœli hñt ſpãles effectus.

etiam alię ſtellę ſpecialem effectum in aliquibus elementis: ſicut ſphera ſolis in qua eſt effectus caloris eſt Sphera ſol mouet ignẽ

nata mouere ignem: & ſphera lunę eſt nata mouere aquam ſicut ad ſenſum patet: alię autem ſphærę videlicet planetarum natæ ſunt mouere aerẽ: & ideo aer lune, aquam aliç.5. aerẽ.

tot diuerſis motibus mouetur. Eſt enim in aere frigus congelatiuum ex ſphera ſaturni. & æſtus ex ſphera F

martis. & temperies in calido ex ſphera Iouis. & temperies in frigido ex ſphera veneris. commiſcibilitas & paſſibilitas facilis ex ſphera mercurij. Sphera autẽ Sphera ſtellarũ fixarũ mouet terram.

ſtellarum fixarum quæ eſt ſecunda, in qua ſunt multæ imagines & figuræ mouet terram. vnde & in ipſa figurãtur imagines multæ in generatis. Licet ergo elementa leuia non deſcendant ex ſe nec grauia aſcendãt ex ſe: tamen ex motoribus vniuerſalibus ordinantibus motum aliquando deſcendunt leuia: & aſcendunt grauia. Huiuſmodi autem conueniens exemplum eſt in qualitatibus actiuis & paſſiuis corporis animati. Non enim in animali ſemper mouetur calidum ſecũdum naturam ignis: nec agit actum ignis omnino: ſed G

potius mouetur in id ad quod dirigitur ab anima: & agit ad terminum & finem intentum ab ea: ſicut Philoſophus dicit contra Empedo. in ſecundo de anima. Tex.cõ.37.

Cum autem motus cœli: & opus naturæ ſit opus intelligentiæ: vt dicit Philoſophus: non ſemper ſequuntur elementa proprium impetum ſui motus: ſed aliquando mouebuntur in id ad quod per voluntatem intelligentiæ dirigentur: ſiue per virtutem ſtellarum: ſi de propinquo ſiue inſtrumẽtali motore loquamur. Hoc autem manifeſtum eſt per exemplum de vapore terreſtri eleuato a terra: ſicut dicitur in primo metaphy. qui per virtutem ſolis aſcendit ad calidam re- Cap.4.

gionem aeris. Et de vapore humido & aquoſo ſimiliter aſcendente. vnde cum in aere ſint quædam partes ignitę & aereę & aqueę & terreę mouentur a ſe inuicem aſcendendo & deſcendendo. Quod autem ignis Q̃d ignis ſit in aere.

ſit in aere. patet per Philoſophum in primo metaphy. Dicit enim ꝙ ambitus ignis per aerẽ frequenter ſpargitur motu, ideſt per virtutem cœleſtis motus: & fer- H

tur violẽtia deorſum: & ideo ſunt aliquæ partes ignis & in rore & in vaporibus pluuialibus deſcendentibus: quas vapores accipiũt in regione aeris calefacta: & ideo aquæ pluuiales ſunt vaporoſæ & calidæ. Et Niue deſcendẽte ceſſat intẽſio frigoris

hæc etiam eſt cauſa ꝙ niue deſcendente non eſt tanta intenſio frigoris: ſicut in alijs hyemalibus temporibus. Sic ergo cum pluuia & rore & alijs huiuſmodi deſcendunt partes ignitæ ad locum mixtionis. Ex his patet ꝙ ad mixtionem nõ mouet violentia: ſed natura: & ideo mixtio non eſt violenta ſed naturalis. Circa Q̃ño elña ſint in mixto Aui. qui ponit Auer. 3. cœli.cõ.67.

ſecundum autem diuerſi diuerſimode opinãtur. Sunt enim quidam dicentes ꝙ qualitatibus actiuis & paſſiuis ad mediũ redactis aliqualiter ꝑ alterationẽ formę generales elementorum manent in mixto: quia ſi non manerent corruptio quædam erit in mixto. Rurſus

I

Elm̄tū quid. Tex.cõ.4. Impugnatio huius opi.

etiam quia aliter ſimplicia corpora, elemetorum rationem amitterent. Elementum enim eſt ex quo componitur aliquid & eſt in eo: vt dicitur. 5 metaph. Sed iſta opinio eſt impoſſibilis Impoſſibile enim materiã, ſecundum idem: diuerſas formas elementorum ſuſcipere. Si igitur in corpore mixto formæ ſubſtantiales elementorum ſaluarẽtur: oportebit diuerſis partibus materię eas ineſſe: materia autem diuerſas partes accipere eſt impoſſibile: niſi præintellecta quantitate in materia. ſublata enim quantitate materia indiuiſibilis permanet: ſicut patet in primo phyſi Ex materia autẽ ſub quantitate exiſtente, & forma ſubſtantiali adueniente, corpus phyſicum conſtituitur. Diuerſæ igitur partes materiæ formis elementorum ſubſiſtentes plurium corporum rationem ſuſcipiunt. Multa autẽ corpora impoſſibile eſt eſſe ſimul. Nõ igitur in qualibet

K

parte corporis mixti erunt quatuor elementa: & ſimiliter non erit vera mixtio: ſed ad ſenſum ſicut accidit in congregatione corporum inſenſibilium propter paruitatem. Præterea quælibet forma ſubſtantialis propriam diſpoſitionem acquirit in materia: ſine qua eſſe non poteſt. vnde altera eſt via ad alterationem: altera ad corruptionem. Impoſſibile autem eſt eandẽ eſſe diſpoſitionem quam requirit forma ignis: & quã requirit forma aeris vel aquæ: ſed ſunt contrariæ: contraria autem eſſe non poſſunt in eodem ſubiecto. Impoſſibile eſt igitur quod in eadẽ parte mixti ſint formæ ſubſtantiales ignis & aquæ. Si igitur mixtio fiat remanẽtibus formis ſimplicium corporum. ſequitur quod non ſit mixtio: ſed ſolum ad ſenſum. q. iuxta ſe poſitis partibus inſenſibilibus propter paruitatem.

L

Alia opinio Auer. 3. celi cõmen. 67.

Quidam vtriuſq; rationes vitare volentes in maius inconuenientis inciderunt: vt enim mixtionem ab elementorum corruptione diſtinguerent: dixerunt formas ſubſtãtiales elementorum aliqualiter remanere in mixto. Sed rurſus ne cogerentur mixtionem ad ſenſum: & non ſecundum veritatem ponere: poſuerunt quod formæ elementorum non manent in mixto ſecundum ſuum complementum: ſed in quoddam medium reducunt. Dicunt enim quod formæ elementorum ſuſcipiunt magis & minus & habent contrarietatem adinuicem: & quia hæc manifeſte repugnant cõmuni opinioni & dictis Ariſtotelis dicentis in prædicamentis, quod ſubſtantiæ nihil eſt contrarium: & quod non recipit magis & minus. Vlterius procedũt dicentes quod formę elemẽtorum ſunt imperfectiſſimę: vtpote materiæ primę propinquiores. vnde ſunt mediæ inter formas ſubſtantiales & accidẽtales. Et ſic inquantum accedunt ad naturam formarum accidentalium magis & minus ſuſcipere poſſunt. Hæc autem poſitio multipliciter improbabilis eſt. primo quia eſſe aliquid medium inter ſubſtantiam & accidens eſt omnino impoſſibile: eſſet enim aliquid medium inter affirmationem & negationem. proprium enim accidentis eſt in ſubiecto eſſe: ſubſtantiæ vero in ſubiecto non eſſe. formæ autem ſubſtantiales ſunt quidẽ in materia ſed non in ſubiecto. Nam ſubiectum eſt hoc aliquid: forma autem ſubſtantialis eſt quæ facit hoc aliquid: non autem præſupponit ipſum. Item ridiculum eſt dicere medium eſſe inter ea quæ non ſunt vnius generis: vt probatur in. 10. meta. medium enim & extrema ex eodem genere eſſe oportet: nihil ergo medium eſſe poteſt inter ſubſtantiã & accidens. Vnde impoſſibile eſt formas elementorum ſuſcipere magis & minus. Omnis enim forma recipiens magis & minus eſt diuiſibilis per accidens: inquantum ſcilicet ſubiectum poteſt eam participare vel magis vel minus. Secundum autem id quod eſt diuiſibile vel per accidẽs vel per ſe, contigit eſſe motũ continuum. Vt patet in. 6. phyſi. ſi igitur formæ ſubſtantiales elementorum ſuſcipiunt magis & minus: tam generatio q̃ corruptio erit motus continuus: quod eſt impoſſibile. Nam motus continuus non eſt niſi in tribus generibus ſcilicet in quantitate, qualitate, & vbi. Oportet igitur alium modum inuenire: quo & veritas mixtionis ſaluetur: & tamen elementa non totaliter corrumpantur: ſed aliqualiter in mixto remaneant. Conſiderandum eſt igitur quod qualitates actiuæ & paſſiuæ elementorum contrariæ ſunt adinuicẽ: & magis & minus recipiunt. Ex contrariis autem qualitatibus quæ ſuſcipiunt magis & minus conſtitui poteſt media qualitas quæ ſapit vtriuſq; extremi naturam: ſicut palidum inter album & nigrum: ſic igitur remiſſis excellentiis elemẽtorum qualitatum cõſtituitur ex eis quædam qualitas media, quæ eſt propria qualitas corporis mixti: differens tamen in diuerſis ſecundum diuerſam mixtionis proportionem: & hæc quidem qualitas eſt propria diſpoſitio ad formam corporis mixti: ſicut qualitas ſimplex ad formam corporis ſimplicis. Sicut igitur extrema inueniuntur in medio quod participat naturam vtriuſq;, ſic qualitates ſimplicium corporum inueniuntur in qualitate corporis mixti. Qualitas autẽ ſimplicis corporis eſt quid aliud a forma ſubſtantiali ipſius: agit tamen virtute formę ſubſtãtialis: alioquin calor calefaceret tãtum: non autem forma ſubſtãtialis educeretur in actum, cum nihil agat ſupra ſuã ſpeciem. Sunt igitur virtutes formarum ſubſtantialium ſimplicium corporum in corporibus mixtis: nõ actu ſed virtute. Et hoc eſt quod dicit Philoſophus. nõ manent igitur elementa ſcilicet in mixto, actu, vt corpus album: nec corrumpuntur nec alterum nec ambo: ſaluatur enim virtus eorum.

Caſ. de ſuba

M

H

Impugnatio huius opi.

Tex.cõ.22

N

Opi propria

O

P

Alcyo.

Et annexam diuidamus quæſtionem: utrum permiſtio commodum facta ſit: cum res que in miſtionem ueniunt: ita minutatim ſecentur: & inter ſe collocentur: ut nulla earũ ſub ſenſum cadat, an ſenſus fide hec decernenda non ſint: ſed tum miſtionem factam aſſerere oporteat: cum ſingulæ rerum permiſtarum partes iuxta ſingulas partes ponantur. Illo quidẽ modo res perinde cõficitur: ut ordeũ tritico miſcetur: cũ quiuis granũ cuius grano proximum adheret.

Q

Antiqua. Tex.cõ.81.

Continuam autem his quæſtionem dicendum utrum ne mixtio ad ſenſum eſt: ut quando ita in parua diuiduntur que miſcentur & ponuntur adinuicem hoc modo: ut non manifeſtum ſit ſenſui unumquodq;: tunc mixta ſunt. Aut non ſunt. Sed eſt ut quecunq; ſecus quancunq; ſit particulam mixtorum: dicitur enim ſic illo modo. uerbi gratia ordeum mixtum frumento: quando quodcunque ſecus quodcunque ponetur.

Lectio. XXV.

POSTQVAM Philoſophus determinauit mixtionem eſſe: hic determinat quomodo fiat mixtio. Et circa hoc duo facit. primo ponit opiniones aliorum de modo mixtionis. ſecundo ponit opinionem propriam. ibi. {Sunt itaq; vt diximus.} Circa primũ duo facit. primo ponit opiniones aliorum. ſecundo Tex.cõ.87.

reprobat

A reprobat eas. ibi. {Si autem eſt omne corpus.} Circa primum ſciendum eſt, q de modo mixtionis duplex fuit opinio. Vna fuit q tunc ſolum mixtio fiat quãdo miſcibilia diuiduntur in tam minima ſecundum quantitatem, q ſenſus ea percipere non poteſt: & quando illa minima fuerint ſecus inuicem poſita non alterata: tunc dicunt fieri mixtionem: & hanc opinionẽ primo ponit Philoſophus. Secundam opinionem ponit. ibi. {Aut non ſunt.} Quæ fuit talis. Quod cum miſcibilia ſunt diuiſa: non ita ut fiat diuiſio in minima ſecundum ſenſum: ſed fiat in minima ſecundum materiam ſcilicet q non ſit accipere minus quod ſeruet materiam & operationem miſcibilis. Conueniunt enim ambæ iſtæ opiniones: quod dicunt mixtionem eſſe ſecundũ minima. Sed differunt: quia prima ponit minima quo

Expõ literæ. ad ſenſum ſecunda minima ſecundum materiam. Di-

B cit ergo Philoſophus quod dicendum eſt & determinandum continuam quæſtionem ſcilicet ſi ita ſit ut dicit prima opinio: vel ſicut dicit ſecunda quæ dicit ſcilicet quod diuiſo corpore in minima ſimpliciter: quælibet pars eius eſt ſecus quancunq; partem alterius. Dicitur enim ſic a quibuſdam. verbi gratia ſicut ſi diceremus ordeum mixtum cum frumẽto: licet enim illa diſcernantur: tamen ſunt minima ſui generis. Et ad ſimilitudinem iſtorum dicunt fieri mixtionem elementorum: quando in minima ſimpliciter diuiſo elemento quælibet pars vnius eſt iuxta partẽ alterius. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Quod ſi corpus quodcunq; diuiduum ſit, & corpus: quod corpori admiſceri poßit: ſimilarem habeat naturam: quamuis partem iuxta quamuis partem collocatam eſſe oportebit. Sed cum minutatim ſecari non queant: cumque*

C *admiſtionis, & coagmentationis non eadem: ſed omnino diuerſa ſit natura: conſtat aſſerendum non eſſe: quæ commiſcẽtur partes minutas ſeruantia coire: quando quidem coagmẽtatio, non temperatio: aut permiſtio eſſet: nec pars cum toto eadem conueniet ratione. Nam id, quod in admiſtionem recipitur: ſimilare eſſe oportere cenſemus, modo in admiſtionem quæratur, ut in aqua intelligitur: cuius ſyncere partem, aquam dicimus: & permiſtæ partem permiſtam, & confuſam. Verum ſi permiſtio eſſet per minima coagmentatio, nihil horũ eueniret: ſed duntaxat ſenſu admiſta eſſent.*

Antiqua. *Si autem eſt omne corpus diuiſibile: ſi eſt corpus corpo-*

Tex.cõ.86. *ri miſcibile omiomeros. Quancunq; uti oportebit partem fieri ſecus quancunq;. Quoniam autem non eſt in minima*

D *diuiſio. Neq; compoſitio idem & mixtio ſed aliud: manifeſtum q neq; ſecundum parua ſaluata oportet quæ miſcentur dicere mixta eſſe. Compoſitio enim erit & non praxis: neq; mixtio. Neq; habebit eandem rationem cum toto pars. Dicimus autem oportere ſi mixtum eſt aliquid: mixtum omiomerum eſſe. Vt quemadmodum aquæ pars aqua: ita & temperati. Si autem ſecundum parua cõpoſitio eſſet mixtio: & nihil cõtingeret horũ: ſed ſolũ quidem mixta ad ſenſum.*

Deſtruit prædictas opiniones: & primo per rationem communem ambabus. Secundo per rationem propriam. ibi. {Et idem huic.} Dicit ergo primo. Si omne corpus eſt diuiſibile: ſi corpus corpori eſt miſcibile: de ratione mixturę eſt quod quælibet pars vnius miſcibilis ſit omiomera: & oportet quod quælibet pars ſit iuxta quamlibet partem alterius miſcibilis. Quoniam autem mixtio non eſt compoſitio diuiſorum in minima latentia ſenſum: ſicut dicebat prima opinio: nec etiam ſicut dicebat ſecunda: manifeſtum eſt quod non erit mixtio ſecundum parua ſaluata in ſpeciem & virtutem: quia tunc eſſet potius quædam compoſitio: & non mixtio: nec haberet quælibet pars eandem rationem cum toto. Nos autẽ dicimus quod

E ſi eſt aliquod mixtum oportet ipſum omiomerum, ideſt eiuſdem rationis in parte & in toto. Et ſicut quælibet pars aquæ eſt aqua: ita quælibet pars mixti eſt mixtum. Si autem mixtio eſſet compoſitio ſecundum parua ut dicebat vtraq; opinio: licet differenter: nihil horum contingeret: ſed ſolum mixtio ad ſenſum: & non ſecundum veritatem. Deinde cum dicit. — Mixtũ omiomerũ eẽ op.

Alcyo. *Et idem omnino alij admiſtum uideretur: qui exquiſita*

F *oculorum acie non eſſet. Lyncei uero nihil tale admiſtum occurreret. Iam neq; diuiſione admiſtio conficitur: quãdo ipſa magnitudinis diuiſio ita fieri non poteſt: ut ſingulæ partes iuxta ſingulas parteis locentur. Ergo aut nulla admiſtio cõcedẽda eſt: aut iterũ differendũ: quomodo illa confici poßit.*

Antiqua. *Et idem huic quidem mixtum ſi non uidet quis acute: lynceo autem non mixtum uidebitur. Neq; diuiſione ut quæcunq; ſecus quancũq; pars. Impoßibile enim ita diuidi. Aut igitur non erit mixtio: aut dicendum eſt hoc quomodo contingit fieri rurſus.*

Ponit proprias rationes. Et primo contra primam opinionem dicẽs quod ſi hoc modo fiat mixtio: ſicut prima opinio dicebat: illud quod eſſet vni mixtum: puta ei qui videt acute: eſſe alteri non mixtum: puta

G lynceo videnti acute. Secundo arguit contra ſecundã opinionem. ibi. {Neq; diuiſione.} Dicens quod mixtio non eſt ex diuiſione minimorum: quia in minima ſimpliciter impoſſibile eſt diuidere corpus: ita quod in eis fiet diuiſio. Si autem minima eſſent phyſica: tũc eſſet congregatio & non mixtio. Aut igitur mixtio non eſt: cum hi duo modi eſſe non poſſint. Aut rurſus dicendum eſt quomodo contingit mixtionem fieri. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Rerum, quæ ſubſtãt: ut in ſcriptis ante relinquimus: aliæ agentes: aliæ ab his patibiles ſunt: propterea quæ eadem cõſtant materia: ea ipſa reciprocantur: mutuoq; agunt, & patiuntur: cum quæ illæſa: impatibilia quæ agunt, eandem non habeant materiam: quorum nullam etiam miſtionẽm eſſe*

H *dicimus. Quare nec medicina corporibus miſta curat: nec contra ſalus corporibus miſta curat, inter agentia porro: & patibilia, quæ facile diuidi poſſunt: multa cum pauxillis: magna cum puſillis collocata nullã reddere poſſunt miſtionem: id tamen quod imperat, amplificant: alterum enim ad id, quod imperat recedit: ut gutta uini: quæ quidem mille aquæ pateris non admiſcetur: ſpecies enim uini diſſlatur: & in uniuerſam conuertitur aquam.*

Antiqua. *Sunt utiq; ut diximus entium: hæc quidem actiua: hæc*

Tex.cõ.87. *autem paßiua ab his. Hæc quidem igitur cõuertuntur: quorum eadẽ materia eſt: & actiua adinuicem & paßiua abinuicem. Hæc autem faciunt impaßibilia entia: quorum nõ eſt eadem materia. Horum quidem igitur nõ eſt mixtio: ideoq; neq; medicatiua facit ſanitatem: neq; ſanitas eſt mixta cor-*

I **DIVI THOMÆ AQVINATIS SACRI ORDINIS PRAEDIcatorum Ariſtotelis clariſſimi ac fidiſſimi: Commentatoris in ſecundum & vltimum librum de generatione et corruptione præclariſſima commentaria.**

Alcyo. *DE admiſtione, de tactu, de actione, atq; perpeſſione: ut ijs quæ ſecũdum naturam mutantur, tribui ſolerent, iam diſputauimus. atq; etiam ſimplex generatio: & interitus quomodo efficerentur: cuius eſſent & quam ob cauſam: & de alteratione itidem*
K *quid id eſſet, quod alteraſceret: & quo diſcrimine illorũ utrunq; inter ſe diſcreparet iam tractauimus. Reliquum eſt, ut ea perſequar, quæ corporum elementa appellantur: quoniam neq; ortus: neq; obitus in ſubſtantijs: quæ natura conſtituantur, efficitur: niſi corpora etiam adſint: quæ ſui ſentiendi copiam faciant.*

Antiqua. T.c. primi *DE miſtione quidem igitur & tactu: & facere & pati dictum eſt quomodo exiſtant trãſmutantibus ſecundum naturam. Amplius autem de generatione & corruptione aliqua & ſimpliciter: & quomodo eſt: & propter quam cauſam. Similiter autem & de alteratione dictum eſt*
L *quid eſt alterari: & quam habet differentiam eorum. Reliquum autem conſiderare circa uocata elementa corporum: Generatio quidem & corruptio omnibus natura ſubſiſtentibus ſubſtantijs eſt non ſine ſenſibilibus corporibus.* Lec. I.

POSTQVAM Philoſophus in primo libro determinauit de generatione & corruptione in communi: & de motibus conſequentibus ſcilicet de alteratione & augumento: Nunc in ſecundo libro determinat de generatione & corruptione in ſpeciali ſcilicet de generatione & corruptione elementorum. Et circa hoc duo facit. primo recapitulat ea quæ dicta ſunt in primo libro: & continuat dicta dicendis dando intentionem Secundo proſequitur intentum. ibi. {Horum autem
M ſubiectam.} Dicit ergo primo quod dictum eſt iam in primo libro de miſtione & de tactu: & de facere & pati: quomodo exiſtunt his quæ tranſmutantur ſecundum naturam. Amplius etiam dictum de generatione & corruptione quomodo eſt: & propter quam cauſam. Similiter etiam dictum eſt de alteratione quid eſt: & in quo differt a generatione & corruptione. Relinquitur autem in hoc ſecundo libro conſiderare de corporibus quæ elementa vocantur: antequam conſideremus in libris de generatione & corruptione corporum ſpecialium: ſicut lapidum, & metallorum, & plantarum, & animalium: & hoc ideo quia omnes ſubſtantiæ quæ generantur & corrũpuntur non ſunt ſine iſtis ſenſibilibus corporibus ſcilicet quatuor elementis. Dicuntur autem elementa antonomaſtice ſenſibilia: quia eorum differentię ſiue principia quæ ſunt quatuor qualitates ſcilicet calidum, frigidum, humidum & ſiccum: ſunt cauſæ omnium aliarum qualitatũ tangibilium. Deinde cum dicit. N

Omia mixta ſunt ex quatuor elħtis. Elħta dicunt antonomaſtice ſenſibilia.

Alcyo. *Ac materiam quidem illis ſubſtratam alij unam aſſerũt, uel aerem, uel ignem, uel quiddam omnino aliud inter ea interiectum profeſſi: quod corpus: & ſeparabile ſit. Alij uero plura q̃ unum initia attulerunt. in quorum numero ſunt nonnulli habiti, qui ignem, ac terram ponerent. Nonnulli autem ad hæc duo aerem etiam tertium addiderunt: nonnulli ad hæc tria aquam adiungentes quatuor eſſe dixerunt: qualis Empedocles: qui ex quatuor omnibus aut concretis & ſecretis: aut alteratis res tũ gigni: tũ interitu deleri cecinit.*

Antiqua. Tex. cō. 2 *Horum autem ſubiectam materiam: hi quidem eſſe inquunt unam: utputa aerem ponentes: aut ignem aut aliqd medium. Horum aliquod & corpus ens ſeparabile: hi autẽ* O *plura per numerum uno. Hi quidem ignem & terram. Hi autem & hæc & aerem tertium. Hi autem & hoc et aquã quartum: ut Empedocles ex quibus congrgegatis & ſegregatis & alteratis ait contingere generationem & corruptionem rebus.*

Proſequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Primo inquirit de ſubſtantia & numero eorum. Secundo de mutua ipſorum generatione & corruptione. ibi. {Quoniam autem determinatum eſt.} Circa primum duo facit. Primo determinat de materiali principio & formali elementorum. Secundo de numero eorum. ibi. {Quoniam autem quatuor elemẽta.} Circa primum duo facit. Primo determinant de principio materiali. Secundo de formalibus. ibi. {Sed non minus.} Circa primum duo facit. Primo determinat de materia elementorum ſecundum opinionem aliorum. Secundo ſecundum opinionem propriam. ibi. {Nos autem dicimus.} Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones aliorum. Secundo reprobat eas. ibi. {Quoniam quidem igitur principia.} Dicit ergo primo quod quidam fuerunt qui poſuerunt tantum vnam materiam elementorum: ſed iſti diuerſificati ſunt: quidã enim dixerunt quod illa materia erat aer: quidam vero quod ignis. Sed iſti diuerſificati ſunt. Quidam enim poſuerunt quoddam corpus mediũ: igne quidem denſius: aere autem ſubtilius. Conueniũt omnes iſti in hoc: quod dixerunt ipſam materiam elementorũ eſſe corpus ſeparabile actu: & per ſe exiſtẽs.
Q Alij vero fuerunt qui dixerunt materiam elementorum eſſe pluriſicatam per numerum: & iſti etiam diuerſificati ſunt: quia quidam dixerunt ipſam eſſe ignẽ: & terram quidam vero addũt tertium ſcilicet aerem. quidam addunt quartum ſcilicet aquam: ſicut Empe. Dicunt autem tam ponentes duo q̃ ponentes plura duobus: quod per congregationẽ & ſegregationem ipſorum fit generatio & corruptio in rebus. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 24. Tex. cō. 16. P T. cō. 6. ſi. Tex. cō. 6.

Antiquorũ opiniones de elħtorum generatione de pr:cipio materiali.

Alcyo. *Itaq; inter omnes cõſtat recte inſtitutum eſſe: ut res illæ ſummæ tum initia, tum elementa nominarentur: ex quibus uel per concretionem: atq; ſecretionem, uel per aliud mutationis genus conuerſis euenire ſoleat, ut res gignantur: ortuq; nouo prodeant, & ad nihilum recidant. Sed qui præter quatuor elementa iam propoſita materiam unam: eandemq;*

demq;

A *dẽq; corporeã & diſiunctã conſtituũt, graui errore ducuntur: qa fieri minime poteſt: ut eiuſmodi corpus re careat cõtraria: præſertim cum id ſenſu patere contendãt. nã infinitũ tale qd nonnulli principium ponunt: neceſſario uel leuitate, uel grauitate, uel frigore, uel calore, affectum eſſe oportet.*

Antiqua Tex. cõ. 3. *Quoniã qdem igitur prima principia et elementa bene habet dicere q ſit confeſſum est: qbus tranſmutatis aut ſecũdũ cõgregationẽ: aut ſegregationẽ, uel ſecundũ aliã trãſmutationẽ contingit generationẽ eſſe et corruptionẽ. Sed faciẽtes qdẽ unã materiã extra prædicta: hãc aũt ſeparabilẽ et corpoream peccant. Impoſsibile n. ſine contrarietate eſſe corpus hoc ſenſibile. Aut n. leue: aut graue: aut calidũ: aut frigidum: neceſſe infinitum hoc quod quidam dicunt eſſe principium.*

Impoſsi. ẽ corpus ſenſibile eſſe ſine contrarietate.

Reprobat prædictas opiniones. & hoc primo ſecundo quaſi incidenter reprobat opinionem Platonis ibi. {Vt autem in Timæo ſcriptum eſt.} Aduertẽdum autem eſt circa primum quod nõ reprobat opinionem ponentium plura elementa: ſed ad præſens cõcedit eam tanq̃ propinquam aliqualiter veritati. Vnde dicit q ſit conceſſum illis qui ponũt plura elemẽta eſſe principia: p quorũ trãſmutationẽ ſit generatio & corruptio: ſiue iſta trãſmutatio ſit congregatio & diſgregatio: ſiue quæcũq; alia trãſmutatio: iſti quodam modo bene dicunt. Reprobat autẽ primam opinionem: vnde dicit: facientes vnam materiam: & hãc corpoream & ſeparabilem ab omni contrarietate: & ab omni forma elementali: ſicut quod eſt medium inter ignem & aerem peccant: quia impoſſibile eſt quod corpus ſenſibile ſit ſine contrarietate. Oportet enim quod illud corpus infinitum: quod ipſi dicũt eſſe principium: ſit aut graue: aut leue. Et ſiquidem erit leue: mouebitur ad locum ignis. Si autẽ graue mouebitur ad locũ terræ. Cuius aũt motus eſt: & locus illius eſt et forma, quam motus & locus ſequitur. ergo eſt terra vel ignis: & ſic per cõſequens eſt calidũ aut frigidũ: & ſic non erit ſeparabile a cõtrarietate & a forma elementali: vt ipſi ponebant. Deinde cum dicit.

B — Nota intẽtionem philoſophi.

Reprobat opi. põẽtiũ vnã materiam in actu elẽtorum.

C

Alcyo. *At n. quæ in Timeo diſſerũtur nihil certi, ac definiti continẽt. Siquidẽ nec enucleate explicatur an pricipiũ illud qd rerũ omniũ capedo: et receptaculũ ab eo uocatur: ſit ab elementis diuulſum: nec cũ materiã poſuiſſet elementorũ ſubiectũ: ut aurũ operũ: aureorũ ea ad generationẽ corporũ utitur. Quanq̃ ne hæc qdẽ ſcite hoc modo exponũtur: ppea qd ea q̃ i alterationẽ incidũt: ita haberi ſolẽt: cũ fieri nõ poſsit ut q̃ oriuntur & intereunt inde noĩentur: unde ſui ortus primordia trahunt. Etiã ſi ille ipſe lõge ueriſsimũ eſſe profiteatur: unumquodq; ita celatum aurũ uocari. Item cum elementa ſolida ſint: uſq; ad plana diſſolutionem trahit. Omnino fieri nequit: ut plana pro materia principe habeantur.*

D

Antiqua. Tex. cõ. 4. *Vt aũt in Timeo ſcriptũ eſt nullã habet determinationẽ. Nõ n. dixit manifeſte pãdoxis ſi ſeparatur ab elementis. Neq; utitur materia nihil dicens eſſe ſubiectũ aliqd uocatis elementis prius: ut aurũ operibus aureis certe: & hoc non bene dicitur hoc modo dictũ. Sed quorũ qdem eſt alteratio ita. Quorum autem eſt generatio & corruptio impoſsibile illud enunciari ex quo generatũ eſt. Sed tamen inqt lõge uerius eſt eſſe aurũ dicere unumquodq; eſſe. Sed elementis enti*

Tex. cõ. 5. *bus ſolidis uſq; ad planiciem facit diſſolutionem: impoſsibile autem matrem & materiam primam planam eſſe.*

E — Materia prima eſt ſicut mater.

Reprobat opinionem Platonis de principio elementorũ dicens. Quod illud quod dixit Plato in Timæo nullã habet determinationem: quia nihil dixit determinate & manifeſte. Non n. dixit manifeſte & determinate: ſi illud principium qd vocauit pandexes. i. receptaculum omnium ſeparatur ab elementis: ita q ſit aliquando actu exiſtens ſub forma elementi: vel non. Neq; etiam dixit: q eſſet aliquod materiale principium ipſorum elementorum. Sed dicit q ſubiectũ elementorum ſe habet ad elementa: ſicut aurum ſe habet ad opera operata ex auro. Sed certe hoc non bene dicitur: quia impoſſibile eſt q id quod eſt ſubiectum generationis: ſicut materia dicatur de ipſo generato: ſicut non dicimus q caro ſit terra ſed terrea. Similiter illud quod alteratur non recipit prædicationem paſſionis in recto: non enim poteſt dici q homo ſit albedo: ſed album. Plato tamen dicit q verius eſt dicere vnumquodq; opus factum ex auro eſſe aurum q̃ ipſum eſſe tale. Sicut verius eſt dicere phialam factam ex auro eſſe aurum: q̃ phialam: ita etiam verius erit dicere ignem vel aquam vel aliud generatum eſſe ipſum ſubiectum: quam eſſe ignem vel aquam. Poteſt ergo breuiter ſic ratio formari. Impoſſibile eſt q ſubiectum generationis prædicetur in recto de generato: ſed ſubiectum quod ponit Plato prædicatur in recto de elementis. ergo impoſſibile eſt q ſit ſubiectum generationis & corruptionis ipſorum. Adhuc etiam peccat Plato: quia cum elementa ſint corpora ſolida: dicit tamen q materia eorum diſſoluitur vſq; ad ſuperficiẽ: ut patet in tertio de cœlo & mundo. Impoſſibile enim eſt q materia prima quæ eſt ſicut mater ſit ſuperficies. Deinde cum dicit.

Primus Platonis lapſus.

Sc̃s Plato. lapſus.

F

Rõ Ariſt. contra Plato.

Tertius Pla. lapſus.

G

Alcyo. *Verum nos materiam quandam ſenſilium corporum eſſe confirmamus: quæ quidem minime ſit ſeparabilis: immo ſemper contraria re afficiatur: tum eiuſmodi ſit, ut quæ uocantur elementa, ex ea gignãtur. qua de re alio loco accuratius diximus. Sed quãdo ita etiã e principe materia corpa prodeũt: de ipſis quoq; rebus cõtrarijs agendũ uidetur. Ac principiũ quidẽ ſummũ cõſtituere debemus materiã: quæ quidẽ & ſi inſeparabilis datur: cõtrarijs tamẽ ſubſternitur: quia calor non eſt frigoris materia: nec frigus caloris. immo uero id q ambobus ſubditur. Quapp ſummũ rerũ pricipiũ poteſtate ſenſile corpus eſt. Alterũ res contrarias, ut frigus, ut calorẽ. Tertiũ, ignẽ ſimul, & aquã: et reliqua eiuſdem generis. Hæc n. cõmeant: & inter ſe mutãtur. Quod quidẽ nõ ea ratione fieri cenſeo: qua Empe. & reliqui Philoſophi arbitrati ſunt: propterea qd nulla foret alteratio: atq; eo magis quod rerum contrariarum nulla eſt uiciſsitudo.*

H

Antiqua. Tex. cõ. 6. *Nos autẽ dicimus eſſe aliquã materiã unã corporũ ſenſibiliũ: ſed hãc nõ ſeparabilẽ: ſed ſemper cũ cõtrarietate ex qua generãtur uocata elementa. Determinatũ eſt aũt de his certius: & in alijs. Sed tamẽ quoniã & hoc qũo ſunt ex materia prima corpora determinãdũ & de his. Principiũ qdẽ et primũ exiſtimãtes eſſe materiã inſeparabilẽ quidẽ. Subiectã aũt cõtrarijs. Neq; n. calidum materia eſt frigido: neq; hoc calido: ſed ſubiectũ amborũ. Quapropter quidẽ primũ potentia corpus ſenſibile principium. Secũdo aũt primæ cõ*

Primũ principiũ materiale.

Secundum

I *Quod quidem in Timeo Plato etiam ſcriptum reliquit:*
Alcyo. *qui certe hactenus differt : quin ita dicat:ut Leucippus: qđ*
hic indiuidua ſolida: ille plana fingit : & hic quamuis imagi-
ginem in infinitis haberi indiuiduis:commemoret ille in fini-
tis: quando uterq; indiuidua attulit : & quidem imaginibus
circunfigurat. Iam ex his tum ortus rerum : tum ſecretio-
nes excitāt. Leucippus quidem duplici ratione per uacuum
& tactionem. His enim unumquodq; diuiduum eſſe cenſuit;
ſed Plato tactione ſolum: quoniam uacuum e rerum natura
excludit. Ac de indiuiduis quidem planis ſuperioribus in di-
ctatis diſſeruimus: de ſolidis autem nunc plenius agere omit
tamus : quid ſi illi concedantur : accidat contenti mentione
eorum: quæ ſoleāt afferre: qui paulum egrediuntur.

Antiqūa. *Similiter autem aliorum omnium: ut in Timeo ſcripſit*
Tex.cō.63. *Plato. Intantum differt enim ut non eodem modo Leucippo*
K *dicat . Quoniam hic quidem ſolida: hic autem planities dicit*
indiuiſibilia. Et hæc quidem infinitis terminari figuris indi-
uiſibilium ſolidorum unumquodq; . Hic autem terminatis;
quoniam indiuiſibilia utriq; dicunt terminata figuris . Ex
his itaq; generationes & ſegregationes & corruptiones.
Leucippo quidem enim duo modi erant utiq; per uacuum
& per tactum hic enim indiuiſibile unumquodq;. Platoni
autem ſecundum tactum ſolum: uacuum enim nō eſſe inquit;
De indiuiſibilibus autē planiciebus diximus in prioribus ſer
monibus. De indiuiſibilibus autem ſolidis amplius eſt dicere.
Ideo hoc accidens relinquitur nunc.

Comparat opinionem Leucippi ad opinionē Pla
tonis : & primo ponit conuenientiam dicens ꝙ ſicut
L Leucippus poteſt dare cauſam generationis omnium
ex ſua poſitione ita & Plato ſecūdum ꝙ ſcripſit in Ti-
maeo. Secundo cum dicit. {Intantum differt enim.} Po
Differētia inter Leucip. & Plato. triplex nit differentiam dicens: ꝙ quamuis Leuci. & Plato cō
ueniunt in hoc ꝙ vtrunq; poſuit indiuiſibilia princi-
pia . tamen in tribus differunt. Primo quia Leucippus
dixit illa indiuiſibilia eſſe corpora ſolida. Plato aūt ea
dixit eſſe ſuperficies. Secundo quia figuræ indiuiſibi-
lium corporum quibus figuratur & terminatur vnū
quodq; compoſitorum ſunt infinitæ apud Leuci. Sed
ſecundum Platonem ſunt finitæ. Poſuit enim Plato fi-
guras triangulares eſſe primas omnium figurarum
quæ finitę ſunt. Tertio differūt: quia cum vterq; iſto-
H rum dicat generationem & corruptionem fieri per
congregationem & ſegregationem atomorum: ſecū
M dum Leuci. erunt duo modi quibus fit actio & paſſio
ſcilicet per tactum agētis & patientis: & per vacuum
quod eſt porus. ſecundum Platonem vero erit tantū
vnus modus ſcilicet per contactum & non per va-
cuum. Vacuum enim ſecundum eum non eſt de indi-
uiſibilibus ſuperficiebus: vt dictum eſt in tertio de cœ
Tex.cō 61. & inde. lo & mundo. Quod autem contingit dicere de indi-
uiſibilibus corporibus : relinquatur nunc .

Alcyo. *Enimuero neceſſitas præſcribit ut quoduis indiuiduum*
impatibile ſit , cum perpeſſio non aliter fieri queat, ac per
uacuum: nec affectionem ullam efficiunt: cum neq; dureſce-
re: neq; frigeſcere quicquam poſſit . Quanquam illud etiam
inſulſum eſt : calorem uni figuræ rotundæ reddi. nam illius
quoq; contrarium : quod frigus eſt : neceſſario ad aliquam
aptabitur figuram.

Vt autem parum diſgredientes dicamus : neceſſarium N
& impaſſibile unumquodque dicere indiuiſibilium . Non Antiqua.
enim poſſibile pati niſi per uacuum & nullius actiuum paſ Tex.cō.64.
ſionis : neq; enim calidum nec frigidum oportet eſſe indi-
uiſibile .

Lectio . XXII.

POSTQVAM Philoſophus poſuit opinio-
nem aliorum de principiis rerum naturalium : & de
modis quibus agunt & patiuntur adinuicem. Nunc
in parte iſta reprobat eas. & primo reprobat opinio-
nes eorum: quantum ad poſitionem atomorum: quæ
dicebant eſſe principia. Secundo quantum ad modos
agendi quos ponebant ibi. {Quicunq; quidem igitur Tex.cō.75.
per pororum.} Circa primum duo facit. Primo oſtē
dit indiuiſibilia corpora non eſſe principia . Secundo
ꝙ non mouentur a vacuo. ibi. {Amplius quidem qđ Tex.cō.73.
eſt quod mouet.} Circa primum ponit duas rationes:
ſecunda ibi. {Amplius autem vtrum.} Circa primum Tex.cō.71.
duo facit. Primo ponit rationem. Secundo remouet O
quandam inſtātiam quam aduerſarii poſſent dare. ibi.
{Amplius autem inconueniens.} Quod ergo indiui- Tex.cō.70.
ſibilia corpora non poſſint eſſe principia : probat in-
ducendo ad impoſſibile : ꝙ cōtradictoria erunt ſimul
vera: & hoc tali ratione . Si indiuiſibilia corpora ſunt
principia nec agent nec patientur adinuicem . Item ſi
ſunt principia agent & patientur adinuicē : ergo agēt
& non agent: patientur & non patientur: quod eſt im-
poſſibile . Circa rationem iſtam ſic procedit: primo
probat ꝙ non agent nec patientur duplici ratione:
quarum prima talis eſt. Actio & paſſio fit per vacuū
vt ipſi dicunt : ſed in talibus atomis non eſt vacuum,
ergo nec agunt nec patiuntur. Secunda talis eſt . Om- P
ne quod eſt cauſa actionis vel paſſionis: eſt durum,
vel molle , vel aliqua qualitatum diſpoſitum: ſed nul-
lum corpus indiuiſibile eſt tale . ergo nec eſt actiuum
nec paſſiuum . Secundo cum dicit.

Abſurdum quoq; eſt calorem, & frigus in illis ipſis cōn Alcyo.
tineri, grauitatem & leuitatem , duritiem & mollitiem re-
motas eſſe. Immo unumquodq; indiuiduum per redundantiā
grauius eſſe Democritus refert: ut compertum ſit calidum
etiam eſſe . Verum ſi eiuſmodi ponatur : fieri non poterit:
quin mutuam ſubeant perpeſſionem , ut cum remiſſum fri-
gus a calore modum excedente patitur. Et certe ſi duritiem
in illis ipſis dabunt, mollitiem denegaturi non ſunt. mollities
enim propterea dicitur: quod aliqua re poſſit affici. quādo-
quidem molle ad cedendum eſt propenſum. Quinetiam illud Q
ſubabſurdum iudicari debet: nihil aliud in iiſdem eſſe ꝙ figu-
ram . Et ſi inſit, ſingulare quippiam ſeparatim in unoquoq;
ineſſe, ut in alio duritiem, in alio calorem. Non enim una ea-
demque natura illorum eſſet . Ita fieri nequit : ut ue-
rum ſit : etiam ſi plures affectiones in uno ingeſtas dent:
quia id cum indiuiduum facultate ſit : eadem in parte præ-
ditum erit affectionibus. Qua igitur re afficitur, ut ſi frige-
ſcat, eadem uel aget, uel patietur. Idem etiam non diſſimili ra-
tione ceteris in qualitatibus probari poterit.

Quamuis hoc inconueniens ſit ſolum dare circulari figu- Antiqua.
ræ calidum. Neceſſe eſt enim & contrarium frigidum alicui Tex.cō.65
alii adaptare figurarum . Inconueniens autem ſi hæc quidem
exiſtunt: dico autem caliditas & frigiditas. Grauitas autem
& leuitas durities et mollities non exiſtunt. Sed tamen gra- Tex.cō.66

A Tex.cõ.67. Tex.cõ.68.

uius ſecundum excedentiam inquit eſſe Democritus unumquodq; indiuiduum. quapropter & calidus: talia autẽ entia non pati adinuicem impoßibile. uerbi gratia a multum excedẽte calido leuiter calidum. Sed tamen ſi durum & molle. Molle autem in patiendo aliquid dicitur. ſubactiuum enim & molle. Sed tamen inconueniens ſi nihil exiſtit niſi ſolum figuræ: & ſi exiſtit: unum autem ſolũ uerbi gratia hoc quidem frigidum: hoc autem calidũ: neq; enim una aliqua eſſet natura eorũ. ſimuliter autem impoßibile ſi multa uni. Indiuiſibile enim ens in eodem habebit paßiones. Quapropter et ſi patitur ſiquidem infrigidatur hoc aliquid & aliud faciet: aut patietur. eodem autem modo & de paßionibus alijs.

Prima rõ. B

Oſtendit oppoſitum ſcilicet ꝙ corpora indiuiſibilia agãt & patiantur. & hoc triplici ratione. quarum prima talis eſt. Secũdũ ꝑdictos philoſophos: indiuiſibilia corpora q̃ ſunt circularis figuræ ſunt calida. ergo oportet aliquod alterius figuræ eſſe frigidũ: quia incõ-

Incõuenit ponere vnũ cõtrariorũ i natura ſine reliquo.

ueniens eſt ponere vnum cõtrariorum in natura ſine reliquæ. ſi autẽ duæ qualitates ſunt in atomis neceſſe eſt ponere aliquas qualitates conſequentes eſſe in eis: quæ ſunt grauitas, durities, leuitas, mollies, & aliæ huiuſmodi qualitates. Cum autem concedant in atomis vnum eſſe grauius alio: ſicut apparet in radio ſolis. ꝙ vna atomis magis deſcendit ꝗ̃ alia. Si autem vnus eſt grauior alio: vnus etiam eſt & leuior alio: & vnus calidior alio. Cum autem ſint talia: impoſſibile eſt ea non pati adinuicem & agere cum ſibi appropinquant. Patitur enim leuiter calidũ ab excedenti calido: non inquantum ſunt ſimilia in calido: ſed inquantũ excedens eſt magis calidum: & illud qđ exceditur eſt magis frigido permixtum. Secũdam rationem ponit. ibi. {Sed tamẽ ſi durũ.} Quæ talis eſt. ſi Demo. dicit in ipſis atomis eſſe durũ: neceſſe eſt ꝙ dicat etiã eſſe in eis molle: per ſupradictam rationem: quia ſi vnũ contrariorum fuerit in natura: & reliquũ: vt dicitur ſecũdo de coelo. molle autẽ naturali in potentia reſiſtendi tactui paſſiuum eſt: licet inquantũ eſt infuſum humido ſit ſubactiuum. Dicitur autem molle ſubactiuũ: quia agit per humidum: quod nõ eſt ſimpliciter actiuum: ſicut calidũ vel frigidum: & per hoc dictum ſequitur iterum atomos eſſe actiuas & paſſiuas. Sic ergo ſecundũ ꝙ deducit Commentator: quomodocunq; cõponant ea, contingit eis impoſſibile quĩ ſi ponunt ea nõ eſſe receptiua paſſionũ: ſequitur ꝙ non ſit aliqua cauſa actionis et paſſionis: & ſi ponunt ea receptibilia contingit vt nõ ſint receptibilia. ſic ergo ex illorũ poſitiõe cõtingit vt ſint illorum receptibilia. Et ſicut diximus: licet hoc ſequatur ex dictis Demo. & Leuci. tñ hoc eſt impoſſibile et inconueniens. In atomis. n. aut eſt figura ſola: aut cũ figura qualitas actiua & paſſiua. Si ponatur in eis ſola figura: tunc nõ erit actiua nec paſſiua: quia figura nec eſt actiua nec paſſiua: aliter enim mathematica agerẽt & paterentur. Si autem cũ figura in atomis ponatur qualitas: quandoq; autem vna erit in qualibet atomo aut plures. ſi autem vna nec propria fuerit in qualibet atomo: & hoc quidẽ ſit calidum: hoc autem frigidũ: tunc eorum natura nõ erit eadem. ſi ergo differunt in naturis ſunt diuiſibilia. ergo indiuiſibilia ſunt diuiſibilia. Si aũt plures qualitates inſunt vni atomo: quæ quidẽ actiuæ ſunt et paſſiuæ: illæ erunt cõtrariæ: quia actio & paſſio ſunt inter contraria vt ſupra dictũ eſt. ergo cõtraria ſunt in eodem indiuiſibili. Sequitur etiã ꝙ ſint in eodem ſecundum idem: quod eſt impoſſibile. Sequitur etiã ꝙ ſi atomus infrigidatur: ꝙ ſecundũ hoc caleſiat: qđ falſum eſt. & eodẽ modo eſt de alijs qualitatibus actiuis & paſſiuis: quæ ſunt durum & molle. Deinde cum dicit.

Q̃ño calidũ patiatur a calidiori. C Scdã rõ. Tex.cõ.18. Cur molle dicatſubactiuũ. Tertia ratio. D E

Alcyo.

In hoc enim non aliter incurrunt qui indiuidua plana cõmiſcuntur: atq; qui ſolida & concreta propterea quod illa cum omnis uacuitatis expertia ſint: neq; denſiora neq; rariora diffundentur.

Antiqua. Tex.cõ.69.

Hæc enim & ſolida & planitiem dicentibus indiuiſibilia contingit eodem modo. Neq; rariora enim neq; denſiora eſt poßibile generari uacuo non ente in indiuiſibilibus.

Arguit ad hominem. F

Reprobat opinionem Platonis dicens: ꝙ etiã Demo. & huiuſmodi iſtud inconueniens ſequitur: & ad opinionem Platonis dicentis ſuperficies indiuiſibiles eſſe principia. Dicit enim Plato ꝙ illis ſuperficiebus non eſt vacuum: quia ſecundum eos impoſſibile eſt fieri rarũ niſi ꝑ interpoſitionẽ vacui i partibus corporis. ſequitur ꝙ nõ exiſtente vacuo nõ generatur aliqđ rarius vel denſius. Cum autem rarum & denſum ſint primæ contrariæ qualitates ex parte materiæ: iſtis nõ exiſtentibus aliæ conſequentes non erunt: quia ablato priori auſertur & poſterius. Sic ergo in corpore nullæ ſunt qualitates actiuæ & paſſiuæ. ergo nec agit nec patitur aliqđ indiuiſibilium non exiſtente vacuo ipſo. Deinde cum dicit.

Alcyo. G

Præterea nimis inſulſum eſt parua indiuidua omnino cõſtare, magna non item. At nunc recta ratione ampliora magis q̃ exilia franguntur. alia enim facilius reſoluuntur, ut magna: quoniam alludunt & ad plura diuidentia offendũt: alia omnino indiuidua conſtant, quæ natura quid ita potius paruis q̃ magnis tribuitur?

Antiqua. Tex.cõ.70.

Amplius autem inconueniens & parua quidem indiuiſibilia eſſe: magna autem non. Nunc quidem magis rationabiliter maiora confringentur q̃ parua: hæc quidem enim diſſoluuntur facilius paruis. uerbi gratia magna quidem procedunt ex multis: indiuiſibilia autem uniuerſaliter: quare magis q̃ magnis exiſtit paruis.

H

Remouet quandam inſtantiam ſiue falſam reſponſionem quæ poſſet dari ad rationes ſuas. poſſet enim aliquis dicere quod atomi parui ſunt indiuiſibiles: magni autem diuiſibiles. vnde remouet dicens quod hoc eſt inconueniens. Verum enim eſt quod rationabilius & facilius magna diuiduntur quam parua: quia magna facilius diſſoluuntur. & hoc ideo quia magna componuntur ex multis. Non tamẽ paruitas vel magnitudo eſt cauſa diuiſibilitatis vel indiuiſibilitatis. Ipſa uero atoma de natura ſua & vniuerſaliter ſunt indiuiſibilia & non propter magnitudinem vel paruitatem. Deinde cum dicit.

Paruitas vel magnitudo ñ eſt cã diuiſibilitatis vel indiuiſibilitatis.

Alcyo.

Accedit etiã q; quærendum utrum omnium eiuſmodi ſolidorum corporum unam ponant naturam: an confirment alia ab alijs diuerſa eſſe: ut ſi quædam magnitudine, ac tumore ignea ſint: quædam terrena. Si enim una omniũ ſit natura ecquid iam illud eſt quod diſtraxit? aut cur per mutuam tactionem omnia in unum non coaleſcunt? ut in aqua fit cũ altera pars alteram tangit. nihil enim intereſt inter priorẽ

I *& poſteriorem partem. ſinautem diuerſa poſuerint: qualitates erunt: per quas diuerſa conſtituentur. At perſpicuum eſt has ipſas commodius dari poſſe loco principiorum & cauſarum eorum: quæ accidere ſoleant: q̃ figurata corpora. Iamuero cum natura differant talia plane ſunt cum ſe tangunt: etiam ſi inter ſe agant: aut p᷑tiantur.*

Antiqua. Tex.cõ.71. *Amplius autem utrum omnium una natura illorum ſolidorum: aut differt alterum ab alteris quemadmodum ſi hæc eſſent ignea: hæc autem terrea ſecundum tumorem. Siquidẽ*
K *enim una natura eſt omnium quid diuidens: aut quare non fiunt tangentia unum: quemadmodum aqua quando aquam tangit: nihil enim differt poſterior aqua a priori. Si autem alia qualia hæc & manifeſtum eſt q᷑ has ponendum princi-*
Tex.cõ.72. *pia & cauſas contingentium magis q̃ figuras. Amplius autem differentia in natura utiq; facient & patientur approximantia adinuicem.*

Ponit ſecundam rationem principalem ad probandũ atomos quos illi ponebant non eſſe principia quæ talis eſt. Aut illa corpora ſunt vnius naturæ: ſicut ſi eſſent omnia ignea, vel omnia terrea, vel differunt adinuicem in naturis vt ſi eſſent alia terrea, alia ignea. Si autem ſunt omnia vnius naturæ & vnius ſpeciei ſecundum quantitatem: quid erit tunc diuidens & diſcõ
L tinuãs ipſas atomos? quaſi diceret nihil: cum enim ſint vnius naturæ non eſt in eis aliquid inuenire per quod abinuicem diſcontinuentur. Quare ergo non accidit ſicut in aqua: cuius partes quando adinuicem ſe tangunt ſtatim continuãtur & non differt poſterior pars aquę a priori. Cum autem ipſa corpora atomalia nec ſic adinuicem continuentur: non erunt vnius naturæ. Nec diuerſarum naturarum: quia ſi illa corpora alia & alia: vt dictum eſt: quales ſunt illæ diuerſæ ſpecies vel naturæ. cum enim illæ naturæ faciant atomos diuerſas & diſcontinuas: oportet quod ſint omnes ſecũdum naturas diuerſæ. ergo illæ naturæ magis ſunt ponendę cauſæ & principia rerum quæ fiunt ex atomis:
M q̃ figuræ atomorum quas Demo. dixit eſſe principia. Et præterea quæ differunt in natura & forma agunt & patiuntur adinuicem cum approximantur. Illa vero quæ ſunt diuerſa in figura non ſic agunt & patiuntur adinuicem. ergo tam illæ diuerſæ naturæ debent poni principia actionis & paſſionis: q̃ꝫ diuerſæ figurę. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Præterea ecquid mouet? ſi enim diuerſum ſit: patibilia ſtatuentur. ſinautem a ſeipſis impellentur uel diuidua erunt: & alia quidem parte motum ciebunt: alia motu ciebuntur: uel contraria in eodem inerunt: materiaq; non ſolum numero: ſed poteſtate etiam una erit.*

Antiqua. Tex.cõ.73. Idem ſcripta mouere non poteſt. *Amplius quidem quid eſt q᷈d mouet: ſiquidem enim aliud enim paſſiuum eſt. Si autem ipſum ſeipſum: unumquodq; aut diuiſibile erit: ſecundum aliud quidem mouens: ſecundũ aliud autem motum. Aut ſecundum idem contraria exiſtunt. Et*
Tex.cõ.74 *non ſolum materia erit una numero: ſed & potentia.*

Oſtendit ꝙ corpora indiuiſibilia non mouentur in vacuo: ſicut dicebat Demo. tali ratione. ſi iſta indiuiſibilia mouentur in vacuo quærendum eſt quid mouet ea: aut enim mouentur a ſe: aut ab alio: ſi ab alio: tunc ipſum indiuiſibile eſt paſſiuum. ergo non eſt primum principium actionis: ſed potius ipſum mouens. Si autẽ mouetur a ſeipſo: aut eſt diuiſibile cum ſecũdum vnã N
partem moueat & aliam moueatur: aut in eodem ſecundum idem exiſtunt ſecundum contraria. mouere enim & moueri ſunt contrariorum. vtrũq; autem iſtorum eſt impoſſibile. Sic etiam non ſolum eſſet materia contrariorum vna numero: ſed etiam potentia eſſet vna: quod eſt impoſſibile. ſi enim in materiã contrariorum eſſet vna potentia ſolum: non haberẽt ipſa contraria diuerſas naturas: ſic etiam non eſſet multitudo rerum: ſed omnia eſſent vnũ: quia omnia eſſent ab eadem materia & ab eadem potentia numero. Cũ Notabilia pulchra de potentia materię.
enim actus & potentia non diuerſificent ſpeciẽ: ſi eſſet tantum vna potentia eſſet tantum vna ſpecies. Eſt autem hoc intelligendum de potentia propinqua ad for O
mas contrarias: quæ non eſt vna numero ſed diuerſa. Eſt enim alia potentia remota quæ eſt vna & eadem contrariorũ: & hæc eſt prima materia: quæ ſecundũ ſe eſt in potẽtia & ipſa eſt ſua potẽtia. Deinde cũ dicit.

Quicunq; igitur per meatuum motionem affectiones ac Alcyo.
cidere tradunt: ſi oppletis mentibus id fieri aiunt: meatus ſupervacanei ſunt. ſi enim uniuerſum hac ratione afficeretur: nulloſq; meatus haberet: immo perpetuum eſſet: eodem ſane modo pateretur. Iam munus uidendi quanam ratione obiri poterit? ut inquiũt. nam uiſus tactionibus per tralucida corpora: aut per meatus tranſire non poteſt: ſi quicunq; plenus eſt. nam qui dita ab ijs differerent: quæ meatibus carent? uniuerſum enim ſimiliter plenum.

Quicunq; quidem igitur per pororum motionem in- Antiqua. Tex.cõ.75.
quiunt paſſiones contingere: ſed ſiquidem & plenis poris ſuperfluunt pori. Si enim patitur aliquid: ita omne & ſi nõ P
poros habens: ſed ipſum continuum ens patietur eodem mo-
do. Amplius autem quomodo cõtingit de inſpicere & uide- Tex.cõ.76.
re ut dicunt. Neq; enim ſecũdum tactum contingit tranſire per tranſparentia: neq; per poros ſi plenus uniuſcuiuſq; Quid. n. differt a nõ poros habere: omne. n. ſic erit plenum.

Reprobat prædictas opiniones quantum ad modos agendi & patiẽdi quos ponebãt. Et circa hoc duo facit. primo oſtendit ad actionem & paſſionem non ſunt neceſſarij pori. ſecundo ꝙ nec quantum ad diuiſionem corporum. ibi. {Diuiſibilibus autem.} Circa primum duo facit. primo oſtendit ꝙ pori non ſunt ne
ceſſarij ad actionem & paſſionem. ſecundo remouet Q
quoddam dubium. ibi. {Sed & ſi vacuum.} Circa primum ponit duas rationes. quarũ prima talis eſt: quicunq; dicunt contingere paſſiones ex hoc ꝙ actiuum mouetur in poris paſſiui: ſicut iſti dicũt: ꝙ res patitur cum impleti ſunt pori: neceſſe eſt eos cõcedere ꝙ pori ſunt ſuperflui. ſi enim aliquod corpus patitur: quia actiuum tangit ipſum in poris: tunc illud patitur per tactum actiui & non per poros etiam ſi nõ haberet poros: ſed ſit totum continuum patietur eodem modo propter tactũ actiui: ſuperflui ergo ſunt pori. Secundam rationem ponit. ibi. {Amplius autem quomodo cõtingit.} Dicens ꝙ iſti nõ poſſunt dicere quomodo videre & inſpicere fiat quando iſte ſenſus fit ꝑ trãſparentiam: ſicut per vitrum vel criſtallum. Manifeſtũ. n. eſt ꝙ ſentiens ſecundum tactũ non tranſit ꝑ tranſparentiam: vt ad rem ſenſatam perueniat: quia illi ſenſus fiunt per diſtãtiam. Nec iterum poſſunt dicere quod ſenſus fiat per poros: ſi plenus eſt vnuſquiſq; pororũ

A ſicut ipſi dicunt. nihil enim differt habere poros plenos; & non habere poros: quia totum corpus eſt tranſparens ſicut erit plenum. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Atq; ſi hæc uacua ſint: & corpora in illis ipſis neceſſario contineantur: de integro idem conſequetur. Sin autem in eiuſmodi magnitudinem diſtendantur: ut nullum poſtea recipiant corpus ad modum ridiculum eſt arbitrari paruum quidem eſſe uacuum: magnum non item: quantumcunq; ſit: aut ſcribere aliud eſſe uacuum: q̃ ipſius corporis ſedem. Propterea cuiq; corpori æqualem magnitudinis conſtare uacuitatem perſpicuum eſt. Ad ſummam meatus profiteri curioſum nimis eſt. ſi enim id quod extrinſecus tangit per tactum nulla fungitur actione: ne per meatus quidem tran-*
B *ſiens fungetur. Sin autem per tactum aget: ſine ullo meatuũ uſu alia agent: alia patientur, id eſt quæ inter ſe hoc modo ſuapte natura apta ſunt ad agendum & patiendum.*

Antiqua. *Sed & ſi uacua quidem hæc: neceſſe autem corpora in eis habere ibidem contingit ſurſum. Si autem talia ſecundum magnitudinem ſuam ut non ſuſcipiãt corpus aliquod ridiculum. Paruum quidem exiſtimare uacuum: magnum autem non eſſe uacuum. Qualecunq; autem uacuum aliquod exiſtimare dicere niſi regionem corporis. Quapropter manifeſtum quoniam omni corpori ſcilicet ſecundum tumorem ſimile erit uacuum. Vniuerſaliter autem poros facere ſuperfluum. Siquidem enim nihil facit ſecundum tactum neq; per poros tranſiens faciet. Si autem in tangendo & poris*
C *non entibus: hæc quidem patientur: hæc autem facient ad ſeinuicem hoc modo innatorum. Quoniam ergo ita dicere poros ut quidam exiſtimant: aut mendacium: aut inane eſt manifeſtum ex his.*

Remouet quoddam dubium ſiue quandam falſam reſponſionem, quæ poſſet dari. Poſſet enim aliquis dicere quod pori & foramina ſunt vacua: & hoc remouet dicens: quod ſi ſint vacua aut poſſunt in ſe recipere corpus implens ipſa: aut non. ſi poſſunt: po-
Poſſ poſito i eſſe nõ ſequi tur impoſſ. natur ergo quod recipiant. poſſibili enim poſito in eſſe quod ex eo accidit non eſt impoſſibile. ſequitur ergo id quod prius ſcilicet quod non ſemper contingat videre per tranſparens: quia impletis poris nihil videtur. Si autem pori tales ſunt quod non poſſunt recipere corpus implens: eo quod ſint parui: hoc ridiculum eſt dicere ſcilicet quod paruum foramen quod
D porus dicitur ſit vacuum: magnum autem ſpacium non ſit vacuum: ſed plenum corpore ſubintrante ipſum: quia qualitercunq; eſt vacuũ illud ſiue magnũ ſiue paruum: habet corpus ſibi æquale implens ipſum:
Vacuum. quod quidem patet per diffinitionem vacui. Vacuũ enim nihil aliud eſt niſi regio ſiue ſpacium alicuius corporis ſuſceptiuum. Quapropter manifeſtum eſt quod omni corpori in tumore ſuæ quãtitatis eſt æquale vacuum ſi vacuum eſſe ponatur. Vniuerſaliter autem ſuperfluum eſt dicere poros eſſe propter actionem. Aut enim agens agit ſecundum tactum aut non. ſi non agit per tactum: ergo non agit intrinſecus in poris tangens: ergo pori non ſunt cauſa paſſionis. Si autem agit ſecundum tactum: & non exiſtentibus poris: dummodo actiuum tangat paſſiuum: quæ ſunt innata agere & pati adinuicem fiet actio & paſſio. Vlterius autem epilogat quod ita ponere poros vt quidam exiſtimat: aut eſt mendacium: aut inutile eſt ad B
actionem & paſſionem: & hoc eſt manifeſtum ex ſupradictis. Deinde cum dicit.

Ex his conſtat aut falſum & commentitium: aut certe uanum eſſe meatus ita profiteri: ut quidam ſuſpicantur. ridiculum enim cum primis eſt meatus inducere: cum corpora quoquouerſum diuidua ſint. nam quatenus diuidua ſunt: diſiungi queunt. Alcyo.

Diuiſibilibus autem omnino corporibus entibus poros facere ridiculum eſt, ſecundum id enim quod diuiſibilia ſunt poſſunt ſeparari. Antiqua.

Oſtẽdit quod pori non ſunt neceſſarij ad corporis diuiſionem dicẽs. Quod cum omne ſit diuiſibile tam F
phyſicum quàm mathematicum: ridiculum eſt ponere poros cauſa diuiſionis: quia corpora poſſunt ſeparari ſecundum id quod diuiſibilia ſunt. In talibus autem nõ eſt vacuum in poris: pori ergo non ſunt cauſa diuiſionis: quia aliter mathematica non eſſent diuiſibilia.

Nos autem quomodo generatio, actio, & perpeſſio ad ipſas res accommodentur iam dicamus ita exorſi ut plerunq; conſueuimus: Alcyo.

Quo autem modo exiſtit generare in entibus & facere & pati dicamus: accipientes principium dictum multotiés. Antiqua. Tex.cõ.77

Lectio. XXIII.

POSTQVAM Philoſophus poſuit opiniones aliorum de agere & pati ſiue de modis agendi vel patiendi & reprobationes earum: in parte iſta po- G
nit opinionem propriam & veram Et circa hoc duo facit. primo dat intentionem ſuam. ſecundo proſequitur intentum. ibi. {Si enim eſt.} Dicit ergo primo quod poſtquam poſitæ & reprobatæ ſunt opiniones aliorum de actione & paſſione. Dicendum ſecundum rei veritatem quomodo exiſtat vel fiat generatio: & quomodo exiſtat agere & pati in his quæ agunt & patiuntur. Ad hoc autem perfecte videndum accipiẽdũ eſt pro principio actionis & paſſionis illud qđ multotiens dictum eſt. Deinde cum dicit.

Si enim aliud poteſtate: aliud actu tale ſit: & non alia parte pati: alia non pati ſuapte natura poſſit: ſed omnino quoad affectum eſt: magis tamen & minus pro maioris: minoriſue facultatis ratione: hoc ſane modo meatus magis Alcyo.
inducere poteris: ut in metallis obſeruare licet: in patibili H
quorum parte uene protenduntur perpetuæ.

Si enim eſt hoc poteſtate: hoc aũt actu tale innatum eſt. Non tamen quidem pati: tum autem non pati: ſed omnino ſecundum quantum eſt tale. Magis autem & minus ſecundũ q. tale magis & minus. Et has res utiq; aliquis dicet magis ineſſe: ut in metallicis: extẽdunt. n. ſe paſſiue uene continue. Antiqua.

Proſequitur intentum Et circa hoc duo facit. Primo ponit duas cõditiones quæ requiruntur ad actionem & paſſionem. Secundo probat primam cõditionem. ibi {Tum quidem exiſtimare.} Circa primum Tex.cõ.79
ponit primo primam conditionem quæ eſt: quod pa Cõditõ p̃ma
tiens quod eſt in potencia non patitur ſecundum quaſdam partes: ſed ſecundum omnes. Primo ergo præmittit quoddam principium manifeſtũ: & eſt. Quod

I entium quoddam eſt in potẽtia: & illud eſt paſſiuum.
quoddam eſt in actu: & illud eſt actiuum. Et cum ita
ſit: non eſt alia cauſa paſſionis: niſi quia receptiuum
alicuius formæ recipit illã ab aliquo agente. Impoſſi
bile eſt ergo quod illud tale corpus quod eſt in potẽ-
tia ſit receptiuum alicuius formæ: tum quidem, ideſt
ſecundum aliquas partes: tum autem non, ideſt ſecun-
dum quaſdam non. ſed oportet ꝙ ſit omnino poſſibi-
le, ideſt in omni parte inquantum eſt in potentia. Po
teſt tamen ſecundum aliquas partes magis recipere
paſſionem ab agentis virtute cauſatam: & ſecundum
quaſdam minus: quia forte paſſiuum magis eſt diſpo-
ſitum in vna parte ꝙ̃ in alia, ad recipiendum formam
An pori ſint ca paſsionis. quam agens intendit inducere. Si autem aliquis dicat
ꝙ magis paſſiua ſunt magis poroſa: ſicut videmus in
venis metallorum ꝙ quæ ſunt rariores magis ſunt di
K ſpoſitæ ad recipiendum formam metalli: & ſic vide-
tur ꝙ pori ſunt cauſa paſſionis. dico ꝙ hoc nõ eſt ve-
rum ꝙ foramina non ſunt cauſa paſſionis: ſed potius
diſpoſitionis materiæ: quæ a tali actiuo paſſibilis eſt
& non ab alio. Secundo cum dicit.

Alcyo. *Itaq; unumquodq; ſi natiuum, & in unum diſtentum ſit: nullam perpeſſionem ſubire poterit: talia item ſunt quæ nec ſeipſa: nec alia tangunt: quæ tamen ad agendũ propenſa ſunt: & patiendum. Hoc autem dixi ad ignem alludens: qui non modo proximus: uerũ etiam remotus calfacit: ignis enim aeri: aer uero calorem corpori indit: cum ille ſuapte natura ad agendum affectus ſit, & patiendum.*

L

Antiqua. Tex.cõ.78 *Continuum igitur unumquodq. & unum ens impaſſibile. Similiter autem & non appropinquantia nec ſibijpſis: neq; alijs: quæ facere innata ſunt & pati. Dico autem uerbi gratia non ſolum tangens calefacit ignis: ſed & ſi longe ſit: aerem quidem ignis: aer autem corpus calefacit: innatus facere & pati.*

Conditio.2. Ponit ſecũdam conditionem: & eſt ꝙ agens & pa-
tiens debent eſſe diuiſa & non continua: quia id quod
eſt continuum non eſt paſſibile. Veritas autem huius
Rõ cur agẽs & patiẽs ſint loco & ſubo diſtincta. propoſitionis ex hoc eſt: quia nihil patitur a ſeipſo:
quia non eſt magis ratio: quare vna pars eius agat &
alia patiatur ꝙ̃ alia: cum partes continui ſint ſimilis na
turæ. Iſta autem agentia & patientia licet ſint diuiſa:
oportet ꝙ ſint in debita propinquitate. Omnia enim
agentia naturalia habent determinatam virtutem quę
ſi vltra ſuæ virtutis propoſitionem elongentur a pa-
M tientibus nullum effectum cauſare poterunt. Sed cum
fiunt propinqua in ſe vel in alijs: tunc agens aget &
patiens patietur. Dico autem appropinquare ſibijpſis
quando primum agens & vltimum patiens ſunt im-
mediata. Appropinquare vero in alijs eſt, quando in-
ter primum agens & vltimum patiens eſt aliquid qđ
agit & patitur. Agit autem in virtute primi. verbi
gratia ignis non ſolum calefacit nos quando tangit:
ſed etiam quando eſt lõge: calefacit enim aerem qui
natus eſt calefieri ab igne. Aer autem calefactus cale-
facit corpus noſtrum. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Verum de tota re ſtatuentes initio exponamus: quæ ad ſententiam eam pertineant, qua corpus partim pati: partim non pati defenditur: ſi enim magnitudo quoquo uerſus non diuidua: ſed corpus induiduum: aut latitudo proponatur: non ubiq; affici poterit: nec continuum protendetur:* N *ſin autem falſum hoc eſt: et omnino quodius corpus diuiduũ eſt: nihil profecto intererit dicas diuiſum quidem eſſe: ſed tamen mutua iungi tactione, an diuiduum. Nam ſi per tactiones ſemoueri, disiungiq; poteſt: ut quidam aiunt: quamuis diuiſum non ſit: tamen diuiſum erit: quoniam diuiſionem ferre poteſt: cum nihil quod fieri non queat, aſſeratur.*

Tum quidem exiſtimare pati: tum autem non determinantes q, in principio hoc dicendũ. Siquidem enim nõ ubiq; diuiſibilis magnitudo. ſed eſt corpus indiuiſibile: aut latitudo non utiq; erit ubiq; paſſibile: ſed neq; continuum ullum. Si autem hoc mendacium. Et omne corpus diuiſibile. Nihil differt dicere diuiſum eſſe quidem tangere: aut utiq; diuiſibile eſſe ſi enim ſegregari poteſt ſecundum tactus: ut aiunt quidam: & ſi nondum eſt diuiſum. poßibile enim diuiſum eſſe. ſit enim nullum impoßibile. Antiqua. Tex.cõ.79. O: corp• diuiſibile. 3 dẽ ꝑ cœli. t. cõ. 2.

O

Probat primam conditionem dicens: ꝙ exiſtima- Probat ſam cõditionem.
re ſicut quidam exiſtimant ꝙ res quæ patitur: tũ, ideſt
ſecundum aliquam partem patitur: & tum non, ideſt
ſecundum aliquam non patitur. hic determinandum
eſt & dicendum ꝙ hoc falſum eſt. Si enim concede-
retur ꝙ corpus & magnitudo non vbiq; eſſet diuiſi-
bilis: ſed diuiditur in indiuiſibilia corpora: ſicut dixit
Demo. vel in indiuiſibiles ſuperficies: ſicut dixit Pla-
to: tunc verum eſſet ꝙ corpus non vbiq;, ideſt in om-
ni parte ſua eſſet paſſibile. Sic etiã eſſet verum quod
nihil eſſet continuum licet continuetur ad indiuiſibi-
le: non tamẽ componitur ex indiuiſibilibus. Si autem
eſt mendacium hoc quod dicunt. Immo quia menda-
cium eſt: quia omne corpus eſt diuiſibile: nihil differt
dicere ꝙ diuidatur: vel ꝙ ſit diuiſibile: vel ꝙ tanga- P
tur vel ꝙ ſit tangibile. Licet enim in poros diuidatur
ſecundum Demo tamen etiam eſt diuiſibile in parti-
bus quæ poris interponuntur: quia iſtę non ſunt indi-
uiſibiles: quæ tamen partes ponebantur indiuiſibiles
ab eis: & ſimiliter eſt tangibile in illis. Et ita ſecundum
totum eſt tangibile & diuiſibile & paſſibile. Si enim
poteſt ſegregare ſecundum tactus, ideſt ſecundum ſu-
perficies in quibus eſt tactus: vt dicunt quidam Pla-
tonici. Et ſi nondum eſt diuiſum: eſt tamen diuiſibile.
Poſito ergo in eſſe poſſibili non accidit impoſſibile.
Similiter etiam ſi diuiſibile ſit in partes: poſita diuiſio-
ne in actu non ſequitur impoſſibile. Secũdum ergo to
tum, & quamlibet ſui partem, eſt diuiſibile & paſſibi-
le. Deinde cum dicit.

Alcyo. Q *Omnino inſulſum eſt iudicare actionem, aut perpeßionem effici: quia corpora ſcinduntur. ita enim alteratio omnis tollitur. Videmus etiam unum: idemq; perpetuũ corpus modo humore diffluere: modo ſtrictũ ſe colligere: idq; non diuiſione: et coagmentatione: aut poſitione, et ordine: ut Democritus monimentis teſtatus eſt ſuis. nam res quæ ex humore cogitur: nec trãſpoſita: nec per naturam mutata eſt: nec quæ callo & gelu magnopere compacta ſunt: indiuidua tumore conſiſtunt ſuo: ſed eodem plane modo totus humor talis eſt: quanquam aliquando dureſcat: & geletur.*

Antiqua *Vniuerſaliter autem generari hoc modo ſciſſis corporibus eſt inconueniens. Deſtruit enim hic ſermo alterationem. Videmus enim idem corpus continuum ens: quandoq;*

quidem

A
Tex.cō.80.

quidem humidum: quando autem coagulatum: non autem diuiſione & cōpoſitione hoc patiens. Neq; conuerſione & ordine: ſicut ait Demo. neq; enim tranſductū neq; tranſpoſitum ſecundum materiam: neq; tranſmiſſum coagulatum ex humido generatum eſt. Neq; autem nūc inſunt dura & coagulata indiuiſibilia tumoribus: ſed ſimiliter omne nunc humidum: quandoq; autem durum & coagulatum eſt.

Oſtendit quod prædicta opinio non eſt ſufficiens ad actionem & paſſionem & circa hoc duo facit. primo oſtendit quod non eſt ſufficiens ad alterationem: immo deſtruit ipſam. ſecundo quod nec ſufficiens ad augumentum. ibi. {Amplius autem.} Dicit ergo primo: quod vniuerſaliter paſſio hoc modo fiat in rebus: quo quidam dicunt quod generatio fit ſciſſis ſiue

Teſtimoniū ſenſuum.
B

ſeparatis corporibus per poros eſt inconueniens. Deſtruit enim hic modus alterationem: in qua tamen ſaluatur paſſio & actio. Videmus enim quod idem corpus continuum manens, quandoq; quidem eſt humidum & liquidum, & quandoq; coagulatum: ſicut glaties & aqua fluida: & tamen talis alteratio fit ſine diuiſione ipſius corporis continui: & ſine aliqua alia cōpoſitione: et ſine conuerſione ſuarum partiū: & abſq; tactu diuerſo in ordine componētium partium: ſicut

Glaties eſt aqua ſ3 ſubaz. ſed alterata.

dicit Democri. Cum enim enim aliquod humidum coagulatur non tranſcluditur extra naturam ſuam: ita quod mutet ſubſtantiam: nec trāſponuntur partes mutādo ordinem vel ſitum: neq; tranſmittitur per liquefactionem: neq; etiam nunc quādo ſcilicet humidum coagulatur: oportet quod in aqua corpora indiuiſibilia tumoribus, ideſt ſecundum quantitatem ſubintrēt

C

ad cauſandam coagulationem: ſed ipſum humidum quod coagulatur: & ecōuerſo: ſemper ſimiliter ſe habet quantum ad hoc, quod neq; componuntur partes neq; adduntur vel diuidūtur, neq; mutant ordinē vel ſitum. Patet ergo quod prædicta opinio deſtruit alterationem. Deinde cum dicit.

Alcyo.

Preterea iſdem auctores rationem auctionis, & diminutionis conuellunt. nam queuis pars maior non efficitur: ſi talis adiectio probetur: & totum non cōmutetur uel noua rei admiſtione: ut alimenti, uel mutatione: quam res per ſe patiatur: ut cum aqua in aerem tranſit. Hec ita de mutua ratione, qua aliquid tum gignat, & agat: tum gignatur, & patiatur: & de modo, quo illud fiat: & quo fieri nō queat: ut nonnulli aiunt, que probata, & explicata proponeremus,

D

habuimus.

Antiqua.
Tex.cō.81.

Amplius autem neq; augumentationem poſſibile eſſe & diminutionem. Non enim quodcunq; erit factum maius ſiquidem ſed erit appoſitio & non eſſe tranſmutans mixto: aut aliquo aut ſecundum ſe tranſmutante. Quid igitur eſt generare & facere: & generari & pati adinuicem: & quomodo contingit: & quomodo inquiunt quidam: non contingit autem determinatum ſit hoc modo.

Oſtendit & quod deſtruit augumentum. In augumentatione enim oportet quod augeatur quælibet

Tex.cō.82.

pars eius quod augetur (vt ſupra dictum eſt.) Sed ſi augumentum fiat per additionem atomorum: vt ipſi dicunt: non erit augumentatio: ſed quædam appoſitio corporis ad corpus: non ex hoc quod quælibet pars iſtius compoſiti augumentatur. Item in augumētatione oportet quod augumentans ſiue aduenions augumentato tranſmutetur in naturam eius. Et quod ipſum totum quod augetur, tranſmutetur ab eo quod ſibi aduenit de minori quantitate in maiorem quantitatem. Sed per additionem corporum atomorum ipſum totum non erit tranſmutans, ideſt non tranſmutabitur alio mixto, ideſt aliquo corpore indiuiſibili ſibi addito, non tranſmutante ipſum de minori quantitate in maiorem. Et ipſum totum non erit ſecundum ſe tranſmutans, ideſt non tranſmutabit corpora indiuiſibilia quæ ſibi aduenīunt & remanent incorrupta. Vnde ſignanter dixit alio mixto: quia talia corpora non miſcentur adinuicem. ſicut grana frumenti in modio. Vltimo epilogat. & patet in litera.

E

Alcyo.
F

Reſtat, ut ſimili ratione: & uia de admiſtione diſputatio inſtituatur: hoc enim tertium tenebat locum inter ea, quæ exponi oportere iam ante proponebamus. Atq; conſiderandū eſt, quid admiſtio, & commiſtile ſit: & quibus in rebus & quomodo fieri ſoleat. item ſit ne admiſtio: an falſum ſit, eam eſſe credere.

Antiqua.
Tex.cō.82.

Reliquum autem uidendum de mixtione ſecundum eundem modum methodi. Hoc enim erat tertium propoſitorum a principio. Scrutandum autem eſt quid mixtio: & quid miſcibile: & quibus exiſtit entium: & quomodo. Amplius autem utrum ne eſt mixtio: an hoc mendacium.

Lectio. XXIIII.

Sermo de mixtione.
G

POSTQVAM Philoſophus determinauit de tactu & de facere & pati quæ ſunt neceſſaria ad generationem. Hic determinat de mixtione quæ fuit tertium eorum de quibus ſupra promiſerat ſe dicturum. Eſt enim etiam mixtio neceſſaria ad generationem eorum quæ ex elementis generantur. Quando enim fit generatio ſimplicis elementi: tunc nulla fit mixtio. Circa hoc ergo duo facit: primo manifeſtat intentionem ſuam. ſecundo proſequitur intentum. ibi. {Impoſſibile eſt enim alterum.} Dicit ergo primo quod poſt prædicta reſtat nos videre de mixtione ſecūdum eundem modum methodi: & ideo quia mixtio, hoc erat tertiū eorum quæ ponit tractāda. Quid autem intendat per hoc quod dixit ſecundum eundē modum methodi. declarat cum ſubdit: quod perſcrutandum eſt quid eſt mixtio: & quid miſcibile: & quibus exiſtit entium, ideſt quæ contingit miſceri: & videndum quomodo fiat: & ſi ſit mixtio, vel vtrum ſit mendacium mixtionem fieri: quia hoc modo ſupra quæſiuit de alijs. Deinde cum dicit.

H
Alcyo.

Quia fieri non poteſt, ut alterum alteri admiſceatur: quemadmodum nonnulli aiunt: quod cum permiſta, integra adhuc: alterataq; non ſit: nihil magis nunc miſtum eſſe cenſeant, quam antea: immo uero ſimili ſe habere modo. At ne ſi alterum quidem perierit, admiſtionem factam aſſerūt: immo unum eſſe, alterum non eſſe inquiunt: permiſtionem autem eorum eſſe: que ſimiliter ſe habeant: eodemq; modo dicendum ſit uel ſi ex duobus que una coeunt: utrunq; eorum, que permiſcentur, in interitum trahatur: nam que nulla omnino ſunt in admiſtionem non recipiuntur.

Antiqua.

Impoſſibile eſt enim alterum altero miſceri: quemadmodum dicunt quidam entibus quidem adhuc mixtis & non alteratis: non magis nunc mixta eſſe q̃ prius inquiunt. Sed cū

I *ſimiliter ſe habere. Altero autem corrupto non mixta eſſe: ſed hoc quidem eſſe: hoc autem non eſſe: mixtionem autem ſimiliter habentium eſſe. Eodem modo & ſi ambobus conue nientibus corruptum eſt alterutrum mixtorum. Non enim eſſe mixta nullatenus entia.*

Proſequitur intentum. & circa hoc duo facit. primo pertractat vltimam quæſtionẽ ſcilicet an mixtio ſit. Secundo penultimam quæſtionem ſcilicet quomo Tex.cõ.85. do mixtio fiat. ibi. {Continuam autem his.} Alias autem quæſtiones non proſequitur: quia ex cognitione iſtarum reliquæ innoteſcunt. Circa primum duo facit. primo ponit rationes oſtendentes mixtionem nõ Tex.cõ.83. eſſe. ſecundo ſoluit eas. ibi. {Hic quidem videtur ſermo. Dicit ergo primo ꝙ ſunt quidam dicentes nõ eſſe An mixtio ſit K poſſibile mixtionem fieri & ad hoc probandum vtebantur tali ratione. Quando mixtibilia veniunt ad mixtionem aut manẽt; ſicut prius in forma & ſpecie: aut non manent ſed corrumpuntur ambo vel alterũ; ſi ambo manent in forma & ſpecie: ſicut prius: & non alterantur: tunc non ſunt magis mixta ꝗ prius: ſed cõſequenter ſe habent. Si autem alterum corrumpatur nec etiam tunc erit mixtio: ſed corruptio vnius & cõſeruatio alterius nõ corrupti. ſi autem ambo inuicem corrumpuntur: tunc etiam non erit mixtio: quia non poſſunt eſſe mixta quæ nullo modo ſunt entia. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Et certe talis oratio: quæ diſceptationem continet utrũ admiſtio rerum incolumium: an labefactarum ſit: rationem* L *præfiniendi exquirere uidetur: quo admiſtio a generatione, & interitu differt: & res ipſa cõmiſtilis a genita, & diſſipabili: quæ oĩno differre debet, ſiquidẽ eſt. Ex perſpicua igitur horũ præceptione quæ ambigue propoſita ſunt, facile explicari poterunt: etenim ligna cum igni non commiſcentur. nec quotieſcunq; ardent: nec illa copioſiora in flamma inter ſe cõmiſcentur: quemadmodũ nec igni intermiſcentur: ſed ignẽ potius oriri dicimus: & ligna cõfici, atq; conſumi.*

Ant'qua. *Hic quidẽ uidetur ſermo quærere quid differt actu mix*Tex.cõ.83. *tio a generatione & corruptione: & quid miſcibile a generabili & corruptibili. Manifeſtum enim ꝙ oportet differre ſi eſt mixtio. Quapropter his entibus manifeſtis quæſita* M *ſoluẽtur utiq;. At uero neq; materiam igni miſceri dicimus: neq; miſceri cum exardent. Neq; ipſam ipſis particulis neq; igni: ſed ignem quidem generari: hanc autem corrumpi.*

Determinat propoſitam quæſtionem: & quia ratio negantium mixtionem eſſe: quærit differentias mixtionis & generationis & miſcibilis & generabilis. Ideo Philoſophus primo oſtendit differentiam eorum adinuicem & mixtionis ad alios modus: ſecũ Tex.cõ.84. do ſoluit ſecundum propriam opinionem. ibi. {Quoniam autem ſunt hęc quidem potentia.} Circa primũ duo facit. primo ponit differentiam mixtionis & generationis. ſecundo mixtionis ad augumentum & alterationem. ibi. {Secũdum autem modum eundem.} Dicit ergo primo, ꝙ ſermo eorum qui negant mixtionem fieri videtur quęrere differentiam mixtionis & generationis. Quęrit etiam in quo differt miſcibile a generabili & corruptibili. Manifeſtum enim eſt, ꝙ ſi eſt mixtio, oportet eã differre ab alteratione & augumẽto & generatione quæ ſunt mutationes ad formam: & quando iſta differentia erit manifeſta tunc ſoluetur quæſtio. Ponit ergo differentiam mixtionis & generationis cũ dicit. At vero neq; materia dicens ꝙ materia non dicitur miſceri generabili: ſed potius effici actu per formam: nihil enim aliud ad generationem requiritur ſecundum Ariſto. in quinto meta. Tex.cõ.15. niſi agens reducens materiam præexiſtentem in potẽtia ad actum. Vnde in octauo metaphy. dicit ꝙ non Tex.cõ.15. eſt alia cauſa quare partes diffinitionis ſunt vere vnũ: niſi agens quod reduxit ad actum quod prius erat in potentia. materia enim in qua generatur ignis: non dicitur miſceri igni, nec etiam formæ ipſius. Similiter non dicimus ignem miſceri lignis cum ardet ea: nec etiam dicimus ꝙ materia ignis miſceatur particulis ignis: neq; ipſi igni: ſicut dicimus ꝙ vnum miſcibile O miſcetur particulis alterius miſcibilis, & ipſi miſcibili. Sed dicimus materiam ignis ſicut ligna vel aliud corrumpi: ignem autẽ generari. Ex quo manifeſte poteſt concludi, ꝙ mixtio nõ eſt generatio neq; corruptio. Deinde cum dicit.

Illud etiam pariter teſtatum uolumus alimoniam cum Alcyo. *corpore per admiſtionem haud coaleſcere: nec figurationem cum cera commiſtam corpus figurare nec candorem talem eſſe: cum in corpus inducitur & allinitur. Deniq; nec affectiones, nec habitus ulla ratione rebus cõmiſceri: quoniam integri obſeruantur, & incolumes. Candor item, & diſciplina: & quæ ſemoueri non queunt: ſunt ab ipſa permiſtione aliena. Sed qui omnia aliquando ſimul concreta commiſtaq; fuiſſe defendunt, ne hoc quidem recte ſcribunt: nec* P *enim quodcunq; cum quocũq; commiſceri poteſt: ſed utrũque cõmiſtum diſcluſum: nullaq; iunctione teneri oportet; inter affectiones porro nulla omnino diſtrahitur.*

Secundum autem modum eundem neq; corpori cibum: Antiqua. *neq; figuram ceræ mixtam: neq; figuræ tumorem: neq; corpus & album. Neq; totaliter paſſiones & habitus poſſe eſſe mixta rebus. Saluata enim uidentur: ſed tamen neque album & diſciplinam contingit miſceri: neq; aliud non ſeparabilium aliquod. Sed de hoc dicunt quidam non bene qui omnia quandoq; ſimul eſſe dicunt & mixta eſſe. Non* Non oẽ oĩ eſt miſcibile. *enim omne omni miſcibile: ſed oportet exiſtere ſeparabile utrunq; mixtorum. Paſſionum autem nulla ſeparabilis.*

Ponit differentiam mixionis ad alios motus. & pri Dĩa mixtionis ab alijs motibus. Q mo ad augumentum dicens ꝙ ſecũdum eundum modum nõ dicimus cibũ miſceri corpori cibato: quia cibus tranſit in dominans corpus; quod manet ſecũdum formam. Sed neutrũ miſcibilium ita manet: ſicut corpus cibatum ſcilicet indiuiſum & ſpecie nullo modo alteratum: ſic patet ꝙ mixtio differt ab augumento. Differt etiam ab alteratione: ſicut primo patet in artibus: non enim dicimus figuram miſceri ceræ, nec figuram miſceri quantitati ſiue tumori: quia vtrunq; manet indiuiſum a ſpecie nullo modo alteratũ. Idem oſtendit in alterationibus naturalibus. non enim dicimus ꝙ albedo miſceatur corpori quando corpus fit album: & vniuerſaliter nulla paſſio & nullus habitus miſcetur alijs rebus: ſed ſunt in eis ſicut in ſubiecto. Et ratio huius eſt: quia ambo ſcilicet tam accidẽs ꝗ ſubiectum videtur eſſe ſaluata & non alterata: ſimiliter nullum accidens miſcetur alij accidenti. Et vniuerſaliter nullum quod non cõtingit ſeparari, & per ſe exiſtere

poteſt

A poteſt miſceri: quia omnia miſcibilia primo ſunt ſepa
rata: & poſt mixtionem ſeparari poſſint. Et propter
Anaxa. & ſequaces. hoc non bene dixerunt aliquãdo omnia fuiſſe ſimul:
ſicut dicitur in primo phyſicorum. Non enim omne
T. cõ. 32. & 33. cuilibet miſcetur. Sed oportet miſcibilia eſſe talia:
quorum vtrunq; poſſit ſeparari: paſſio autem nulla
eſt ſeparabilis: & ideo nec miſcibilis. Deinde cũ dicit.

Alcyo. *Et quoniam eorũ, que ſunt alĩ poteſtate, alia actu nitũtur: uſu uenit que in miſtionem recipiuntur: quodammodo eſſe, & non eſſe. Actu cum id, quod ex illis ipſis conflatum eſt, diuerſum agnoſcitur: poteſtate, cum aliquid ſit utruſq; eorum: que ante miſtionem fuerunt, nec labefactata ſunt: hoc enim ex ſuperioribus uerbis in cõtrouerſiam ueniebat:*
B *cum tamen que commiſcentur ex ante diſiunctis: atq; eiuſmodi: ut rurſus diſiungi poſſint, uideantur coire. Nec uero actu remanent: ut corpus, & candor: nec alterũ: aut utrũq; deletur: quia eorum ipſorum facultas ſalua præſtatur: ideo has controuerſias miſſas faciamus*

Antiqua. Tex. cõ. 84. *Quoniam autem ſunt hec quidem potentia: hec autem actu entiũ contingit mixta eſſe aliqualiter & non eſſe. Actu quidem ente aliquo generato ex ipſis: potẽtia autem adhuc utroq; que erãt antequam miſcerentur & non partita. Hic autem ſermo queſiuit prius. Videntur enim que miſcentur prius ex ſeparatis conuenientia & poßibilia ſeparari rurſus: neq; manent igitur actu ut corpus & album: neq; corrumpuntur. neq; alterum: neq; ambo. ſaluatur enim uirtus*
C *eorum. Ideo hec quidem derelinquantur.*

Q̃ño miſcibilia ſunt in mixto poſt mixtionem. Soluit prædictam quæſtionem dicens: ꝙ entium
quædam ſunt entia in potentia & quędam in actu. Vn
de mixta poſtquam mixta ſunt contingit aliqualiter
eſſe & aliqualiter non eſſe in mixto. Sunt enim ibi in
potentia ſaluata tamen virtute eorum: ſed nõ ſunt ibi
actu. Ipſum enim generatum eſt aliud ab ipſis miſci-
bilibus ſiue mixtis: & eſt in potentia ipſa miſcibilia:
quæ ante mixtionem ſunt ſeparata. ita contingit poſt
mixtionem ſeparari: licet in mixto non ſint abinuicẽ
diuiſa: & hoc eſt quod ſermo habitus ſiue ratio ne-
gantium mixtionem quæſiuit ſcilicet quomodo ele-
menta manerent in mixto. videmus enim ꝙ ea quæ
miſcentur cõueniunt ex prius ſeparatis; & poſtquam
conueniunt rurſus ſeparabuntur: quia leuia aliquãdo
Mixta ſunt in mixto pręter naturam. aſcendent & grauia deſcendent. Cum enim elementa
quæ ſunt in mixto ſint ibi præter naturam: quia ſunt
extra propriam regionem: vt dicitur ſecundo de cœ-
D lo: ꝙ autem eſt præter naturam non poteſt eſſe ſem-
piternum: neceſſe eſt ipſa ſeparari. non ergo manent
elementa in mixto actu ſine aliqua alteratione: ſicut
corpus album: nec ambo nec alterum corrumpuntur
omnino: ſicut in generatione & corruptione: ſalua-
tur enim virtus eorum. Ad euidentiam autem huius
Digreſſio pulcherrima quæſtionis duo ſunt conſideranda; ſuper quę iſta quę-
ſtio eſt fundata. primum eſt qualiter elementa veniãt
ad mixtionem. ſecundum eſt: quomodo elemẽta ſunt
Q̃d elẽta veniãt ad mixtionem naẽr. in mixto. Circa primum ſciendum eſt, ꝙ ſecundum
dicta Philoſophorum. primum mouens elementa ad
mixtionem eſt immiſcibile: & hoc eſt ipſum cœlum
ſiue aſtra lata in ipſo: quod eſt diuerſum a natura qua-
tuor elementorum: vt probatum eſt in primo de cœ-
T. c. 12. 17. lo & mundo. Nam ſicut oſtendit Philoſophus in pri-
T. c. primi mo methaurorum. iſte mundus quatuor elementorũ

eſt de neceſſitate continuus, ideſt contiguus ſuperio- B
ribus motibus, vt omnis ipſius virtus gubernetur in-
de: quia illud oportet putare primam cauſam quod
omnibus eſt principium motus. tale autem eſt ipſum Pria cã cœlũ
cœlum: & ideo ibidem ſubdit, ꝙ cauſa eorum quę ac-
dunt circa ignem, terram, & alia elementa, eſt virtus
eorum quæ ſemper mouentur. Vnde in eodem dicit
ꝙ ſphera ignis mouetur circulariter: & etiam ſphera
aeris: licet non tota: per raptum firmamenti. Habent Sphere cœli hñt ſpãles effectus.
etiam alię ſtellę ſpecialem effectum in aliquibus ele-
mentis: ſicut ſphera ſolis in qua eſt effectus caloris eſt Sphera ſol mouet ignẽ
nata mouere ignem: & ſphera lunę eſt nata mouere lune, aquam
aquam ſicut ad ſenſum patet: alię autem ſpherę vide- alię. s. aerẽ.
licet planetarum natæ ſunt mouere aerẽ: & ideo aer
tot diuerſis motibus mouetur. Eſt enim in aere frigus
congelatiuum ex ſphera ſaturni. & eſtus ex ſphera F
martis. & temperies in calido ex ſphera Iouis. & tem-
peries in frigido ex ſphera veneris. commiſcibilitas
& paſſibilitas facilis ex ſphera mercurij. Sphera autẽ Sphera ſtellarũ fixarũ mouet terram.
ſtellarum fixarum quæ eſt ſecunda, in qua ſunt multæ
imagines & figuræ mouet terram. vnde & in ipſa fi-
gurãtur imagines multæ in generatis. Licet ergo ele-
menta leuia non deſcendant ex ſe nec grauia aſcendãt
ex ſe; tamen ex motoribus vniuerſalibus ordinanti-
bus motum aliquando deſcendunt leuia: & aſcendunt
grauia. Huiuſmodi autem conueniens exemplum eſt
in qualitatibus actiuis & paſſiuis corporis animati.
Non enim in animali ſemper mouetur calidum ſecũ-
dum naturam ignis: nec agit actum ignis omnino: ſed G
potius mouetur in id ad quod dirigitur ab anima: &
agit ad terminum & finem intentum ab ea: ſicut Phi-
loſophus dicit contra Empedo. in ſecundo de anima. Tex. cõ. 37.
Cum autem motus cœli: & opus naturæ ſit opus in-
telligentiæ; vt dicit Philoſophus: non ſemper ſequun-
tur elementa proprium impetum ſui motus: ſed ali-
quando mouebuntur in id ad quod per voluntatem
intelligentiæ dirigentur: ſiue per virtutem ſtellarum;
ſi de propinquo ſiue inſtrumẽtali motore loquamur.
Hoc autem manifeſtum eſt per exemplum de vapo-
re terreſtri eleuato a terra: ſicut dicitur in primo me- Cap. 4.
taphy. qui per virtutem ſolis aſcendit ad calidam re-
gionem aeris. Et de vapore humido & aquoſo ſimili-
ter aſcendente. vnde cum in aere ſint quædam partes
ignite & aereę & aqueę & terreę mouentur a ſe inui-
cem aſcendendo & deſcendendo. Quod autem ignis Q̃d ignis ſit in aere.
ſit in aere. patet per Philoſophum in primo metaphy.
Dicit enim ꝙ ambitus ignis per aerẽ frequenter ſpar- H
gitur motu, ideſt per virtutem cœleſtis motus: & fer-
tur violẽtia deorſum: & ideo ſunt aliquæ partes ignis
& in rore & in vaporibus pluuialibus deſcendenti-
bus: quas vapores accipiũt in regione aeris calefacta:
& ideo aquæ pluuiales ſunt vaporoſæ & calidæ. Et Niue deſcẽdẽte ceſſat intẽſio frigoris
hæc etiam eſt cauſa ꝙ niue deſcendente non eſt tanta
intenſio frigoris; ſicut in alijs hyemalibus tempori-
bus. Sic ergo cum pluuia & rore & alijs hiuſmodi de
ſcendunt partes ignite ad locum mixtionis. Ex his pa-
tet ꝙ ad mixtionem nõ mouet violentia: ſed natura:
& ideo mixtio non eſt violenta ſed naturalis. Circa Q̃ño elẽta
ſecundum autem diuerſi diuerſimode opinãtur. Sunt ſint in mixto
enim quidam dicentes ꝙ qualitatibus actiuis & paſſi- Aui. qui ponit Auer. 3.
uis ad mediũ redactis aliqualiter ꝑ alterationẽ formę cœli. cõ. 67.
generales elementorum manent in mixto: quia ſi non
manerent corruptio quædam erit in mixto. Rurſus

I etiam quia aliter ſimplicia corpora, elemetorum rationem amitterent. Eſſnẽ quid. Elementum enim eſt ex quo componitur aliquid & eſt in eo: vt dicitur. 5 metaph. Tex.cõ.4. Impugnatio huiu. opi. Sed iſta opinio eſt impoſſibilis Impoſſibile enim materiã, ſecundum idem: diuerſas formas elementorum ſuſcipere. Si igitur in corpore mixto formæ ſubſtantiales elementorum ſaluarẽtur: oportebit diuerſis partibus materię eas ineſſe: materia autem diuerſas partes accipere eſt impoſſibile: niſi præintellecta quantitate in materia. ſublata enim quantitate materia indiuiſibilis permanet: ſicut patet in primo phyſi. Ex materia autẽ ſub quantitate exiſtente, & forma ſubſtantiali aduenienté, corpus phyſicum conſtituitur. Diuerſæ igitur partes materiæ formis elementorum ſubſiſtentes plurium corporum rationem ſuſcipiunt. Multa autẽ corpora impoſſibile eſt eſſe ſimul. K Nõ igitur in qualibet parte corporis mixti erunt quatuor elementa: & ſimiliter non erit vera mixtio: ſed ad ſenſum ſicut accidit in congregatione corporum inſenſibilium propter paruitatem. Præterea quælibet forma ſubſtantialis propriam diſpoſitionem acquirit in materia: ſine qua eſſe non poteſt. vnde altera eſt via ad alterationem: altera ad corruptionem. Impoſſibile autem eſt eandẽ eſſe diſpoſitionem quam requirit forma ignis: & quã requirit forma aeris vel aquæ: ſed ſunt contrariæ: contraria autem eſſe non poſſunt in eodem ſubiecto. Impoſſibile eſt igitur quod in eadẽ parte mixti ſint formæ ſubſtantiales ignis & aquæ. Si igitur mixtio fiat remanẽtibus formis ſimplicium corporum. ſequitur quod non ſit mixtio: ſed ſolum ad ſenſum. q. iuxta ſe poſitis partibus inſenſibilibus propter paruitatem.

L Alia opinio Auer. 3. cœli cõmen. 67. Quidam vtriuſq; rationes vitare volentes in maius inconueniens inciderunt: vt enim mixtionem ab elementorum corruptione diſtinguerent: dixerunt formas ſubſtãtiales elementorum aliqualiter remanere in mixto. Sed rurſus ne cogerentur mixtionem ad ſenſum: & non ſecundum veritatem ponere: poſuerunt quod formæ elementorum non manent in mixto ſecundum ſuum complementum: ſed in quoddam medium reducunt. Dicunt enim quod formæ elementorum ſuſcipiunt magis & minus & habent contrarietatem adinuicem: & quia hæc manifeſte repugnant cõmuni opinioni & dictis Ariſtotelis dicentis in prædicamentis, Caþ. de ſuba quod ſubſtantiæ nihil eſt contrarium: & quod non recipit magis & minus. M Vlterius procedũt dicentes quod formę elemẽtorum ſunt imperfectiſſimę: vtpote materiæ primę propinquiores. vnde ſunt mediæ inter formas ſubſtantiales & accidẽtales. Et ſic inquantum accedunt ad naturam formarum accidentalium magis & minus ſuſcipere poſſunt. Impugnatio huius opi. Hæc autem poſitio multipliciter improbabilis eſt. primo quia eſſe aliquid medium inter ſubſtantiam & accidens eſt omnino impoſſibile: eſſet enim aliquid medium inter affirmationem & negationem. proprium enim accidentis eſt in ſubiecto eſſe: ſubſtantiæ vero in ſubiecto non eſſe. formæ autem ſubſtantiales ſunt quidẽ in materia ſed non in ſubiecto. Nam ſubiectum eſt hoc aliquid: forma autem ſubſtantialis eſt quæ facit hoc aliquid: non autem præſupponit ipſum. Item ridiculum eſt dicere medium eſſe inter ea quæ non ſunt vnius generis: Tex.cõ.22 vt probatur in 10. meta. medium enim & extrema ex eodem genere eſſe oportet: nihil ergo medium eſſe poteſt inter ſubſtantiã & accidens. Vnde impoſſibile eſt formas elementorum ſuſcipere magis & minus. N Omnis enim forma recipiens magis & minus eſt diuiſibilis per accidens: inquantum ſcilicet ſubiectum poteſt eam participare vel magis vel minus. Secundum autem id quod eſt diuiſibile vel per accidẽs vel per ſe, contigit eſſe motũ continuum. Vt patet in. 6. phyſi. ſi igitur formæ ſubſtantiales elementorum ſuſcipiunt magis & minus: tam generatio q̃ corruptio erit motus continuus: quod eſt impoſſibile. Nam motus continuus non eſt niſi in tribus generibus ſcilicet in quantitate, qualitate, & vbi. Oportet igitur alium modum inuenire: quo & veritas mixtionis ſaluetur: & tamen elementa non totaliter corrumpantur: ſed aliqualiter in mixto remaneant. Opi propria. Conſiderandum eſt igitur quod qualitates actiuæ & paſſiuæ elementorum contrariæ ſunt adinuicẽ: & magis & minus recipiunt. O Ex contrariis autem qualitatibus quæ ſuſcipiunt magis & minus conſtitui poteſt media qualitas quæ ſapit vtriuſq; extremi naturam: ſicut palidum inter album & nigrum: ſic igitur remiſſis excellentiis elemẽtorum qualitatum cõſtituitur ex eis quædam qualitas media, quæ eſt propria qualitas corporis mixti: differens tamen in diuerſis ſecundum diuerſam mixtionis proportionem: & hæc quidem qualitas eſt propria diſpoſitio ad formam corporis mixti: ſicut qualitas ſimplex ad formam corporis ſimplicis. Sicut igitur extrema inueniuntur in medio quod participat naturam vtriuſq;, ſic qualitates ſimplicium corporum inueniuntur in qualitate corporis mixti. Qualitas autẽ ſimplicis corporis eſt quid aliud a forma ſubſtantiali: P ipſius: agit tamen virtute formę ſubſtãtialis: alioquin calor calefaceret tãtum: non autem forma ſubſtãtialis educeretur in actum, cum nihil agat ſupra ſuã ſpeciem. Sunt igitur virtutes formarum ſubſtantialium ſimplicium corporum in corporibus mixtis: nõ actu ſed virtute. Et hoc eſt quod dicit Philoſophus. nõ manent igitur elementa ſcilicet in mixto, actu, vt corpus album: nec corrumpuntur nec alterum nec ambo: ſaluatur enim virtus eorum.

Alcyo. *Et annexam diuidamus quæſtionem: utrum permiſtio commodum facta ſit: cum res quæ in miſtionem ueniunt: ita minutatim ſecentur: & inter ſe collocentur: ut nulla earũ ſub ſenſum cadat, an ſenſus fide hæc decernenda non ſint: ſed tum miſtionem factam aſſerere oporteat: cum ſingulæ rerum permiſtarum partes iuxta ſingulas partes ponantur.* Q *Illo quidẽ modo res perinde cõficitur: ut ordeũ tritico miſcetur: cũ quoduis granũ cuiuis grano proximum adhæret.*

Antiqua. Tex.cõ.85. *Continuam autem his quæſtionem dicendum utrum ne mixtio ad ſenſum eſt ut quando ita in parua diuidũtur quæ miſcentur & ponuntur adinuicem hoc modo: ut non manifeſtum ſit ſenſui unumquodq;: tunc mixta ſunt. Aut non ſunt. Sed eſt ut quæcunq; ſecus quancunq; ſit particulam mixtorum: dicitur enim ſic illo modo. uerbi gratia ordeum mixtum frumento: quando quodcunque ſecus quodcunque ponetur.*

Lectio. XXV.

POSTQVAM Philoſophus determinauit mixtionem eſſe: hic determinat quomodo fiat mixtio. Et circa hoc duo facit. primo ponit opiniones aliorum de modo mixtionis. ſecundo ponit opinionem propriam. ibi. {Sunt itaq; vt diximus.} Tex.cõ.87. Circa primũ duo facit. primo ponit opiniones aliorum. ſecundo

reprobat

A reprobat eas.ibi. {Si autem eſt omne corpus.} Circa primum ſciendum eſt, quod de modo mixtionis duplex fuit opinio. Vna fuit quod tunc ſolum mixtio fiat quãdo miſcibilia diuidantur in tam minima ſecundum quantitatem, quod ſenſus ea percipere non poteſt: & quando illa minima fuerint ſecus inuicem poſita non alterata: tunc dicunt fieri mixtionem: & hanc opinionẽ primo ponit Philoſophus. Secundam opinionem ponit.ibi. {Aut non ſunt} Quæ fuit talis. Quod cum miſcibilia ſunt diuiſa: non ita ut ſiſtat diuiſio minima ſecundum ſenſum: ſed ſiſtat in minima ſecundum materiam ſcilicet quod non ſit accipere minus quod ſeruet materiam & operationem miſcibilis. Conueniunt enim ambæ iſtæ opiniones: quod dicunt mixtionem eſſe ſecundũ minima. Sed differunt: quia prima ponit minima quo ad ſenſum ſecunda minima ſecundum materiam. Di-

Expõ literæ. B citergo Philoſophus quod dicendum eſt & determinandum continuam quæſtionem ſcilicet ſi ita ſit: vt dicit prima opinio: vel ſicut dicit ſecunda quæ dicit ſcilicet quod diuiſo corpore in minima ſimpliciter: quælibet pars eius eſt ſecus quancunq; partem alterius. Dicitur enim ſic a quibuſdam. verbi gratia ſicut ſi diceremus ordeum mixtum cum frumẽto: licet enim illa diſcernantur: tamen ſunt minima ſui generis. Et ad ſimilitudinem iſtorum dicunt fieri mixtionem elementorum: quando in minima ſimpliciter diuiſo elementos quælibet pars vnius eſt iuxta partẽ alterius. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Quod ſi corpus quodcunq; diuiduum ſit, & corpus: quod corpori admiſceri poßit: ſimilarem habeat naturam: quamuis partem iuxta quamuis partem collocatam eſſe oportebit. Sed cum minutatim ſecari non queant: cumque*

C *admiſtionis, & coagmentationis non eadem: ſed omnino diuerſa ſit natura: conſtat aſſerendum non eſſe: quæ commiſcẽtur partes minutas ſeruantia coire: quandoquidem coagmẽtatio, non temperatio: aut permiſtio eſſet: nec pars cum toto eadem conueniet ratione. Nam id, quod in admiſtionem recipitur: ſimilare eſſe oportere cenſemus, modo in admiſtionem queratur, ut in aqua intelligitur: cuius ſyncere partem, aquam dicimus: & permiſtæ partem permiſtam, & confuſam. Verum ſi permiſtio eſſet per minima coagmentatio, nihil horũ eueniret: ſed duntaxat ſenſu admiſta eſſent.*

Antiqua. *Si autem eſt omne corpus diuiſibile: ſi eſt corpus corpori miſcibile omiomeros: Quancunq; uti oportebit partem*

Tex.cõ.86. *fieri ſecus quancunq;. Quoniam autem non eſt in minima diuiſio. Neq; compoſitio idem & mixtio ſed aliud: manife-*

D *ſtum quod neq; ſecundum parua ſaluata oportet quæ miſcentur dicere mixta eſſe Compoſitio enim erit & non praxis: neq; mixtio. Neq; habebit eandem rationem cum toto pars. Dicimus autem oportere ſi mixtum eſt aliquid: mixtum omiomerum eſſe. Vt quemadmodum aquæ pars aqua: ita & tẽperati. Si autem ſecundum parua cõpoſitio eſſet mixtio: & nihil cõtingeret horũ: ſed ſolũ quidem mixta ad ſenſum.*

Deſtruit prædictas opiniones: & primo per rationem communem ambabus. Secundo per rationem propriam. ibi. {Et idem huic.} Dicit ergo primo. Si omne corpus eſt diuiſibile: ſi corpus corpori eſt miſcibile: de ratione mixturę eſt quod quælibet pars vnius miſcibilis ſit omiomera: & oportet quod quælibet pars ſit iuxta quamlibet partem alterius miſcibilis. Quoniam autem mixtio non eſt compoſitio diuiſorum in minima latentia ſenſum: ſicut dicebat prima opinio: nec etiam ſicut dicebat ſecunda. manifeſtum eſt quod non erit mixtio ſecundum parua ſaluata in ſpeciem & virtutem: quia tunc eſſet potius quædam compoſitio: & non mixtio: nec haberet quęlibet pars eandem rationem cum toto. Nos autẽ dicimus quod ſi eſt aliquod mixtum oportet ipſum omiomerum, idest eiuſdem rationis in parte & in toto. Et ſicut quęlibet pars aquæ eſt aqua: ita quælibet pars mixti eſt mixtum. Si autem mixtio eſſet compoſitio ſecundum parua. vt dicebat vtraq; opinio: licet differenter: nihil horum contingeret: ſed ſolum mixtio ad ſenſum: & non ſecundum veritatem. Deinde cum dicit. — E

M.xtũ omiõmerũ eẽ op.

Alcyo. F *Et idem omnino alij admiſtum uideretur: qui exquiſita oculorum acie non eſſet. Lynci uero nihil tale admiſtum occurreret. Iam neq; diuiſione admiſtio conficitur: quãdo ipſa magnitudinis diuiſio ita fieri non poteſt: ut ſingulæ partes iuxta ſingulas partes locentur. Ergo aut nulla admiſtio cõcedẽda eſt: aut iterũ differendũ: quomodo illa confici poßit.*

Antiqua. *Et idem huic quidem mixtum ſi non uidet quis acute: lynceo autem non mixtum uidebitur. Neq; diuiſione ut quæcunq; ſecus quancũq; pars. Impoßibile enim ita diuidi. Aut igitur non erit mixtio: aut dicendum eſt hoc quomodo contingit fieri rurſus.*

Ponit proprias rationes. Et primo contra primam opinionem dicẽs quod ſi hoc modo fiat mixtio: ſicut prima opinio dicebat: illud quod eſſet vni mixtum: puta ei qui videt acute: eſſe alteri non mixtum: puta

G lynceo videnti acute. Secundo arguit contra ſecundã opinionem.ibi. {Neq; diuiſione.} Dicens quod mixtio non eſt ex diuiſione minimorum: quia in minima ſimpliciter impoſſibile eſt diuidere corpus: ita quod in eis ſtet diuiſio. Si autem minima eſſent phyſica: tũc eſſet congregatio & non mixtio. Aut igitur mixtio non eſt: cum hi duo modi eſſe non poſſint. Aut rurſus dicendum eſt quomodo contingit mixtionem fieri. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Rerum, quæ ſubſtãt: ut inſcriptis ante relinquimus: aliæ agentes: aliæ ab his patibiles ſunt: propterea quæ eadem cõſtant materia: ea ipſa reciprocantur: mutuoq; agunt, & pãtiuntur: cum quæ illæſa: impatibilia quæ agunt, eandem non habeant materiam: quorum nullam etiam miſtionem eſſe*

H *dicimus. Quare nec medicina corporibus miſta curat: nec contra ſalus corporibus miſta curat, inter agentia porro: & patibilia, quæ facile diuidi poſſunt: multa cum pauxillis: magna cum puſillis collocata nullã reddere poſſunt miſtionem: id tamen quod imperat, amplificant: alterum enim ad id, quod imperat recedit: ut gutta uini: quæ quidem mille aquæ pateris non admiſcetur: ſpecies enim uini difflatur: & in uniuerſam conuertitur aquam.*

Antiqua. *Sunt utiq; ut diximus entium: hæc quidem actiua: hæc*

Tex.cõ.87. *autem paßiua ab his. Hæc quidem igitur cõuertuntur: quorum eadẽ materia eſt: & actiua adinuicem & paßiua abinuicem. Hæc autem faciunt impaßibilia entia: quorum nõ eſt eadem materia. Horum quidem igitur nõ eſt mixtio: ideoq; neq; medicatiua facit ſanitatem: neq; ſanitas eſt mixta cor-*

I Tex.cō.88. Multi pauci adiūcta e cōtra nō faciūt mixtionē ſed augmētatiōes Gutta uini in 100000 amphoris aquę nō miſcetur,

poribus. Actiuorum autem & paſſiuorum quecunq; ſunt facile diuiſibilia. Multa quidem paucis & magna paruis compoſita non faciunt mixtionem: ſed augmentationem dominantis. Tranſmutatur enim alterum in dominans. Ideo gutta uini in mille millijs amphoris aque non miſcetur. Soluitur.n. ſpecies & tranſmutatur in oēm aquam.

Determinat de modo mixtionis ſecundum propriam opinionem: & primo præmittit quandam diuiſionem neceſſariam ad propoſitum oſtendendum dicens quod ſicut ſupradictum eſt: entium quædam ſunt actiua quædam paſſiua ab his ſcilicet actiuis: ſed iſtorum quædam communicant in materia: & talia in agendo & patiendo adinuicem conuertuntur. Quædam vero ſunt quorum non eadem materia eſt: & talium licet vnum agat: & reliquum patiatur non tamē in hæc conuertuntur adinuicem Secundo ibi. {Horū

K quidem igitur non eſt mixtio.} Proſequitur intētum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quæ non ſunt miſcibilia ſiue ex quibus non poteſt fieri mixtio. Secundo oſtendit quando: & ex quibus fiat mixtio. ibi.

Tex.cō.89. {Quando autem potentijs adequantur.} Tertio redit iterum ſuper primum: vt melius manifeſte: quæ

T.cō.89 fi. nullo modo ſunt miſcibilia. ibi. {Quando autem alterum.} Dicit ergo primo quod eorum quæ non communicant in materia non poteſt eſſe mixtio: & ideo licet medicina faciat ſanitatem: non tamen patitur a ſanitate: & ideo miſceri ibi non poteſt. Neq; ſanitas vel aliquod accidens miſcetur corporibus: & talia immiſcibilia ſunt ex ſui natura. Quædam autem licet ſint miſcibilia ex ſui natura: tamen per accidens miſceri non poſſunt. Et quæ ſint iſta declarat. ibi {Actiuorum & paſſiuorū} Dicēs quod ſi multa de genere actiuo-

L rum & paſſiuorum componantur: & magna paruis non faciunt mixtionem: ſed faciunt augumētum prædominantis: per cuius virtutem: alterum ſcilicet paucum vel paruum tranſmutatur in alterum prædominans. Et ideo gutta vini in mille millibus amphoris aquæ, non miſcetur cum ipſa aquæ: quia forma ſiue ſpecies eius tranſmutatur: & corrumpitur in totam aquam. Deinde cum dicit.

Alcyo. *At cum pari uirium præſidio æquabilitatr quodammodo tenentur: tum utrunq; ex ſua ipſius natura adimperans tranſit: in qua quidem motione non alterum: ſed medium: & cinnus efficitur. Ex ijs igitur: quæ ſcriptura perſecuti ſumus: intelligi poteſt: illa commiſtilia eſſe: quæ inter agen-*

M *tia re cōtraria afficiuntur: hæc.n. mutuā ſubeunt ꝑpeſſionē.*

Antiqua. Tex.cō.89 *Quando autem potentijs adequantur æqualiter: tunc tranſmutatur utrunq, in dominans in ſuijpſius natura: non generatur enim alterum ſed medium commune. Manifeſtum igitur quoniam hæc ſunt miſcibilia quæcunq; contrarietatem habent facientium. Hæc ſunt enim abinuicē paſſiua*

Oſtendit ex quibus & quando fiat mixtio: & circa hoc tria facit. primo oſtendit quādo: & ex quibus fiat mixtio Secundo oſtendit quæ faciliter miſcentur. ibi. {Et parua autem.} Tertio quæ difficulter. ibi. {Multū autem} Dicit ergo primo, quando potentiæ miſcibilium adequantur: tunc vnumquodq; miſcibiliū æqualiter dominatur: et vnūquodq; ad alterum tāquam ad dominans tranſmutatur: & vnumquodq; ex ſuijpſius natura ſecundum aliquid tranſmutatur. Nec tamen vno corrupto aliud generatur: ſed fit medium inde cōmune quod participat omnium uirtutes miſcibiliū coniunctorum. Manifeſtum eſt ergo quod hæc ſunt miſcibilia quæcunq; ſunt de numero facientium ſiue agentium: & habent contrarietatem: quia hæc ſunt adinuicem paſſiua: & hoc eſt primo quod requiritur in miſcibilibus. Contra hoc autem quod hic dicitur obijcitur a quibuſdam: quia ſic miſcibilium potentiæ adequantur: tanta eſt virtus reſiſtendi quanta eſt virtus ad agendum: & ita nec agent nec patientur adinuicē. Item obijciunt Auicen. & Algazel. dicentes quod ſi miſcibilia adequantur in mixto non magis inclinabitur illud mixtum ſurſum q̄ deorſum vel ad aliquā aliam loci differentiam: cum nullum ſit in ipſo prædominans elementorum: & adhuc ſequitur quod quilibet motus ſecundum triplum magis eſt violentus q̄ naturalis: & ſimiliter eſt de loco. Sequeretur etiam quod omnis mixtio eſſet vna. Et ita ex ſimilibus in quantitate & qualitate eſſent caro & oſſa & lapis & cætera mixta quod eſt impoſſibile. Ad quod dicendum eſt quod cū omnis mixtio naturalis ſit propter generationem: non ſic ſunt intelligenda verba Philoſophi quod in mixto ſit qualitas virtutem & potentiarum: vt prima ratio procedebat: nec etiam oportet quod ibi ſit æqualitas quantitatis ipſorum miſcibiliū. Sed eſt intelligendum quod ibi ſit æqualitas proportionis: quæ requirit formam generandam propter quam eſt mixtio. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta. Deinde cum dicit.

N

Miſcibilia ſūt actiua & paſſiua adinuicē.

Dubium.

Quia tria elmēta violenter mouerentur.

O

Solutio.

P

Alcyo. *Attamē puſilla puſillis appoſita magis commiſceri poſſunt: facilius enim & citius illorum meiſtudo eſt.*

Antiqua. *Et parua autem paruis poſita ſecus miſcentur magis. facilius enim inuicem & citius tranſeunt.*

Quę faciliter miſcētur. Oſtendit quæ faciliter & bene miſcentur dicens quod quando parua miſcentur paruis: tunc facilius fit mixtio: quia talia facilius & citius trāſeūt ꝑ ſe inuicem alterando. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Id tamen in maioribus tardius fieri ſolet. Quamobrem inter diuidua: eadēq; patibilia: quæcūq; facile definiri poſſunt, ea commiſtilia ſunt: quia nullo negocio talia in minimas ſecantur parteis. hoc enim in ratione facilis definitionis ſpectatur: qualia humida habentur: quæ item ſupra omnia corporum genera commiſtilia ſunt, propterea quod inter*

Q *diuidua humor maxime definitur, niſi lētus: tenaxq; ſit: quæ enim tali prædita ſunt natura corpulentiam augent.*

Antiqua. *Multum autem & a multo tardius hoc operatur. Ideo & bene determinabilia diuiſibilium & paſſiuorum miſcibilia. Diuiduntur enim hæc in parua facilius: hoc enim eſt bene determinabile eſſe. uerbi gratia humida miſcibilia maxime corporum. Bene determinabile enim maxime humidum diuiſibilium: ſi non uiſcoſum ſit. hæc etenim utiq; ampliorem & maiorem ſolum tumorem faciunt.*

Hūida ſūt bñ miſcibilia niſi ſint viſcoſa aut lubrica.

Oſtendit quæ tarde & de difficili commiſcentur dicens quod quādo multum miſcetur multo: tunc tardius & difficilius commiſcentur. & hoc ideo: quia difficilius adinuicem alterantur & tardius tranſeunt per ſe inuicem. Requiritur etiam ad facilem mixtionem

quod

A quod miſcibilia ſint bene terminabilia adinuicē paſſiua:& hoc ideo: quia bene terminabilia cū ſint ſubtilia & humida, facilius diuidūtur in parua, quę facilius cōmiſcētur q̃ magna: hoc.n. eſt bene terminabile q̄d eſt bene diuiſibile ī parua. verbi gratia humida q̄ ſunt, inter cętera corpora bene miſcibilia:& hoc ideo qa humidū inter alia corpora eſt magis diuiſibile in parua: niſi illud humidum ſit viſcoſum: quia ſicut dicitur in Tex.cō.28. quarto metheororum: partes humidi viſcoſi coniacent: ſicut glutinum: propter mixtum eis ſubtiliter ſiccum: quod apprehendit vndiq; humidum: & non ſinit elabi oleum. Quando vero aquæ admiſcetur: quia lubrica ſimul iunctat vel lubricū humido cōpoſitum; auget tumorem ſiue quantitatem: ſed non miſcetur ei: ſic quod quælibet pars eius alteret & alteretur ab eo ad mediam naturam mixti. Deinde cum dicit.

Vn̄ hūidū ſit viſcoſum.

Alcyo. *Sed cum alterum duntaxat, aut uehementer patibile ſit: alterum omnino leuiter tale ſit: id, quod ex utroq; permiſtū prodit: aut nihil amplius: aut paruum erit: ut ſtanno: atq;* B *aeri accidit: nonnulla enim habentur quæ ancipitem obtinent naturam: & quaſi inter ſe blęſa ſunt. Nam illa ipſa quodammodo admiſceri poſſe: quamuis leuiter, uidenter: quodammodo alterum ut capax: alterum ut forma habetur quod quidem his etiam uſu uenit: ſtannum enim cum quædā tanquam affectio aeris abſq; materia ſit obſcuratur: atq; pene euaneſcit cum fuerit miſtum: & ſuo tantummodo colore æs ipſum infecerit: alia quoq; eandem ſequuntur rationem.*

Antiqua. *Quando autem alterum ſolum paſsiuum erit: aut uehementer: hoc autem ualde parum: aut nihil amplius mixtum ex ambobus aut parum quod contingit circa ſtannum &* Tex.cō 90. *æs. Quędā enim balbutiuntur adinuicem & epa ſoterizāt. Videntur enim qualiter & mixta remiſſe. Etenim alterum* C *quidem ſuſceptibile: alterum autem ſpecies quod in his contingit: ſtannum enim ut paßio aliqua ſine materia æris pene euaneſcit mixtum omne colorans ſolum. Idem autem hoc contingit in alijs.*

Oſtendit iterum primum vt melius declaret quæ ſunt: quę nullo modo miſceri poſſunt dicēs quod quādo ſolum alterum eſt paſſiuum; ita quod non agat in alterum: talia nullo modo miſcentur: & hoc eſt quando miſcibilia non communicant in materia. Quando vero communicant in materia: ſed vnum vehementer agit & alterum vehementer patitur: & non tantum agit quantum primū: neq; talium poteſt eſſe mixtio: vel ſi eſt aliqua: parum relinquetur de eo quod D vehementer patitur; ſicut patet in ſtanno & ære. Si enim in ęre liquefacto miſcetur modicum de ſtanno; tunc ſtannum per vehementiam actionis æris euaporat: & nihil forte remanet: niſi calor quidam: & eſt ſimile balbutientibus qui vna litera prolata aliam diſtincte non differunt: idem etiam contingit in multis alijs. Deinde cum dicit. E

Quæ expoſuimus declarant miſtionem eſſe, & illius naturam: tū cur fieret: & quæ res commiſtiles eſſent. Siquidē nonnullæ tales ſunt: quæ eis ſtatuimus, quæ inter ſe patibiles ſint: & facile tum certis finibus contineri: tum diuiſioni mādari ſoleant: & eo magis, quod hæ commiſtæ neceſſario, nec delentur, nec poſſunt ſimpliciter eſſe, nec illarum permiſtio coagmentatio eſt: nec ſenſus fide tale mutationis genus comprobatur. immo uero commiſtilis res commodum eſt, cum naturam, obtinens: quæ facile definiatur, patibilis, & agens eſt: ac reliquis eiuſmodi rebus miſceri poteſt: nam commiſtilis res in ea conſiſtit: quæ cognominis ſit. Admiſtio uero F *eſt rerum commiſtilium per alterationem in unum coitio.* Alcyo.

Manifeſtum igitur ex his quæ dicta ſunt q. eſt mixtio: & quid eſt mixtio: & quare eſt: & quæ ſunt miſcibilia entium: quoniam ſunt quædam quaſi paßiua abinuicem & bene determinabilia & bene diuiſibilia. Hęc enim neq; corrupta eſſe neceſſarium quando mixta: neq; adhuc ſimpliciter eadem eſſe quæ prius. Neq; compoſitionem eſſe mixtionem eorum: neq; ad ſenſum. Sed eſt miſcibile quidem quodcunq; bene determinabile ens paßiuum fuerit & actiuum: & tali miſcibile eſt: ad omiomerum enim miſcibile. Mixtio autem eſt miſcibilium alteratorum unio. Antiqua. Mixtio quid.

Recapitulat quæ dicta ſunt de mixtione per quod etiam quarta quęſtio declaratur quæ fuit primo propoſita in principio huius capituli dicēs manifeſtū eſſe ex his quæ dicta ſunt: & quod eſt mixtio: & quid eſt: & quare eſt. Quia propter paſſionem & actionem contrariorum. Et dictum eſt etiā quæ ſunt miſcibilia: quando iſta paſſiua adinuicem: & bene terminabilia: & talia ſunt bene diuiſibilia. Dictum eſt etiam quod ad hoc quod ſit mixtio: neceſſariū eſt quod miſcibilia non ſint ſimpliciter corrupta: nec ſunt ſimpliciter eadem vt prius. Sunt enim corrupta quantum ad formas: & remanent quātum ad virtutem: vt ſupra oſtēſum eſt. Adhuc etiam oſtenſum eſt quod mixtio non eſt compoſitio minimorum ſecundum naturam: ſicut dicebat vna opinio; nec minimorum ſecundum ſenſum: vt dicebat alia. Talia enim minima non ſunt miſcibilia. Sed illud eſt miſcibile: quod cum eſt bene determinabile, actiuum & paſſiuū: et illud admiſcetur cū tali miſcibili eſt miſcibile ad omiomerum, ideſt facit cum alio mixtum; quod eſt eiuſdem rationis in toto & in partibus. Patet etiam quod mixtio eſt miſcibilium alteratorum vnio. Quę quidem alteratio ſolum eſt intelligenda in uirtutibus ſiue qualitatibus eorum. Sed ſi etiā alteratio ſumatur improprie: mixtio eſt miſcibiliū alteratorū.i. corruptorū ſcd̃m formas vnio.

Recapitulatio. G

Te.cō.84. in digr.

H

Q̄uo mixtionis diffō intelligitur.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

I

DIVI THOMÆ AQVINATIS SACRI ORDINIS PRAEDICatorum Ariſtotelis clariſſimi ac fidiſſimi Commentatoris in ſecundum & vltimum librum de generatione et corruptione præclariſſima commentaria.

Alcyo.

DE admiſtione, de tactu, de actione, atq; perpeſsione: ut ijs quæ ſecũdum naturam mutantur, tribui ſolerent, iam diſputauimus. atq; etiam ſimplex generatio; & interitus quomodo efficerentur: cuius eſſent & quam ob cauſam: & de alteratione itidem quid id eſſet, quod altera ſceret: & quo diſcrimine illorũ utrunq; inter ſe diſcreparet iam tractauimus. Reliquum eſt, ut ea perſequar, quæ corporum elementa appellantur: quoniam neq; ortus: neq; obitus in ſubſtantijs: quæ natura conſtituantur, efficitur: niſi corpora etiam adſint: quæ ſui ſentiendi copiam faciant.

K

Antiqua. T.c. primi

DE miſtione quidem igitur & tactu: & facere & pati dictum eſt quomodo exiſtant tranſmutantibus ſecundum naturam. Amplius autem de generatione & corruptione aliqua & ſimpliciter: & quomodo eſt: & propter quam cauſam. Similiter autem & de alteratione dictum eſt quid eſt alterari: & quam habet differentiam eorum. Reliquum autem conſiderare circa uocata elementa corporum: Generatio quidem & corruptio omnibus natura ſubſiſtentibus ſubſtantijs eſt non ſine ſenſibilibus corporibus. Lec. I.

L

POSTQVAM Philoſophus in primo libro determinauit de generatione & corruptione in communi: & de motibus conſequentibus ſcilicet de alteratione & augumento: Nunc in ſecundo libro determinat de generatione & corruptione in ſpeciali ſcilicet de generatione & corruptione elementorum. Et circa hoc duo facit. primo recapitulat ea quæ dicta ſunt in primo libro: & continuat dicta dicendis dando intentionem Secundo proſequitur intentum. ibi {Horum autem

M

ſubiectam.} Dicit ergo primo quod dictum eſt iam in primo libro de miſtione & de tactu: & de facere & pati: quomodo exiſtunt his quæ tranſmutantur ſecundum naturam. Amplius etiam dictum de generatione & corruptione quomodo eſt: & propter quam cauſam. Similiter etiam dictum eſt de alteratione quid eſt: & in quo differt a generatione & corruptione. Relinquitur autem in hoc ſecundo libro conſiderare de corporibus quæ elementa vocantur: antequam conſideremus in libris de generatione & corruptione corporum ſpecialium: ſicut lapidum, & metallorum, & plantarum, & animalium: & hoc ideo quia omnes ſubſtantiæ quæ generantur & corrũpuntur non ſunt ſine iſtis ſenſibilibus corporibus ſcilicet quatuor elementis. Dicuntur autem elementa antonomaſtice ſenſibilia: quia eorum differentię ſiue principia quæ ſunt

Omnia mixta ſunt ex quatuor elẽtis. Elẽta dicunt antonomaſtice ſenſibilia.

quatuor qualitates ſcilicet calidum, frigidum, humidum & ſiccum: ſunt cauſæ omnium aliarum qualitatũ tangibilium. Deinde cum dicit.

N

Alcyo.

Ac materiam quidem illis ſubſtratam alij unam aſſerũt, uel aerem, uel ignem, uel quiddam omnino aliud inter ea medium profeſsi: quod corpus: & ſeparabile ſit. Alij uero plura q̃ unum initia attulerunt. in quorum numero ſunt nonnulli habiti, qui ignem, ac terram ponerent. Nonnulli autem ad hæc duo aerem etiam tertium addiderunt: nonnulli ad hæc tria aquam adiungentes quatuor eſſe dixerunt: qualis Empedocles: qui ex quatuor omnibus aut concretis & ſecretis: aut alteratis res tũ gigni: tũ interitu deleri cecinit.

Antiqua. Tex. cõ. 2

O

Horum autem ſubiectam materiam: hi quidem eſſe inquiunt unam: utputa aerem ponentes: aut ignem aut aliqđ medium. Horum aliquod & corpus ens ſeparabile: hi autẽ plura per numerum uno. Hi quidem ignem & terram. Hi autem & hæc & aerem tertium. Hi autem & hoc et aquã quartum: ut Empedocles ex quibus congregatis & ſegregatis & alteratis ait contingere generationem & corruptionem rebus.

Proſequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Primo inquirit de ſubſtantia & numero eorum. Secundo de mutua ipſorum generatione & corruptione. ibi. {Quoniam autem determinatum eſt.} Circa primum duo facit. Primo determinat de materiali principio & formali elementorum. Secundo de numero eorum. ibi. {Quoniam autem quatuor elemẽta.} Circa primum duo facit. Primo determinant de principio materiali. Secundo de formalibus. ibi. {Sed non minus.} Circa primum duo facit. Primo determinat de materia elementorum ſecundum opinionem aliorum. Secundo ſecundum opinionem propriam ibi. {Nos autem dicimus.} Circa primum duo facit. Primò ponit opiniones aliorum. Secundo reprobat eas. ibi. {Quoniam quidem igitur principia.} Dicit ergo primo quod quidam fuerunt qui poſuerunt tantum vnam materiam elementorum: ſed iſti diuerſificati ſunt: quidã enim dixerunt quod illa materia erat aer: quidam vero quod ignis. Sed iſti diuerſificati ſunt. Quidam enim poſuerunt quoddam corpus mediũ: igne quidem denſius: aere autem ſubtilius Conueniũt omnes iſti in hoc: quod dixerunt ipſam materiam elementorũ eſſe corpus ſeparabile actu: & per ſe exiſtẽs. Alij vero fuerunt qui dixerunt materiam elementorum eſſe plurificatam per numerum: & iſti etiam diuerſificati ſunt: quia quidam dixerunt ipſam eſſe ignẽ: & terram quidam vero addũt tertium ſcilicet aerem. quidam addunt quartum ſcilicet aquam: ſicut Empe. Dicunt autem tam ponentes duo q̃ ponentes plura duobus: quod per congregationẽ & ſegregationem ipſorum fit generatio & corruptio in rebus. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 24.

Tex. cõ. 16.

P

T. cõ. 6. fi.

Tex. cõ. 6.

Antiquorũ opiniones de elẽtorum generatione de pricipio materiali.

Q

Alcyo.

Itaq; inter omnes cõſtat recte inſtitutum eſſe: ut res illæ ſummæ tum initia, tum elementa nominarentur: ex quibus uel per concretionem: atq; ſecretionem, uel per aliud mutationis genus conuerſis euenire ſoleat, ut res gignantur: ortuq; nouo prodeant, & ad nihilum recidant. Sed qui præter quatuor elementa iam propoſita materiam unam: eandemq;

demq;

A *dẽq; corporeã & diſiunctã conſtituũt, graui errore ducun tur: q fieri minime poteſt: ut eiuſmodi corpus re careat cõ traria: præſertim cum id ſenſu patere contendãt. nã infinitũ tale qd nonnulli principium ponunt: neceſſario uel leuitate, uel grauitate, uel frigore, uel calore, affectum eſſe oportet.*

Antiqua Tex. cõ. 3. *Quoniã qdem igitur prima principia et elementa bene habet dicere q ſit confeſſum eis: qbus tranſmutatis aut ſecũ dũ cõgregationẽ: aut ſegregationẽ, uel ſecundũ aliã trãſmu tationẽ contingit generationẽ eſſe et corruptionẽ. Sed faciẽ tes qdẽ unã materiã extra predicta: hãc aũt ſepabilẽ et cor poream peccant Impoßibile. n. ſine contrarietate eſſe corpus hoc ſenſibile. Aut. n. leue: aut graue: aut calidũ: aut frigidum: neceſſe infinitum hoc quod quidam dicunt eſſe principium.*

Impoſſi ẽ cor pus ſenſibile eſſe ſine con trarietate.

Reprobat prædictas opiniones. & hoc primo ſe- B cundo quaſi incidenter reprobat opinionem Platonis ibi. {Vt autem in Timæo ſcriptum eſt.} Aduertẽdum autem eſt circa primum quod nõ reprobat opinionem ponentium plura elementa: ſed ad præſens cõ cedit eam tanq̃ propinquam aliqualiter veritati. Vnde dicit q ſit conceſſum illis qui ponũt plura elemẽta eſſe principia: p quorũ trãſmutationẽ fit generatio & corruptio: ſiue iſta trãſmutatio ſit congregatio & diſgregatio: ſiue quæcũq; alia trãſmutatio: iſti quodam modo bene dicunt. Reprobat autẽ primam opinionem: vnde dicit: facientes vnam materiam: & hãc corpoream & ſeparabilem ab omni contrarietate: & ab omni forma elementali: ſicut quod eſt medium inter C ignem & aerem peccant: quia impoſſibile eſt quod corpus ſenſibile ſit ſine contrarietate Oportet enim quod illud corpus infinitum: quod ipſi dicũt eſſe principium: ſit aut graue: aut leue Et ſiquidem erit leue: mouebitur ad locum ignis. Si autẽ graue mouebitur ad locũ terræ Cuius aũt motus eſt: & locus illius eſt et forma, quam motus & locus ſequũtur. ergo eſt terra vel ignis: & ſic per cõſequens eſt calidũ aut frigidũ: & ſic non erit ſeparabile a cõtrarietate & a forma elementali: vt ipſi ponebant. Deinde cum dicit.

Nota intẽtionem philoſophi.

Reprobat opi. ponẽtium vnam materiam in actu elẽntorum.

Alcyo. *At. n. quæ in Timeo diſſerũtur nihil certi, ac definiti con tinẽt. Siquidẽ nec enucleate explicatur an pricipiũ illud qd rerũ omniũ capedo: et receptaculũ ab eo uocatur: ſit ab ele mentis diuulſum: nec cũ materiã poſuiſſet elementorũ ſubie ctũ: ut aurũ operũ: aureorũ ea ad generationẽ corporũ uti* D *tur. Quanq̃ ne hec qdẽ ſcite hoc modo exponũtur: ppea qd ea q̃ i alterationẽ incidũt: ita haberi ſolẽt: cũ fieri nõ poßit ut q̃ oriuntur & intereunt inde noĩentur: unde ſui ortus primordia trahunt. Etiã ſi ille ipſe lõge uerißimũ eſſe profi teatur. unumquodq; ita celatum aurũ uocari. Item cum elementa ſolida ſint: uſq; ad plana diſſolutionem trahit. Omnino fieri nequit: ut plana pro materia principe habeantur.*

Antiqua. Tex. cõ. 4. *Vt aũt in Timeo ſcriptũ eſt nullã habet determinationẽ. Nõ. n. dixit maniſeſte pãdoxis ſi ſeparatur ab elementis. Neq; utitur materia nihil dicens eſſe ſubiectũ aliqd uocatis elementis prius: ut aurũ operibus aureis certe: & hoc non bene dicitur hoc modo dictũ. Sed quorũ qdem eſt alteratio ita. Quorum autem eſt generatio & corruptio impoßibile illud enunciari ex quo generatũ eſt. Sed tamen inqt lõge ue* Tex. cõ. 5. *rius eſt eſſe aurũ dicere unumquodq; eſſe. Sed elementis enti bus ſolidis uſq; ad planiciem facit diſſolutionem: impoßibile autem matrem & materiam primam planam eſſe.*

E

Materia prima eſt ſicut mater.

Reprobat opinionem Platonis de principio elementorũ dicens. Quod illud quod dixit Plato in Timæo nullã habet determinationem: quia nihil dixit determinate & manifeſte. Non. n. dixit manifeſte & determinate: ſi illud principium qd vocauit pandexes. i. receptaculum omnium ſeparatur ab elementis: ita q ſit aliquando actu exiſtens ſub forma elementi: vel non Neq; etiam dixit: q eſſet aliquod materiale principium ipſorum elementorum. Sed dicit q ſubiectũ elementorum ſe habet ad elementa: ſicut aurum ſe habet ad opera operata ex auro. Sed certe hoc non bene dicitur: quia impoſſibile eſt q id quod eſt ſubiectum generationis: ſicut materia dicatur de ipſo generato: ſicut non dicimus q caro ſit terra ſed terrea. Similiter illud quod alteratur non recipit prædicationem paſſionis in recto: non enim poteſt dici q homo ſit albedo: ſed album. Plato tamen dicit q verius eſt dicere vnumquodq; opus factum ex auro eſſe aurum q̃ ipſum eſſe tale. Sicut verius eſt dicere phialam factam ex auro eſſe aurum: q̃ phialam: ita etiam uerius erit dicere Ignem vel aquam vel aliud generatum eſſe ipſum ſubiectum: quam eſſe ignem vel aquam. Poteſt ergo breuiter ſic ratio formali. Impoſſibile eſt q ſubiectum generationis prædicetur in recto de generato: ſed ſubiectum quod ponit Plato prædicatur in recto de elementis. ergo impoſſibile eſt q ſit ſubiectum generationis & corruptionis ipſorum. Adhuc etiam peccat Plato: quia cum elementa ſint corpora ſolida: dicit tamen q materia eorum diſſoluitur uſq; ad ſuperficiẽ: ut patet in tertio de cœlo & mundo. Impoſſibile enim eſt q materia prima quæ eſt ſicut mater ſit ſuperficies. Deinde cum dicit.

Primus Platonis lapſus.

Sc̃s Plato. lapſus.

F

Rõ Ariſt contra Plato.

Tertius Pla. lapſus.

G

Alcyo. *Verum nos materiam quandam ſenſilium corporum eſſe confirmamus: quæ quidem minime ſit ſeparabilis: immo ſemper contraria re afficiatur: tum eiuſmodi ſit, ut quæ uocantur elementa, ex ea gignãtur. quæ de re alio loco accuratius diximus. Sed quãdo ita etiã e principe materia corpa prodeũt: de ipſis quoq; rebus cõtrarijs agendũ uidetur. Ac principiũ quidẽ ſummũ cõſtituere debemus materiã: quæ quidẽ & ſi inſeparabilis datur: cõtrarijs tamẽ ſubſternitur: quia calor non eſt frigoris materia: nec frigus caloris immo uero id q ambobus ſubditur. Quapp ſummũ rerũ pricipiũ poteſtate ſenſile corpus eſt. Alterũ res contrarias ut frigus, ut calorẽ. Tertiũ ignẽ ſimul, & aquã: et reliqua eiuſdem generis. Hec. n. cõmeant: & inter ſe mutãtur. Quod quidẽ nõ ea ratione fieri cenſeo: qua Empe. & reliqui Philoſophi arbitrati ſunt: propterea qd nulla foret alteratio: atq; eo magis quod rerum contrariarum nulla eſt uicißitudo.*

H

Antiqua. Tex. cõ. 6. *Nos autẽ dicimus eſſe aliquã materiã unã corporũ ſenſibiliũ: ſed hãc nõ ſeparabilẽ: ſed ſemper cũ cõtrarietate ex qua generãtur uocata elementa. Determinatũ eſt aũt de his certius: & in alijs. Sed tamẽ quoniã & hoc quõ ſunt ex materia prima corpora determinãdũ & de his. Principiũ qdẽ et primũ exiſtimãtes eſſe materiã inſeparabilẽ quidẽ. Subiectã aũt cõtrarijs. Neq;. n. caldum materia eſt frigido: neq; hoc calido: ſed ſubiectũ amborũ. Quapropter quidẽ primũ potentia corpus ſenſibile principium. Secũdo aũt primæ cõ*

Primũ principius materiale.

ſecundum

I *traritates dico ãt uerbi gratia caliditas & frigiditas. Ter*
Tertium. *tio autẽ ignis & aqua talia. Hæc quidẽ tranſmutãtur adin*
uicẽ: & nõ ut Empedo. & alij dicunt: ſemper enim eſſet al-
teratio: contrarietates autem non tranſmutantur.

Determinat de materia quæ non eſt ſeparabilis ſi-
mul ab omni forma elementi:nec ab omni cõtrarieta
te elementorũ ſecundũ propriam opinionẽ dicens ꝙ
eſt aliqua vna materia ſenſibiliũ corporũ.ſ.elemento-
rum:quæ nõ eſt ſeparabilis ſimul ab omni forma ele-
menti:nec ab omni cõtrarietate: ſed ſemper eſt ſub ali
qua forma & aliquibus qualitatibus conſequentibus
ipſam formã ex iſta materia generantur ſenſibilia cor
pora quæ vocantur elementa. excuſando autem ſe a
maiori declaratione: dicit ꝙ determinatũ eſt in alijs
K certius.ſ.in.3.cœli & mũdi. Sed quia ibi non eſt plene
Tex.cõ.53. determinatus modus: ſecundũ quem ex materia gene
rantur corpora prima. Determinandũ eſt hic quomo
do generentur. Ad horũ enim manifeſtationem dicit
ſumendũ eſſe pro principio hoc quod dictum eſt.ſ. ꝙ
eſt materia vna ſubiecta cõtrarijs:inſeparabilis ab eis:
quia ſemper eſt cũ altero contrariorũ. Et hoc probat
per hoc: ꝙ caliditas nõ poteſt eſſe materia frigiditatis
nec e conuerſo. Sed oportet aliquod eſſe tertiũ: vt di-
Tex.cõ.10. citur. 12 meta. & in primo phyſi. ꝙ eſt ſubiectum am
& 12. borum cõtrariorũ: & de vno tranſmutatur in aliud. Et
Tex.cõ.71. ideo primum principium eſt id quod eſt potẽtia corpus
ſenſibile: & illud eſt materia iam dicta. Secundũ vero
principium ſunt cõtrarietates qualitatũ diſtinguentes
& determinantes potentiã materiæ. verbi gratia cali-
ditas & frigiditas & huiuſmodi. Tertiũ iam erit ele-
L mentũ conſtitutum ex his: puta ignis vel aquę vel hu
iuſmodi. Et alia elementa tranſmutãtur adinuicẽ: dum
eorũ cõmunis materia mutatur de vna forma in aliã:
vt de igne in forma aeris: & ſimiliter de alijs. Vnde
non eſt verum ꝙ Empedo. dixit: & quidã alij ſ. ꝙ ele-
menta nõ tranſmutantur. Si.n. immutabilia ſunt vt ꝙ
ſolum ſuit ignis ſemper ſit ignis. tunc nunq̃ eſſet gene-
ratio: nec alteratio: quod eſt manifeſte falſum: quia ſe
cundum cõtrarietatem tranſmutantur: ſicut videmus
ad ſenſum: ꝙ eadem materia: quę nunc eſt ſub frigidi-
tate aquæ aliquando eſt ſub caliditate aeris: & ꝙ erat
ſub caliditate aeris: aliquando eſt ſub caliditate ignis.
Cum ergo huiuſmodi qualitates conſequũtur formas
ſubſtantiales elementorum ſicut effectus cauſam ſe-
quitur: dicendum ꝙ ſi fiat tranſmutatio ipſarum quali
M tatũ: ꝙ etiã ſit tranſmutatio in formis ſubſtantialibus.

Eodẽ modo exponendũ eſt: quot & quales illę enumerẽ
Alcyo. *tur: quas omnino corporũ principia ſtatuimus. Alij.n. ex cõ*
ſtitutione eas ipſas in uſum recipiunt: nullãq; afferunt ra-
tionem: cur uel tales, uel totidem reperiantur.

Antiqua. *Sed nõ minus erit corporis qualia et q̃ta dicendũ princi*
piã. Alij quidem.n. ſupponentes utuntur & non dicunt qua-
re aut hęc aut tanta. Lectio. II.

D' principio formali. POST QVAM Philoſophus determinauit
de principio materiali elementorũ: hic determinat de
principio formali. Et primo dat intentionẽ ſuam. Se-
cundo proſequitur intentũ. ibi. {Quoniã igitur quęri
mus.} Dicit ergo primo ꝙ nõ minus debemus dicere
de principio formali elemẽtorum q̃ de materiali. Et
intelligo per formale principium ipſas ſenſibiles qua-
N litates: potentiã materię vel materiã diſtinguentes: ſe-
cundum quas illa corpora qualia ſunt. Inquirit.n. hic
Philoſophus principiũ corporũ ſenſibiliũ inquãtum
ſenſibilia ſunt vt ipſe dicit in litera. Si autẽ dicatur ꝙ
velit inquirere principia formalia ſubſtantialia: tunc
dicẽdũ eſt ꝙ quia formę ſubſtãtiales ſunt nobis igno
tę: quia inſenſibiles: ideo per iſtas qualitates quæ ſunt
immediata principia tranſmutationis ſubſtãtialis dat
intelligere ipſa formalia prĩcipia ſubſtãtialia. Et ideo
dicit quod etiam oportet dicere quanta in quot ſunt
iſtæ qualitates. Ideo aũt de iſtis determinare oportet:
quia alij Philoſophi non reddunt cauſam quare ſint:
ſed ſolum ex ſuppoſitione vtũtur eis. Deinde cũ dicit.

Alcyo. *Et quoniã ſenſilis corporis initia perſcrutamur: id aũt*
tractabile eſt: & quidẽ eiuſmodi: ut tactũ patiatur: conſtat
O *nõ omnibus rebus cõtrarijs licere corporũ genera & ori-*
gines afferre: ſed tantũmodo ijs quæ tactionis beneficio pci
piuntur: quandoquidem primaria corpora: quorũ origines
exquirimus per rem contrariã: & eam quidem tractabilem
differunt. Quocirca neq; candor, neq; nigror, neq; dulcor,
neq; amaror, neq; rerum ſenſilium contrariarũ alia elemen
tum conſtituere poteſt.

Antiqua. Tex.cõ.7. *Quoniã igitur quærimus corporis ſenſibilis principia:*
hoc aũt eſt tangibile. Tangibile aũt cuius eſt ſenſus tactus.
Manifeſtũ quoniã non oẽs contrarietates corporis ſpecies
& principia faciũt: ſed ſolũ quæ ſecundũ tactũ: et ſecũdũ.n.
cõtrarietatẽ differũt: et ſcdm tãgibilẽ cõtrarietatẽ: ideo ne-
q; albedo & nigredo: neq; dulcedo & amaritudo. Similiter
autem neq; aliarũ contrarietatum aliqua facit elementum.

P Proſequitur intentũ: & circa hoc duo facit. Primo
oſtendit quod nõ omnes cõtrarietates ſunt formę ele
mentorũ perfectiuę: ſed ſolum tãgibiles. Secundo nõ
omnes tangibiles: ſed ſolum primæ: & oſtendit quæ
ſunt primæ ibi. {Ipſorum aũt tangibiliũ.} Dicit ergo
primo quod quia nos quærimus principia corporis
ſenſibilis: & non omnis ſenſibilis ſed ſolum tangibilis:
tangibile autẽ ſolum eſt ſenſus tactus. manifeſtum eſt
quod nõ omnes contrarietates faciunt ſpecies ſiue for
mas corporis ſenſibilis: ſed ſolum illæ quæ ſunt ſenſi-
biles ſecũdum tactũ: & ideo nec albedo: nec nigredo:
nec dulcedo & amaritudo: nec aliqua alia ſenſibilis q̃-
litas quæ non eſt tãgibilis facit elementa. Et huius cau
ſa eſt: quia nõ ſunt primæ: nec actiuæ: nec paſſiuę adin
Q uicem cuiuſmodi oportet eſſe principia primorũ cor
porum.ſ. elementorũ: & ideo non tranſmutant ea quę
tangunt: & propterea non ualent ad generationem et
corruptionem elementorum. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Quanq̃ ſenſus uiſus tactu potior ſit: & propterea aſpe*
ctabilia tractabilibus potiora ſunt: affectio tamen corporis
tractabilis, quatenus tractabile habetur, non eſt: ſed ſecundũ
aliud: hoc eſt, quatenus aſpectabile ſentitur. etiam ſi ſenſu ui
ſus contigerit, ut naturam obtineret nobiliorem.

Antiqua. *Quamuis prior uiſus tactu: quapropter et ſubiectum*
prius. Sed non corporis eſt tangibilis paſſio ſecundum q. tã
gibile: ſed ſecundum aliud & ſi contingat natura prius.

Remouet quoddam dubiũ. Cũ.n. quęrat hic Phi
loſophus formas perfectiuas corporũ elementorũ: et
cũ viſus ſit prior tactu: & ideo obiectũ viſus ſit prius

obiecto

A obiecto tactus:potius vr̄ ꝙ formę perfectiuę elemētorū ſint quærendę penes differentias viſus ꝗ̄ tactus. Sed hoc remouet dicens: ꝙ ꝗuis viſus ſit vno modo prior tactu:quia forma etiam dignitate prior eſt omnibus ſenſibus:& ideo obiectū viſus prius eſt obiecto tactus:tn̄ qualitas ꝗ eſt obiectū viſus non eſt corpus tāgibile ſcd̄m ꝙ tāgibile: & ſi viſus cōtingat eē ſcd̄m naturā primū:prior.n. forma,& dignitate,& fine oībus ſenſibus. Eſt ſi eſt:ut dictū ē:et obiectū uiſus prius eſt obiectis aliorū ſenſuū:non tn̄ omne viſibile:ſed ſolū lumē ſiue lux:quia per ipſam mouet cœlū materiā generabiliū & corruptibiliū ad omnē formā. Tactus aūt ſubiecto prior eſt:quia ſubſternitur omnibus ſenſibus:vt patet ſecundo de anima. & ſuæ contrarietates ſunt cauſę oīum contrarietatum. Et hoc patet quia nō ſentimus ſecundū tactū: niſi id qđ excellit ſecundū qualitates cōpſonatas mediū tactus:qđ eſt caro: & illę ſunt calidū frigidū humidū & ſiccū:quarū nulla eſt in cœlo: & ideo celū ſecundū naturā non eſt ſenſibile tactu: ſed ſolū elēta in quibus ſunt quatuor qualitates ex quibus ſit complexio & tactus. Deinde cum dicit.

Secundū qđ obꝫ uiſus ſit prius obō tactus & ecōtra


Tex.cō.37

B

Cœlū non eſt ſenſibile tactu

C

D



E

Alcyo.

Horū igitur primū tractabiliū diſcrimina pria reſq; cōtrariæ diſtiguēdæ ſunt. Hæ vero p tactionē enumerātur. Calor, frigus, ſiccitas, humor, grauitas, leuitas, durities, mollities, lentor, rigiditas, ſcabrities, leuor, craſſitudo, tenuitas.

Antiqua. Tex. cō. 8.

Ipſorum autem tangibilium diuidendum quæ primæ differentiæ & contrarietates. Sunt autem contrarietates ſecūdū tactū hæ calidū & frigidum: humidum & ſiccum, graue leue: durū molle: lubricū aridū, aſperū lene: groſſū et ſubtile.

Septē cōtrarietates ſecūdum tactum

Oſtendit ꝙ non omnes qualitates tangibiles ſunt formæ perfectiue elementorum: ſed ſolum primæ actiue & paſſiue ſunt adinuicē. Et circa hoc tria facit. Primo diuidit qualitates tangibiles. Secūdo oſtendit ꝙ ſolū hæc quatuor. ſ. cali. frigi. humi. & ſic. ſunt actiue & paſſiue. ibi. {Horum autem.} Tertium oſtendit ꝙ ipſæ ſunt primæ: quia ad ea omnes aliæ reducūtur. ibi. {Subtile autem & groſſum.} Dicit ergo primo ꝙ diuidēdæ ſunt tāgibiles qualitates ſiue contrarietates: vt videamus quæ earum ſint primæ. Sunt autem contrarietates ſecundum tactū hęc. Cali. frig. humi. & ſic. graue leue: durum & molle: lubricum aridum: aſperū lene: groſſum & ſubtile. Rarū autē & dēſum: vt in. 4. phy. dicitur nō ſunt qualitates phyſicę: ſed poſitio partiū materiæ ſecundum propinquum in denſo: & ſecūdum remotum in raro. Deinde cum dicit.

F

Tex.cō.10.

Rarū & denſuꝫ ſunt phyſi. quali.

Tex.cō.84.

Alcyo.

De his ꝗdē grauitas, & leuitas, nec agēdi nec patiēdi naturā habēt: quia nō eo qđ agāt: aut quicꝗ ab alio patiātur, nominātur. At cōtra elemēta inter ſe & agere et pati oportet. nanq; inter ſe tum miſcentur, tum commutantur.

G

Antiqua.

Horū autem graue quidē & leue; neq; actiua neq; paſſiua: non enim in faciendo aliquid aliud: neq; in patiendo ab alio dicantur. Oportet autem actiua inuicem & paſſiua eſſe elementa: miſcentur enim & tranſmutantur adinuicem.

Oſtēdit ꝙ hę ſolū quatuor qualitates ſunt actiue et paſſiue adinuicē: & ꝑ cōſequēs ꝙ ſunt formę elētorū. Sed quia graue & leue ſunt ꝓprię ꝗlitates elētorū de ꝗbus poſſet videri ꝙ eſſent ipſorū formalia pricipia. ideo primo dr̄ ꝙ nō ſunt actiua nec paſſiua. Et hoc declarat per modū ſignificādi modū ipſorum: quia non ſignificat actionem vel paſſionē cum nō ſint nomina verbalia. Cum autem elementa miſceātur & trāſmutētur adinuicem: oportet ꝙ ſint actiua uel paſſiua. Talia aūt eſſe nō poſſunt: niſi per formalia ſua principia. Ex his igitur manifeſte ſeqtur ꝙ nec graue leue ſunt formalia principia elementorum. Deinde cum dicit.

H

Alcyo.

Calor autē & frigus, & ſiccitas, & humor alia ab agendi facultate: alia a patiendi nomen trahunt. calor enim eſt qui contrahit: ac eodem iniuncta genere cogit. Enimuero ſecernendi uis: quam igni attribuunt: potius facultas eſt contrahendi quæ eodem contineātur genere. aliena enim repurgari & eximi accidit. Frigus aūt cogit: & eodē iuncta genere iuxta, ac aliengena cōtrahit. humor eſt, qui ut nō ſuis finibus, ita alienis probe circūſcribitur, ſiccitas cōtra ſe habet.

Antiqua.

Calidum enim & frigidum humidum & ſiccū: hæc quidem quia actiua ſunt: hæc autem quia paſſiua dicuntur. Calidum enim eſt: quia congregat homogenea. Segregare enim quod inquiunt facere ignem. Congregare autem eſt quæ

I

eiuſdem tribus: contingit enim extollere alienigena. Frigidum autem quod coniungit & congregat ſimiliter & ſingenea & non eiuſdem tribus. Humidum. *Humidum enim indeterminatum proprio termino bene terminabile ens alieno. ſiccum autem bene terminabile proprio termino; difficulter autem terminabile alterius.* Tex.cõ 9 Siccum.

Calidum & frigidũ actiua. Humidum & ſiccũ paſſiua.

Oſtendit quod hæ quatuor qualitates ſcilicet calidum & frigidum humidum & ſiccum ſunt actiue & paſſiue. Et primo oſtendit hoc de calido & frigido dicẽs quod calidum & frigidum ſunt actiua. humidum & ſiccum ſunt paſſiua. Sic dicuntur, ideſt ſic conſignificante eorum nomina: & hoc præcipue ſecundũ græcos: qui forte habent nomina verbalia actiones & paſſiones conſignificantia. Deinde declarat hoc idem per diffinitiones ipſorum. Calidum enim eſt quod cõgregat homogenea ſibi. Quia ſubtile quod calidò eſt conueniens attrahit; licet enim calidum ſegreget: ſicut dicunt quidam ignem facere: tamen illud ſegregare eſt congregare: quia congregãdo homogenea ſegregat etherogenea per accidens. Quod autem frigidum ſit actiuum: patet etiam per hoc: quia congregat omnia tam quæ ſunt eiuſdem naturæ q̃ illa quæ ſunt diuerſæ. Aliquando enim aqua, terra, palea, & huiuſmodi per coagulationem factam a frigido congregatur. Secundo ibi. {Humidum enim} Oſtendit quod humidum & ſiccum ſunt paſſiua per diffinitiones eorum: diffiniuntur enim per paſſiones eorum. Humidum enim eſt indeterminatum proprio termino bene terminabile termino alieno. Siccum autem terminatur termino proprio: difficulter autem terminabile termino alieno. Deinde cum dicit.

K — Quõ calidũ cõgregat homogenea.

Qd frigidũ ſit actiuum.

L

Alcyo. *Gracilitas, craßitudo, lentor, rigiditas, durities, mollities, & reliquæ differentiæ ex illis ipſis colliguntur. Nam cum uis madefaciendi humori detur: quia ipſe nullo modo per ſe terminatus ſit: uerum facile terminetur: & rem tangentem cõſequatur: & ipſa quoq; tenuitas madorem afferat: ex puſillis enim partibus conſtituitur: & huiuſmodi res facultatem madefaciendi obtinet: totum enim tangit totum: & tenuitas cum primis talis eſt: conſtat tenuitatem ad humorẽ: craßitudinem uero ad ſiccitatem pertinere.*

Antiqua. Tex.cõ.10. *Subtile autem & groſſum: lubricũ et aridum & durum & molle & aliæ differentiæ ex his ſunt. Quoniam enim repletiuum eſt humidum: quia non eſt terminatum quidem: bene autem terminabile ens: & quia ſequitur tangentem. Subtile autem repletiuum: ſubtilium autem partium et paruarum partium repletiuum: totum enim totum tangit: ſubtile autem maxime tale. Manifeſtum autem quoniam ſubtile quidem erit humidi: groſſum autem ſicci.*

M

Oſtendit quod prædictæ quatuor qualitates ſunt primæ: quia ad eas omnes aliæ reducuntur. & hoc primo facit. ſecundo oſtendit quod illæ non reducuntur ad alias. ibi. {Hæ autem non amplius.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quod iſtæ ſunt primæ. Scdo diſtinguit ſiccum & humidum: quia non omne humidum: nec etiam ſiccũ eſt prima qualitas. ibi. {Dicũtur autem ſiccum & humidum} Circa primũ duo facit. Primo proponit quod oẽs aliæ qualitates ſunt ex his dicens quod ſubtile & groſſum: & lubricum: & aridũ: & durum & molle: & omnes aliæ differẽtiæ ſenſibilium qualitatum ſunt ex his. Secundo ibi. {Quoniã enim repletiuũ.} Probat propoſitũ: & circa hoc tria facit. quia primo reducit ad iſtas quatuor hanc cõtrarietatem, ſubtile & groſſum. ſecundo lubricum & aridum. ibi. {Et rurſus lubricum.} Tertio molle & durũ ibi. {Amplius molle quidẽ} Dicit ergo primo quod ſubtile eſt ex humido: quod patet ex diffinitione humidi: quod quia humidũ eſt, ex eo quod non bene terminatur termino proprio: ſed bene terminatur termino alieno: eſt repletiuum: quia ſequitur vndiq; tangẽs ipſum eo quod fluit vſq; ad ipſum tangens. Subtile autem repletiuum eo quod ipſum ſubtilitate: quod habet minimum ſubintrat. Vnde manifeſtum eſt quod ſubtile eſt effectus humidi: p oppoſitum autẽ groſſum erit effectus ſicci. Groſſum autem eſt cuius partes ſeculente non diſiunguntur, & excedit capacitatem eius quod natum eſt repleri. Sed videtur quod hæc ratio Philoſophi nõ valeat: cum ſit ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura. Dicit enim humidum eſt repletiuum: ſubtile repletiuum: ergo ſubtile eſt humidum. Sed eſt dicendum quod cum in quolibet genere ſit deuenire ad vnum primum quod eſt cauſa ſequentium: vt dicitur ſecundo meta. Oportet quod in genere repletorum ſit vnum primum quod per ſe ſit repletum: & a quo alia replenuia participãt. Tale autem eſt primum humidum quod ſupra diffinitum eſt. vnde licet ratio Philoſophi nõ teneat ratione ordinationis terminorum in figura: valet tamẽ ex habitudine cauſæ & effectus. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.15.

Tex.cõ.14.

N

Tex.cõ.12. Hũidũ quo repletiuum.

Subtile repletiuum.

Tex.cõ.13

O

Dubium.

Solo.

Tex.cõ.4.

Alcyo. *Item lentor humoris erit: quia lentor eſt humor alicuius rei perpeßione affectus: ut oleum. Rigiditas ad ſiccitatem refertur: quia eſt omnino ſicca: ut etiam propter humoris defectum cogatur & denſetur.*

P

Antiqua. Tex.cõ.11. Tex.cõ.12. *Et rurſus lubricum quidem humidi. Lubricum autem aliquid humidum paßiuum eſt uelut oleum. Aridum quidẽ ſicci. Aridum enim perfecte ſiccum: quapropter & coagulata ſunt propter defectionem propriæ humiditatis.*

Lubricũ reducit ad humidũ aereũ.

Reducit aliam contrarietatẽ ad prædictas quatuor qualitates ſcilicet lubricum & aridum dicens quod lubricũ reducitur ad humidum: quia lubricũ eſt humidum aliquid paſſum. Cum enim humidũ patitur cõmiſtionem ſubtilis terrei: & eſt vnctuoſum: tunc fit lubricũ: quia ſubſtantiale: terreũ ſibi cõmiſtũ non ſinit ſeparari partes eius: ſicut apparet in oleo & aliis vnctuoſis. Aridum autem eſt quod eſt perfecte ſiccum non retinens nec ſubtile terreum: nec etiam humidum vnctuoſum: & ideo quæ coagulantur: calido primo humiditatem propriam extrahente: poſtea vero frigido faciente partes conſtare ſibi. Deinde cum dicit.

Q

Alcyo. *Iam mollities humoris eſt, & durities ſiccitatis. mollities enim in ſe cedit. nec obnititur: & reſiſtit. qd quidem ipſe humor facit. Quãobrẽ humor nõ eſt mollis, immo ipſa mollitudo, ad humorẽ refertur. durities ad ſiccitatẽ: quoniã id qd ſtrictũ ẽ: duritie cõtinetur: et qd ſtrictũ cõcreuit, ſiccũ eſt.*

Antiqua. *Amplius molle quidem humidum: molle enim quod ſubijcitur in ſeipſum & non tranſmutans quidem quod facit humidum. Ideo enim non eſt humidum mollis ſed molle humidi: durum autem ſicci. Durum enim eſt quod coagulatum eſt: coagulatum enim ſiccum.*

Reducit

A Reducit tertiam contrarietatem ſcilicet molle & durum dicens quod molle eſt effectus humidi. Molle enim eſt quod cedit tangenti. Differt tamen ab humido: quia humidum tranſmutat tangẽs: quia humectat: ſed molle inquantum tale non tranſmutat tangens. Et ideo molle non eſt humidum: ſed eſt effectus humidi.

Molle ẽ effectus humidi.

Durum autem reducitur ad ſiccum: ſicut effectus ad ſuam cauſam. Durum eſt enim quod tangenti non cedit: quia eſt coagulatum. Coagulatum eſt effectus ſicci: vt prius dictum eſt. Deinde cum dicit:

Alcyo. *Veruntamen ſiccitas & humor multifariam dicuntur: ſiccitati enim humor, & hudor aduerſantur humori contra tum ſiccitas, tum gelatus opponitur. Hæc ſane omnia ad ſiccitatem & humorem pertinent: quorum nunc mentionem fecimus. Sed quando hudori ſiccitas aduerſatur: & hudor eſt qui ſumma parte alienum cõtineat humorem: mador autem qui ima parte, & ſiccitas quæ ipſo humore priuetur; perſpicue apparet hudorem humoris eſſe: & ſiccitatem quæ*

B *opponitur: ad principem ſiccitatem referri oportere. Nec diſsimilis ratio eſt humoris & gelatus. humor enim eſt, qui ima parte rem humentem, quæ propria ſit, tuetur: gelatus qui ea priuatur. itaq; horum etiam ipſorum aliud humoris, aliud ſiccitatis erit. Ex his etiã perſpicuum eſt, reliquas omnes differentias ad primas quatuor referri.*

Antiqua. Tex.cõ.14.

Siccũ & humidũ dicunt multipli.

Dicuntur autem ſiccum & humidum multifarie. Opponitur autem ſicco & humidum & udum: & rurſus humido & ſiccum & coagulatum. Omnia autem hæc ſunt ſicci & humidi primorum dictorum. Quoniam enim humido opponitur ſiccum. Et humidum quidem eſt quod habet alienam humiditatem ſuperficietenus. Infuſum autem quidem quod

C *in profundo. Siccum autem quod priuatur hac: manifeſtum eſt quoniam humidum quod erit humidi oppoſitum & ſiccum primi ſicci. Rurſum autem humidum & coagulatum ſimiliter. Et humidum quidem eſt quod habet propriam humiditatem in profundo. Infuſum autem quod habet alienam humiditatem in profundo. Coagulatum autem quod priuatur hac. Quapropter & horum erit hoc quidem ſicci: hoc autem humidi. Manifeſtum igitur quoniam omnes aliæ differentiæ reducuntur ad primas quatuor.*

Tex.cõ.15.

Oẽs qualitates tangibiles ad pĩmas quatuor reducũt.

Diſtinguit humidum & ſiccum dicẽs quod ſiccum & humidum dicuntur multis modis. Eſt enim quoddam humidum quod habet humiditatem in profundo: et hoc põt eſſe dupliciter. Quia ſi habet propriam humiditatem: quemadmodum vna: proprie dicitur

D humidum. Si autem habet extraneam: ſicut ſpongia: dicitur humidum infuſum. Et eſt quoddam humidũ vel vdum ſecundum aliam literam quod habet humiditatem in ſuperficie: quod Cõmentator nominat irroratum. Et omnibus iſtis modis elementũ humidũ opponitur ſicco. Sed ſciendum etiã quod multipliciter dicitur ſiccum. Vno enim modo dicitur ſiccũ corpus groſſum & aridum in ſuperficie: & hoc proprie opponitur humido in ſuperficie. Alio autẽ modo dicitur ſiccum coagulatum: quod nõ habet humiditatẽ in profundo: & huic ſicco proprie opponitur humidum infuſum. Omnia autem hæc ſcilicet humidum iſtis modis dictum: & ſiccum aridum: & ſiccum coagulatum: ſunt effectus primi humidi: et primi ſicci. De aſpero autem & leui non facit philoſophus mentionem: quia manifeſtum eſt quod ad illas quatuor reducuntur. Aſperum enim eſt quod habet ſiccitatem in ſuperficie: quæ inæqualiter partes eius conſtare facit. Lene autem in ſuperficie habet humorem: qui æqualiter facit fluere partem ad partem. Et ideo vnum horum eſt effectus ſicci ſcilicet aſperum: & aliud eſt effectus humidi ſcilicet lene. Concludit igitur ex prædictis manifeſtum eſſe quod omnes aliæ differentiæ tãgibilium qualitatum ad illas quatuor reducũtur. Deinde cum dicit.

Vdũ. Auer. irroratũ appellat.

Occurrit cuidã te obiectioni.

E

Alcyo. *Quæ quidem quatuor in contractiorem numerum non rediguntur. Non calor non idem quod humor, aut ſiccitas, nec humor idem quod calor, aut frigus: nec hoc & ſiccitas uiciſsim commeant: nec ſub calore & humore conduntur. neceſsitas igitur præſcribit, ut quatuor dũtaxat colligãtur.*

Antiqua. F *Hæ autem non amplius in minores. Neq; enim calidum quod ſiccum aut quod humidum. Neq. humidum quod calidum aut quod frigidum. Nq; frigidum quod ſiccum: neq; ſub inuicem: neq. ſub calido & humido ſunt. Quapropter neceſſe quatuor eſſe has.*

Ostendit quod illæ non reducuntur ad alias: nec in pauciores: nec ad ſeinuicem: quia calidum non eſt ſiccum: ita quod caliditas ſit frigiditas quædam, vel effectus eius. Nec frigiditas eſt caliditas, vel ſiccitas, vel humiditas quædam. Nec humiditas eſt caliditas, vel frigiditas. Nec frigiditas eſt ſiccitas. Nec calidum eſt frigidum vel econuerſo: ſicut ſub cauſa. Nec etiam frigiditas & caliditas ſunt ſub humido & ſicco vel econuerſo. Neceſſe eſt igitur has quatuor qualitates eſſe primas. Sed videtur hoc non eſſe verum: quia in primo methe. dicitur quod ſtellæ per motum ſuum et per reflexionem radiorum cauſant calorem in iſtis inferioribus: & maxime ſol: & ita videtur quod non omne calidum ſit effectus primi calidi: cum ipſæ ſtellæ non ſint calidæ: nec per tales qualitates effectæ calidæ. Saturnus etiam dicitur cauſare frigiditatem in aere: & ita non omne frigidum erit effectus primi frigidi. Ad quod dicendum eſt quod Philoſophus hic loquitur de qualitatibus actiuis & paſſiuis adinuicem: inter quas ſunt prædictæ quatuor qualitates: vt oſtenſum eſt. Qualitatem autem ſtellarum: puta lux vel aliqua alia virtus earum: licet cauſaret in iſtis inferioribus aliquam qualitatem: non tamen ab eis patiũtur cum eorum ſubſtantia non communicent in materia: vt dicitur in. 11. meta. & ideo ceſſat obiectio.

Dubium Cap. pri.

G

Solutio.

Tex.cõ.10.

Alcyo. H *Sed cum res contrariæ quatuor enumerentur: & ex illis ſex paria connectantur: & contraria una iugari ſuapte natura non queant (nam fieri non poteſt, ut calor & frigus idem ſint: nec contra ſiccitas & humor) ſatis liquet elementorum paria tantummodo quatuor eſſe conficienda: caloris & ſiccitatis: caloris & humoris: frigoris contra & ſiccitatis: frigoris demum & humoris: atq; etiam optima ratione corpora ſequi, quæ ſimplicia exſiſtant, ignem, inquam aerem, aquam, & terram. Siquidem ignis calidus & ſiccus eſt: aer calidus & humidus; quia tale elementum quaſi euaporatio quædam eſt; aqua frigida & humida: terra frigida & ſicca: ut conſentaneum ſit haſce differentias inter primaria corpora explicare: atq; illarum copiã rationis fide haberi.*

I

Antiqua. Tex.cõ.16. Cõiugatiões poſſes quatuor. impoſſibiles vero duę

Quoniam autem quatuor elementa: eorum autem quatuor ſex coniugationes ſunt: contraria autem non innata ſunt coniungi. Calidum enim & frigidum eſſe idem: & rurſus humidum & ſiccum impoßibile. Manifeſtum autem quoniam quatuor erunt elementorum coniugationes: calidum & ſiccum: calidum humidum: & rurſus frigidum & humidum: & frigidum & ſiccum. Et aſſecutum eſt hoc ſecundũ rationem ſimplicibus apparentibus corporibus: igni & aeri & terræ & aquæ. Ignis enim calidus & ſiccus. Aer autẽ calidus & humidus (uelut euaporatio enim aer.) Aqua autem frigida & humida. Terra autem frigida ſicca. Vt rationabiliter diſtribuantur differẽtiæ primis corporibus: & multitudo eorum ſit ſecundum rationem. Lectio. III.

K


POSTQVAM Philoſophus determinauit de principijs elementorum ſcilicet de materiali & formali: hic determinat de numero eorum: & circa hoc duo facit. Primo determinat de numero eorum. Secũdo cum in quolibet elemento ſint duæ qualitates: oſtẽ-
Tex.cõ.23. dit in quolibet quę qualitas dominetur in eo. ibi. {Sed tamen ſimpliciter quatuor entia.} Circa primum duo facit. Primo probat numerum elementorum. Secundo confirmat dictum ſuum per opiniones aliorum. ibi. {Omnes enim quidẽ qui ſimplicia corpora.} Ad euidentiam primæ partis ſciendum eſt ꝙ elementum communiter ſumptum poteſt dici omne quod venit in cõpoſitionem alicuius. Eſt enim elementum ex quo cõponitur aliquid. primo & eſt in eo: vt dicitur in .5.
Tex.cõ.4 Elemẽ. qd. Primę qualitates elemẽta dicuntur. meta. Secundum hoc ergo ſumendum cõmuniter elementum ipſæ primæ quatuor qualitates poſſunt dici elementa: cum ex ipſis: vt dicitur in litera. componantur ſex coniugationes. Vel aliter. Quia alio modo dicuntur

L

elementa primæ propoſitiones demonſtrationis: ex quarum virtute procedunt cæterę demonſtrationes: in quas omnes propoſitiones aliæ reducuntur.
Et ſimę propoſitiones. Ad horum ergo ſimilitudinem ipſæ primæ tangibiles qualitates poſſunt dici elementa: quia omnes aliæ vt oſtenſum eſt ſunt effectus earum: & in eas
Expoſitio textus. cæterę reducuntur. Dicit ergo primo Philoſophus. Cum ſint quatuor elementa, ideſt quatuor tangibiles qualitates: & non quatuor ſimplicia corpora: vt quidam exponunt: nondum enim probatus eſt numerus earum. Aut quatuor qualitatum ſunt coniugationes ſcilicet calidum & frigidum: ſiccum & humidum: quæ ſunt duæ impoſſibiles coniugationes: quia impoſſibile eſt contraria eſſe in eodem: manifeſtum eſt


M quod ſolũ reliquæ quatuor coniugationes erunt poſſibiles ſcilicet calidum & ſiccum: calidum & humidũ: frigidum & humidum: frigidum & ſiccum. Et hoc quod dictum eſt ſecundum hanc rationem: aſſecutum eſt, ideſt conueniens eſt: his quæ apparent in ſimplicibus corporibus ſcilicet in igne: aere: aqua: & terra. Ignis enim eſt calidus & ſiccus: & ita conſtituitur per primam coniugationem. Aer calidus & humidus per ſecundam. Aqua frigida & humida per tertiam. Terra frigida & ſicca per quartam. Et ſic primę differentiæ qualitatum rationabiliter diſtribuuntur primis corporibus ſcilicet quatuor elementis: & oportet quod multitudo primorum corporum ſit ſecundum prædictam rationem: quia ſcilicet primæ qualitates non poſſunt niſi quadrupliciter combinari. Deinde cum dicit.

Combinationes poſſibiles quatuor. N



O

Combinationes impoſſibiles duæ.



P

Enimuero ex omnibus qui corpora ſimplicia elementa proponunt: alij unum: alij duo: alij tria: alij quatuor ea eſſe fingunt: atq; etiam qui unum duntaxat conſtituunt: & reliquorum omnium generationem ex denſitate, atq; raritate excitant: ijs accidit duo tantummodo initia probare raritatem & denſitatem, uel potius calorem & frigus: hæc enim illarum procreandarum facultatem habent: & unum ut materia ſubijcitur. Atqui ſtatim duo fecerunt ignem & terram: quemadmodum Parmenides: quæ media intercedunt, ut aer, & aqua, illorum ipſorum commiſtionem faciunt. Nec uero ab iſtorum præceptis uidentur abhorrere qui tria profitentur: qualis Plato in commentario diuiſionum deprehenditur. Is enim medium congeriem facit: atq; eadem prope modum ſentiunt qui duo inducunt principia, ut qui tria: niſi quod alij medium in duo diſtrahunt: alij uero unũ tantummodo conſtituunt. Alcyo.

Q

Omnes enim quidem qui ſimplicia corpora elementa faciũt: hi quidem unum: hi autem duo: hi autem tria: hi autem quatuor faciunt. Quicunq; quidem igitur unum dicunt ſolũ: deinde denſitate & raritate alia generant: his cõtingit duo facere principia: & rarum & denſum: aut calidum & frigidum. Hæc enim actiua: unum autem ſupponitur quemadmodum materia. Qui autem mox duo faciunt: ut Parmenides ignem & terram media mixturam faciunt horum: puta aerẽ & aquam. Similiter autem & qui tria dicunt quẽ- Antiqua. Tex.cõ.17. Vide ꝓ phy. tex.cõ.55. Tex.cõ.18. Vide ꝓ phy. tex.cõ 41. Tex.cõ.19

admodum

A

admodum Plato in diuiſionibus: medium enim mixturam facit: & fere eadem dicunt & qui duo & qui tria dicunt: præterquam q̃ hi quidem incidunt in duo media: hi autem unum ſolum faciunt.

Confirmat quod dixit per opinionem antiquorũ. Duo autem dixit Philoſophus. primum eſt q̃ elementa non ſunt plura q̃ quatuor. Secundum eſt quod ipſa agunt & patiuntur per differentias contrariarum tangibilium qualitatum. In quibus duobus concordat quodammodo cum antiquis. Vnde dicit q̃ omnes antiqui dicunt elementa ſimplicia corpora conueniũt in hoc q̃ non excedunt quaternarium numerum. Differunt tamen quia quidam dicunt primum elementũ eſſe tantum vnum. quidam dicunt elementa eſſe duo. quidam tria. quidam quatuor. ergo in hoc concordat cum antiquis qui quaternarium numerũ non tranſcẽdunt. Concordat etiam cum eis in ſecundo: quia dicũt ipſa elementa: ſiue vnum: ſiue plura pati per contrarias qualitates. Quicunq; enim vnum ſolum dicunt elementum: dixerunt alia generari ex ipſa denſitate & raritate quæ ſunt contrariæ qualitates. Iſti ergo dixerunt duo principia præter elementum ipſum: q̃ dicebant eſſe quandam mediam naturam corpoream ſubtiliorem aere: & denſiorem igne: ex quo per denſitatem & raritatem ex eo alia generari: vel per calidum & frigidum: per frigidum quidem condenſans: per calidum autem rarefaciens: hæ enim qualitates cum ſint contrariæ agunt & patiuntur ad inuicem: unũ autem ſcilicet prædictum elementum ſupponitur eis ſicut materia. Qui autem duo faciũt vt Parmenides: qui ponit ignem & terram eſſe elementa: ponebant etiam inter ea duo media ſcilicet aerem & aquã: quæ dicebat fieri ex iſtis duobus per rarum & denſum: quia quando rareſit terra generatur aqua: quando autem condenſatur ignis generatur aer: vnde iſte etiam ponebat ea pati per contrarias qualitates: & in hoc conuenit cum Philoſopho. Similiter autem & qui dicunt tria eſſe elementa: ponunt duo extrema contraria: & vnum medium ſicut Plato in ſuis diuiſionibus vbi diuidit elementa. Ponit enim vnum ex parte formæ vt magnum & paruum: quæ ſunt contraria ex parte materiæ. Dicit etiam quoddam medium eſſe miſtum ex magno & paruo. Fere autem dicũt idem qui ponunt duo principia & ponẽtes terram: vtriq; enim ponunt duo extrema. Et differunt: quia ponentes duo elementa ſicut Parme. ponunt duo media: ponẽtes autem terram ponunt vnum medium. Deinde cũ dicit.

B

Q̃ñ ponentes vnũ p̃ncipiũ ponebãt contrarias qualitates.

C

Parmenides q̃ño:

Plato q̃ño.

D

Alcyo.

At enim non deſunt qui quatuor initia eſſe cenſeant: ut Empedocles, quæ tamen in duo contrahit. igni enim reliqua omnia coſtituit aduerſa. Ignis porro, aer, & cætera, quæ diximus nõ ſimplicia, ſed miſta ſunt: atq; ſimplicia talia ponũtur: nõ aũt eadẽ, ut id quod ſimile ignis eſt, ignis faciẽ refert non tamen ignis eſt: & id quod aeris ſimile eſt ſpeciem aeris præbet: non tamen aer eſt. Similis aliorum quoq; ratio eſt. ignis autem caloris redundantia conſtituitur & gelu frigoris: quando gelatio efferueſcentia redundantiæ agnoſcuntur: altera quidem frigoris: ſed altera caloris. Ergo ſi gelu eſt denſitas humoris & frigoris: ignis etiam feruor caloris erit, ac ſiccitatis. Quapropter neq; ex gelu: neq; ex igni: quem ad uſum uitæ adhibemus; quicq̃ gigni procreatiue põt.

E

Antiqua.

Igni oĩa cõtraponit Empedo.

Tex.cõ 20.

Quidam autem & mox quatuor dicũt: ut Empedocles: congregat autem & hæc in duo. igni enim omnia alia contraponit. Non eſt autem ignis & aer & unumquodq; prædictorum ſimplex ſed miſtum. Simplicium autem talia quidem ſunt: non tamen eadem. uerbi gratia quod quidem igitur igni ſimile igneum non ignis: & quod aeri aereum. Similiter autem & in alijs. Ignis autem eſt ſuperabundantia caliditatis quemadmodum & glacies frigiditatis. Coagulatio quidẽ & arſio ſuperabundantiæ quædam ſunt: hæc quidem frigiditatis: hæc autem caliditatis. Si igitur glacies eſt coagulatio frigidi & humidi. Ignis erit arſio calidi & ſicci: ideo nihil ex glacie generatur: neq; ex igne.

Tex.cõ.21.

Ignis & calli. ſupabundã.

Glacies q̃ño.

Ignis q̃ño.

Ponit ſpecialiter opinionem Empedoclis: & eam declarat dicens q̃ quidam ſicut Empedo. & eius ſequaces ponunt ſtatim quatuor elementa. Dicit autem mox: quia licet aliqui poſuerint quatuor: non tamen principaliter: ſed duo media: ſicut aerem & aquam dicebant ex alijs generari. Iſta autem quatuor elemẽta reducit Emped in duo contraria. Ex vna enim parte ponit ignem: & ex alia parte igni tria alia contraponit. vnde concordat Ariſto. cum Empe in duobus: licet non omnino ſcilicet in numero elementorum & contrarietate eorum. Vlterius autem incidenter declarat opinionem dicens q̃ ſecundum Empe. elementa quæ nos ſentimus non ſunt pura: ſicut ignis quem ſentimus nõ eſt purus: neq; aer: nec aliquod aliorum: ſed vnumquodq; eſt mixtum: tamen ſimplicia elementa ſunt talia, id eſt iſtis quæ videmus ſimilia: non tamen eadẽ. verbi gratia id quod eſt ſimile igni: puta flamma non eſt ignis: ſed ignea: eſt enim flamma ſpiritus ſicci ardor: vt dr̃ in primo meta. Et qđ eſt ſimile aeri non eſt aer: ſed aereum: & ſimiliter de alijs. Dicit etiã Empedo. q̃ ignis circa nos eſt: eſt quædam ſuperabũdantia caliditatis: ſicut glacies eſt quædam ſuperabũdantia frigiditatis. Coagulatio enim & arſio ſunt ſuperabundantiæ quædam. hæc quidem frigiditatis in glacie: hæc autem caliditatis in igne circa nos exiſtente. Si igitur glacies eſt coagulatio humidi & frigidi; & ignis eſt ſuperabundans arſio calidi & ſicci: quia vtrũq; eorũ a temperamento mixtionis recedit: ideo nihil ex glacie generatur: nec ex igne qui eſt circa nos: licet vtrunq; ſit mixtum. Secundũ autem quoſdã aliter inducitur hæc litera vt legatur ſecundum opinionem Ariſto. Deinde cum dicit.

Q̃ñ Empe. reducit elẽta

F

Elẽta q̃ ſentimus nõ ſunt pura elẽta ſ3 Empedo.

Flamma nõ eſt ignis ſed ignea.

G

Nihil ex glacie & ex igne generatur.

Notabile.

H

Alcyo.

Cum autem corpora ſimplicia quatuor ponantur ad utrunq; duplum uterq; accommodatur locus. Ad ignem quidem & aerem locus qui ſurſum efferatur: ſed ad terram & aquam qui deorſum demittatur: atq; ignis & terra ſuis momentis extrema: & ea quidem puriſsima ſunt: aqua & aer media, magiſq; admiſta: & utraq; utriſq; contraria ſunt igni aqua, aeri terra. hæc enim ex contrarijs conſtant affectionibus.

Antiqua.

Tex.cõ.22.

Entibus autem quatuor ſimplicibus corporibus duorum utiq; primorũ eſſe unumquodq;. Ignis quidem & aer eius qui ad terminum fertur: aqua autem & terra eius qui ad medium. Et extrema quidem ſincera ignis & terra: media autem miſta magis aqua & aer: & utraq; utriſq; contraria. Igni quidem enim eſt cõtrarium aqua, aeri autem terra. Hæc enim ex contrarijs paſsionibus conſtituta ſunt.

A *que differentia contraria eſt: ut igni, & aquæ: alter enim ſiccus, & calidus: altera humida, & frigida eſt; ſed alijs altera tantum contraria aſſcribitur: ut aeri & aquæ: alter enim humidus & calidus: altera frigida & humida eſt: ut compertum ſit in uniuerſum quoduis elemētum ex quo quis ſuapte natura gigni poſſe.*

Antiqua. Quoniam quidem igitur omnia innata ſunt adinuicem tranſmutari manifeſtum eſt: generatio quidem enim in contraria ex cōtrarijs. Elementa autem omnia habent contrarietatem adinuicem: quia differentiæ contrariæ ſunt: ſed his quidem enim ambæ contrariæ. uerbi gratia igni & aquæ, hoc enim calidum & ſiccum. hæc autem frigida & humida: his autem altera ſolum. uerbi gratia aeri & aquæ: hic enim calidus & humidus; hæc autem frigida & humida. Quapropter uniuerſaliter quidem manifeſtum quoniam omne ex omni generari innatum eſt.

Elīta adinuicē contrarietatē habent.

Q̄d ꝗ̄libet generatur ex quolibet.

B Proſequitur intentum. Et circa hoc duo facit. primo oſtendit generationem elementorum in communi. ſecundo magis in ſpeciali oſtendendo differētiam inter ea quantum ad eorum tranſmutationē. ibi. {Iam autem ſecundum vnumquodq;.} Primò oſtendit ꝙ elementa adinuicem tranſmutantur tali ratione. Generatio eſt ex contrarijs: & in contraria: omnia elemēta habent contrarietatem adinuicem: quia eorum differentiæ ſunt contrariæ. Oſtenſum eſt ergo ꝙ elementa adinuicem generantur. Maiorem propoſitionem manifeſtat inducendo in ſingulis elementis dicens quod quædam elementa ſecundum ambas differentias contrariantur: ſicut ignis & aqua. Ignis enim eſt calidus et

C ſiccus: aqua vero frigida & humida. Calidum autē & frigidum ſunt contraria: & ſimiliter humidum & ſiccum. Quædam autem contrariantur ſolum ſecundum alteram qualitatē: ſicut aer & aqua: quia aer eſt calidus & aqua eſt frigida: ſed in humiditate conueniunt. Simile eſt de terra & igne: & de terra & aqua. Sic ergo concludit quod vniuerſaliter manifeſtū eſt: ꝙ quodlibet elementum ex quolibet generatur. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Iam ne magnum quidē negocium erit perſpicere ſigillatim quō id fiat: etiam ſi tum per celeritatem & tarditatem: tū per facilitatē et difficultatē nonnihil in hoc diſcrepēt. Nā quæ cognatione inter ſe continentur: eorum tranſitus admodū uelox eſt, quæ quidē ſi caruerint, tardus eſt: propterea quod facilius unum, quam multa commutatur; ut ignis ex*

D *quo aer prodibit: contrario altero ſolum immutato: alterius enim calor & ſiccitas: alterius uero calor & humor erat. Quamobrem ſi ab humore ſiccitas dometur & comprimatur, aer exierit. Item ex aere, aqua, ſi a frigore calor uincatur: ille enim humidus, & calidus erat; hæc uero frigida et humida: itaq; per immutationē caloris aqua emanabit. Eodem modo ex aqua terra: ex terra ignis: utrinq; enim cum altero cognatam habet naturam: nam aqua humida & frigida: terra autem frigida & ſicca: ut ſi humor ſuperetur: terra ſit futura. item cum ignis calidus & ſiccus uigeat: atque terra frigida & ſicca iaceat: ſi frigus elidatur ignis ex terra orietur. Itaq; præclare intellegi poteſt corporum ſimplicium generationem in orbem flecti: atq; eiuſmodi uiciſſitudinis rationem facillimam eſſe propter cognationem, qua iungi ea ſolent: quæ deinceps conſecuntur.*

E *Iam autem ſecundum unumquodq; non eſt difficile uidere quomodo omnia ex omnibus erunt. Differt autem in citius & tardius facilius & difficilius. Quæcunque enim habent ſymbolū adinuicē uelox horum eſt trāſmutatio. Quæcunq; autem non habent: tarda: quia facilius unum q̄ multa tranſmutare. uerbi gratia ex igne quidem enim erit aer altero tranſmutato. hoc enim erat calidum & ſiccum: hoc autem calidum & humidum. Quapropter ſi dominabitur ſiccum ab humido aer erit. Rurſus autem ex aere aqua erit ſi dominabitur calidum a frigido: hoc quidem enim fuerat calidum & humidum: hoc autem frigidum & humidum. Quapropter tranſmutato calido aqua erit: eodem modo et ex aqua terra: & ex terra ignis: habent enim ambo ad ambo ſymbola. Aqua quidem humida & frigida: terra autem frigida & ſicca. Quapropter dominato humido terra erit. Et rurſus ignis quoniam calidus & ſiccus: terra autem frigida & ſicca: ſi corrumpatur frigidum ignis erit ex terra. Quapropter manifeſtum q; in circuitu erit generatio in ſimplicibus corporibus: & facilis hic modus tranſmutationis: quia ſymbolum exiſtit his quæ deinceps.*

Antiqua. Tex.cō.25.

In habētibus ſymbolū facilior eſt trāſitus.

F

Alcyo.

Determinat de generatione ipſorum magis in ſpeciali. Et circa hoc duo facit: primo oſtendit quomodo vnum elementum generetur ex vno. ſecundo quomodo vnum generetur ex duobus ibi. {Si autē vnicuiuſq;.} Circa primū duo facit. primo oſtēdit q̄ ſunt q̄ faciliter & cito adinuicē tranſmutantur. ſecūdo quæ ſunt quæ tardius & difficulter, ibi. {Ex igne aqua.} Dicit ergo primò ꝙ licet omnia elementa in hoc conueniant ꝙ quodlibet ex quolibet generatur: differunt in hoc ꝙ quædam ipſorum facilius & citius: & quædā tardius & difficilius adinuicē tranſmutantur. Quæcunq; enim habent ſymbolum, id eſt, conuenientiam in aliqua qualitate: citius & facilius tranſmutantur adinuicem: illa vero quæ in nulla qualitate conueniunt: tardius & difficilius. Et ratio huius eſt: quia cū ea quæ habent ſymbolum tranſmutantur: non eſt neceſſe trāſmutari niſi tantum alteram qualitatem: quando vero ea quæ tranſmutatur adinuicem in nulla qualitate conueniunt: vtranq; qualitatem neceſſe eſt trāſmutari: facilius autem eſt vnum tranſmutari q̄ plura. Vlterius autem exemplificat dicens ꝙ ex igne poteſt fieri aer ſolum altero tranſmutato ſcilicet ſicco. Ignis enim eſt calidus & ſiccus. Aer autem calidus & humidus. Si ergo ſiccum ignis per dominium humidi corrūpatur: remanet calidū & humidum: & ſic erit aer. Item etiam ex aere poterit fieri aqua ſi per dominiū frigidi caliditas aeris corrumpatur. Eodem modo ex aqua terra: & ex terra ignis. habent enim ambo conuenientiam ambobus. Aqua enim eſt frigida & humida terra vero frigida & ſicca: & ideo dominato humido, id eſt ſi humidum aquæ corrumpatur per dominium ſicci generabitur terra ex aqua. paſſiue enim legitur ly dominato. Item vero quia ignis eſt calidus & ſiccus, terra vero frigida & ſicca. Si corrumpatur frigiditas terræ generabitur ignis ex terra. Et ideo concludit. manifeſtum etiam ꝙ cum quodlibet generetur ex quolibet: vt oſtenſum eſt: quod generatio ſimplicium corporum erit circularis. Et prædictus modus tranſmutationis eſt facilis: quia habet ſymbolum in altera qualitate.

Tex.cō.27.

G

Quid ſit ſymbolum.

Cur habētia ſymbolū facilè tranſmutantur.

H

Dubitatur autem de hoc quod hic dicit Philoſo-

Dubiū primū.

I phus. Dicit enim quod cum elementa quę habẽt ſymbolum tranſmutantur remanet vna qualitas: ſicut qñ ex aere fit aqua: remanet humiditas; & ſic videtur qđ corrupto ſubiecto remaneat accñs: qđ eſt impoſſibile. Ad quod dicendum quod illud accidens ſiue illa qualitas non remanet eadem numero: ſed eadem ſpecie. Sed adhuc videtur dubium remanere: quia non videtur quod propter hoc talis trãſmutatatio debeat eſſe facilior: cum oporteat corrumpi ambas qualitates ſicut in tranſmutatione non habẽtium ſymbolum. Ad huius ergo euidentiam conſiderandum eſt: quod qualitates elemẽtorum cauſantur ab ipſis formis ſubſtantialibus ipſorum. Illa ergo elementa quæ maiorem conueniẽtiam habent in qualitatibus: neceſſario habent maiorem conuenientiam in formis ſubſtantialibus: & per conſequens in diſpoſitionibus materię facilius adinuicẽ trãſmutantur. Et licet oportet ambas qualitates corrumpi: tamen quia qualitas ſymbola minus reſiſtit: immo nullo modo: contraria vero reſiſtit. ideo facilior eſt tranſitus. Deinde cum dicit.

Solutio. Dubiũ ſcdm. Solo. K In ſymbol° ẽ minor reſiſtẽtia. ideo facilior tranſitus

Alcyo. *Et quanquam ex igni oritur aqua: & ex aere terra. & contra ex aqua, & terra aer, & ignis: tamen difficilius id euenire ſolet: quoniam plura mutanda ſunt: & eo magis, qđ neceſſe eſt frigus: & humorem abſumi ſi ex aqua oriturus eſt ignis. ſin autem ex terra aer exiturus eſt, pari neceſſitate frigus: & ſiccitas in interitum redigenda eſt eadem ratione ſi ex igni, & aere oriantur aqua, & terra: neceſſitas cogit: ut utraq; commutentur. Et hæc quidem generatio longior eſt: & prolixior.*

L

Antiqua Tex.cõ.26. *Ex igne autem aquam: & ex aere terram: & rurſus ex aqua et terra aerẽ et ignẽ cõtigit quidẽ generari: difficilius autem quoniam plurium eſt tranſmutatio. Neceſſe enim ſi erit ex aqua ignis corrumpi frigidum & humidum. Et rurſus ſi ex terra aer corrumpi & frigidum & ſiccum. Similiter autem ſi ex igne & aere: aqua & terra: neceſſe enim ambo trãſmutare. hæc quidem igitur generatio tardior eſt.*

Oſtendit quæ ſunt illæ quæ tarde & difficultas adinuicem generentur: & dicit quod ſunt illa quæ non habent ſymbolum; ſicut ignis & aqua: terra & aer: & inducit rationem quæ patet in litera. Deinde cũ dicit.

Alcyo. *Quod ſi utriuſq; alterum perdatur: facilius quidem id conſequitur: ſed tamen tranſitus mutuus non eſt: immo ex igni: & aqua erunt terra, & aer: cõtra ex aere, atq; terra,*

M *ignis, & aqua. Cum enim frigus aquæ: & ignis ſiccitas in interitũ agitur, aer emanat: quoniã alterius calor alterius humor manet. ſed cũ ignis calor, et aquæ humor diſperditur terra oritur, quia illius ſiccitati: huius uero frigori ſedes ẽt relinquitur ſua: ex aere itidem & terra ignis: & aqua p nouum ortum effluit: nam quoties ipſius aeris calor: & terræ ſiccitas diſsipatur: toties aqua exit: illius enim humor, huius frigus relinquitur. At cum aeris humor, & terræ frigus deletur: ignis emicat: quia illius calor, huius uero ſiccitas illæſa cuſtoditur: quæ duo ad ignem pertinent. Etenim ignis ortum, uel ſenſus fide certum eſſe animaduertemus. flamma n. cum primis ignis eſt: quæ quidem nihil aliud eſt, quam deflagrans fumus: hic porro ex aere: & igni conſtans reſpirat.*

Antiqua *Si autem uniuſcuiuſq; alterũ corrumpetur facilis quidem: non adinuicem autem tranſmutatio. Sed ex igne quidẽ & ex aqua erit terra & aer: & ex aere & terra ignis & aqua. Quandoquidem enim aquæ frigiditas corrumpetur; ignis autem ſiccitas aer erit. Relinquitur enim huius quidẽ calidum: huius autem humidum. Quando autem ignis quidem calidum: aquæ autem humidum terra erit. Quia relinquitur huius quidem ſiccum: huius autem frigidum. Similiter autem & ex aere & terra ignis et aqua. Quando enim aeris corrumpetur calidum: terræ autem ſiccum: aqua erit. Relinquitur enim huius humidum: huius autem frigidum: quando autem aeris humidum: terræ autem frigidum ignis. Quia relinquitur huius quidem calidum: huius autem ſiccũ quæ quidem erant ignis. Confeſſa autem ad ſenſum ignis generatio. maxime enim ignis flamma. Hæc autem eſt fumus ardens. Fumus autem ex aere & terra.*

N Tex.cõ.27 Ex duob° elementis ſummę cõtrarijs tertius generari poteſt.

Tex.cõ.28. O Flãma eſt fumus ardens. Fumus ẽ ex aere & terra.

Ex duobus elementis ſumme contrarijs tertium generari poteſt.

Ex aere / Ignis / Ex terra	Corrupto / Humido / Frigido
Ex aqua / Aer / Ex igne	Corrupto / Frigido / Sicco
Ex aere / Aqua / Ex terra	Corrupto / Calido / Sicco
Ex aqua / Terra / Ex igne	Corrupto / Humido / Calido

P

Oſtendit quomodo vnum elementum generetur ex duobus dicens quod ſi altera qualitas vniuſcuiuſq; elementorum non habentium ſymbolum corrumpatur; non eſt adinuicem tranſmutatio. Sed tamen poterit aliquod tertiũ generari. Sicut ex igne & aqua quæ in nulla qualitate conueniunt: poterit generari terra & aer. Ex aere & terra ignis & aqua. Quando enim aquæ frigiditas corrumpitur & ſiccitas ignis: ſic fiet aer quæ eſt calidus & humidus. Quando vero calidum ignis & humiditas aquæ corrumpitur: remanet ſiccitas ignis, & frigiditas aquæ: & ſic generatur terra frigida & ſicca. Similiter ex aere & terra poteſt generari ignis & aqua. Quando caliditas aeris & terræ ſiccitas corrumpitur. remanet humiditas aeris & terræ frigiditas: & ſic generatur aqua frigida & humida. Quando vero humiditas aeris & terræ fri. corrumpitur remanet caliditas aeris & ſiccitas terræ: & ſic generatur ignis calidus & ſiccus. Hæc autẽ generatio ignis cõceſſa eſt ab omnibus: qa ad ſenſum apparet quod in lignis in quibus eſt humiditas aeris generatur flãma: quæ maxime ignis eſt inter ea quæ naturæ igneæ ſunt apud nos. Flamma autẽ nihil aliud eſt niſi fumus accenſus. Fumus autem eſt ex terra & aere. Et humiditas aerea expirans & ſecum trahens partes terreſtres: propter quod denigrantur ea quæ tangit. In hac tamen generatione notãdum eſt; quod ſemper neceſſe eſt vincere alteram actiuarum qualitatum

Q Qđ ex terra & aere fiat ignis. Cur nigreſcũt q̃ tangũtur a fumo. Notabile.

A tantum & alteram paſſiuarum: quia aliter non eſſet cõiunctio poſſibilis. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Nec uero in iis, quæ deinceps conſecuntur: tranſitus in ullum corpus fieri ſolet altera in utroq; qualitate deleta: propterea quod utrobiq; eadem: aut contraria omittuntur: cum ex neutris corpus formari poßit: ut ſi ignis ſiccitas: & aeris humor elidatur: profecto apud utrunq; calor adhuc uigebit. ſin autem utriuſq; euaneſcat calor: contraria ſeruabuntur: quæ ſunt ſiccitas & humor. Idem quoq; de aliis ſtatuas. nam in omnibus quæ deinceps conſecuntur: partim idem: partim contrarium ineſt. Quare ſimul cõſtat quæcunq; ex uno ad unum recedunt: eadem uno tantum conſumpto gigni: quæcunq, ex duobus ad unũ, pluribus labefactatis. Sed quanquam ſupra docuimus quæuis ex quoquis*

B *oriri: taliſq, uicißitudinis rationem attigimus.*

Antiqua. Tex.cõ.29 *In his autem quæ p conuenientiã nõ contingit corrupto in utroque altero elementorum fieri tranſmutationem in unum corporum: quia relinquuntur in ambobus aut eadem: aut contraria: ex neutro autem contingit generari corpus. uerbi gratia ſi ignis quidem corrumpetur ſiccum: aeris aũt humidum calidũ in ambobus relinquetur. Si autem ex utroque calidum relinquentur contraria ſiccum & humidum: ſimiliter autem & in aliis. In omnibus enim his quæ per cõſequentiam exiſtunt hoc quidem idem. hoc autem contrarium. Quapropter ſimul manifeſtum quoniam quæ ex uno in unum tranſeunt uno corrupto generantur: quæ autem*

Tex.cõ.30. *fieri ex duobus in unum pluribus. Quoniam quidem ergo omnia ex omni generantur: & quomodo ex inuicem tranſ-*

C *mutatio generatur dictum eſt.*

Ex quibus elemẽtis nõ generatur tertium. Oſtendit ex quibus duobus elemẽtis nõ poteſt generari tertium dicens quod in his elementis quæ ſunt per conuenientiam, id eſt quæ ſunt immediate in loco: & habent ſymbolum: talis generatio eſſe non poteſt. ſ. quod ex duobus altera qualitate in vtroq; corrupta tertium generetur. Quia illa quæ relinquitur eſt aut eadem aut contraria. Et ſiquidem fuerit eadẽ in vtroque: puta caliditas in igne & aere: non generabitur aliquod tertium elementum: quia ex vna qualitate nõ poteſt conſtitui elementum. Si autem fuerint contraria: puta ſiccitas ignis & humiditas aeris: cum iſta con-

Tex.cõ.16. iugatio ſit impoſſibilis: vt ſupra dictum eſt: nec tunc poterit generari tertium elemẽtum. Similiter autem

D eſt in aliis habẽtibus ſymbolũ ſcilicet in terra et aqua: quia in omnibus talibus quę habent talem cõiunctionem in loco: & eſt inter conuenientia qualitatis: vna qualitas eſt eadem: & altera cõtraria. Ex dictis igitur manifeſtum eſt quod elementa quæ ex vno in vnum ex veloci generatione tranſeunt: ex duobus in vnum tertium illa tranſeunt duabus qualitatibus corruptis.

Dubium Vltimo epilogat vt patet in litera. Dubitatur de hoc quod hic dicit Philoſophus quod corrupta frigiditate terræ & humiditate aeris fiet ignis. Hoc enim non videtur poſſibile eſſe: quia nec terræ ſiccitas: nec caliditas aeris videntur ad generationem ignis poſſe ſufficere. Ignis enim multo calidior eſt q̃ aer: & ſiccior q̃

Solo quorundam. terra. Ad hoc autem dicunt quidam: quod non intendit Philoſophus quod ex illis duobus generetur purus ignis: ſed aliquid quod maxime participet naturã

Impugnatio eius: ſicut exemplificat de flamma. Sed hoc ſtare non poteſt. quia Philoſophus loquitur de generatione elementorum: & non mixtorum ex elementis. Et præ-

E terea etiam caliditas flammę multo intẽſior eſt q̃ caliditas aeris. Et ideo dicendum quod generatur purus Solo propa. ignis. Et licet illa caliditas non ſufficiat: iuuatur tamen & intenditur per virtutem corporis cœleſtis: & luce ſolis: & per virtutem aliarum ſtellarum.

Alcyo. *Eadem tamen ipſa nunc quoq; ita tractanda ſunt. Nam ſi naturalibus corporibus ut nonnullis etiam placet: aer, & aqua: ac eiuſdem generis alia pro materia ſubiiciũtur profecto neceſſe eſt uel unum: uel duo: uel plura eſſe. At omnia unum eſſe, ut aerem omnia: aut aquam: aut ignem: aut terrã non licet. ſiquidem in cõtraria mutatio efficitur. nam ſi aer eſſet, ac remaneret, nõ generatio: ſed alteratio foret. nec hoc modo aqua et aer: aut quoduis aliud uidetur poſſe ſimul uer-*

F *ſari: quædam enim omnino res contraria: & differentia ponetur: cuius alteram partem: ut calorem, ignis obtinebit.*

Antiqua. Tex.cõ.30. *Sed tamen adhuc & ſic afficiemus de eis. Si enim eſt naturalium corporum materia ut uidetur quibuſdam aqua: et aer & quæ talia. Neceſſe autem unum eſſe aut duo hæc: aut plura. Vnum utiq; omnia non eſt poßibile. uerbi gratia aerem omnia: aut aquam: aut ignem: aut terram. Si tranſmutatio eſt in contraria: & hoc tranſmutat in contrarium. Si enim erit aer ſiquidem permanet alteratio erit & non generatio. Si autem neq; ita uidetur ut et aqua ſimul ſit & aer: aut aliud quodcunq; Erit aliqua contrarietas: & differentia: cuius habebit aliquid altera particula ignis. uerbi gratia caliditatem.* Lectio. V.

G POSTQVAM Philoſophus de generatione elementorum determinauit. Hic oſtendit quod ſubiectum iſtius tranſmutationis non eſt aliquod corpus actu exiſtens: & per conſequens q̃d illud ſubiectũ eſt materia communis exiſtens in potentia. Circa hoc ergo duo facit. primo oſtendit quod ſubiectum huius tranſmutationis non poteſt eſſe aliquod elementum. ſecundo quod nec aliquod medium inter elementa. ibi {Tamẽ neq; aliud aliqd} Dicit ergo primo, quod Tex.cõ.32. licet ſupra dictum ſit: quod ſit ſubiectũ huius tranſmutationis: & quod elementa adinuicem tranſmutentur. Adhuc tamen inſpiciemus ſi aliquod naturalium corporum: puta elementorum: vel aliquod corpus medium inter ea: eſt materia talis trãſmutationis. Quibuſdam enim videtur quod ſit aqua: quibuſdam quod ſit aer vel aliquid tale. Sed quod aliquod tale corpus nõ H poſſit eſſe materia elementorum probat tali ratione. Quia aut illud eſt tantum unum: aut duo: aut plura. Si autem ſit vnum tantum: tunc omnia erunt vnum ſcilicet vel aer vel aqua vel ignis: ſed hoc non eſt poſſibile: quia tranſmutatio eſt inter cõtraria. Si enim dicatur quod aer qui eſt omnia: permaneat: ſecundum rationem & formam ſubiectum ſaluatur in tota trãſmutatione. talis autem tranſmutatio eſt alteratio & non generatio. ergo non ſit generatio elementorum adinuicem: quod eſt contra ſupra probata. Similiter autẽ cum prædictis videtur quod aqua non ſit omnino ſimilis aeri: aut aliquod elementũ per omnia ſimile alteri elemento. ergo oportet quod ſit aliqua proprietas vniuſcuiuſq;: & aliqua differentia & contrarietas inter ipſa diſtinguens: & illius contrarietatis vnum elementum habebit partem vnam: & aliud elementum

I partem aliam habebit. verbi gratia ſi ignis & aer ſint contraria ſecundum calidum & frigidum: ignis habebit caliditatem & aer frigiditatem. Quando ergo ſit tranſmutatio aeris in ignem: ſiquidem manet aer in tota tranſmutatione: tunc & manet aeris frigiditas: & tamen ex igne in quo tranſmutatur inerit ei caliditas. ergo tunc eſt calidum & frigidum. Et cum ſit ſimplex corpus: eſt vbiq; & ſecundum idem frigiditas & caliditas. ergo cōtraria erunt in eodem: quod eſt impoſſibile. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Sed ne ignis quidem aer calidus eſt: quoniam hoc mutationis genus alteratio eſſet: quod cōſtare non uidetur: & cōtra, ſi ex igni aer fiet per immutationem caloris in contrarium fiet. Ergo aeri hoc reddetur: & tale elementum frigi-*
K *dum quiddam erit. propterea fieri non poteſt: ut ignis aer calidus ſit. nam idem ſimul calidum: & frigidum eſſet: aliud ergo præter utrunq; idem erit: & alia omnino materia cōmunis habebitur. Eadē ratio in reliquis omnibus probāda, nullum eorum eſſe: ex quo omnia oriantur.*

Antiqua. *Sed tamen neq; ignis erit aer calidus: alteratio enim tale & non uidetur. Similiter autem rurſus ſi erit aer ex igne calido in contrarium tranſmutatio erit. Exiſtet igitur aer hoc & erit aer frigidum aliquid: quapropter impoßibile ignem aerem calidum eſſe. Simul enim idem calidum & frigidum erit aliud. Aliquid igitur præter ambo idem erunt: & aliqua alia materia communis. Eadem aūt ratio de omnibus: quoniam non eſt unum horum ex quo omnia.*

L Remouet quandam reſponſionem quæ poſſet dari ad prædicta. Poſſet.n. aliquis dicere quod aer qñ ſit ignis nō dr̄ fieri ignis: quia aſſumit ſpeciē ignis: ſed aer eſt calidus: et ſimiliter qdo ex igne ſit aer remanet aer calidus. Sed hoc remouet dicēs quod ſi hoc eſſet uerū ſequeretur idem quod prius ſcilicet quod generatio elementi ex elemēto eſſet alteratio: quia aer frigidus & calidus non differunt niſi per accidens: & hoc facit alterationem. Præterea Cum ex igne ſit aer vel ecōuerſo: ſi vtraq; forma ineſt materiæ ignis & aeris: ſicut dicit iſta opinio: erunt idem calidum & frigidum: & quia tranſmutatio omnis eſt inter contraria. ergo aeri inerit calor ignis: & aer de ſe eſt quidē frigidus. ergo calidū & frigidū ſunt in eodē ſimplici: quod eſt impoſſibile. ergo impoſſibile eſt quod aere ſit ignis calidus vel ignis ſit aer frigidus. Quod autem hic dicitur quod aer de ſe eſt frigidus: dicitur gratia exempli: & non ſecundum rei veritatem. Cum autem iſta ſint impoſſibilia: oportet quod ambo elementa ſcilicet ignis & aer habeant aliquod quod ſit eis commune: quod eſſentialiter eſt in ambobus. Et hæc eſt communis materia quæ eſt in potentia ad vtrunq;: & eadem ratio eſt de alijs elementis. Nullum ergo elemētum eſt materia ad alia elemēta: ſed materia eorū eſt vna quæ eſt potentia vnumquodq;. Deinde cū dicit

Dr̄ aer frigidus gia exēpli.

M

Alcyo. *Neq; uero aſſerere oportet præter ea: aliud corpus eſſe medium inter aerem & aquam: aut aerem & ignem: quod aere quidem & igni craßius amplietur: ſed in arctiorem tenuitatem, quam cætera colligatur: aer enim & ignis re contraria affecti illud eſſent: immo uero alterum cōtrariorum orbitas eſt. Itaq; illud per ſe nunquam conſiſtere poterit. cuiuſmodi eſſe id, quod tum infinitum eſt: tum continet, non-nulli ſenſerunt. ergo ſimiliter aut quoduis illorum eſt, aut*
nullum. Et certe ſi nullum his prius ſenſile occurret: hæc omnia conſequentur. N

Antiqua. Tex.cō.32. *Tamen neq; aliud aliquid præter hoc uelut medium aliquid aeris & aquæ: & aeris & ignis. Illorum autem großius: horū autem ſubtilius. Erit enim illud aer & ignis cum contrarietate. Sed priuatio contrariorum alterum: quapropter non contingit illud ſolum eſſe unquam ut quidā inquiunt infinitum comprehendens. Similiter igitur quodcunq; horum: aut quidem nihil. Si igitur utiq; nullum ſenſibile prius his. hæc utiq; erunt omnia.* Tex.cō.33.

Priuatio eſt contrariorū alterum.

Oſtendit quod medium corpus inter ignem & aerem: quod ſit groſſius igne & ſubtilius aere: vel etiā mediū iter aerē et aq̄: qđ ſit ſubtilius aqua & groſſius aere non poteſt eſſe materia elementorum Quia ſi illud medium: ſupponatur quod eſt medium aeris & ignis: aut illud eſt cū cōtrarietate elemēti prima: aut ſine ea. Si autem eſt cum contrarietate prima alicuius elementi: ipſum eſt illud elementum. Quia cui conuenit propria paſſio alicuius: illi conuenit ſubiectum illius paſſionis. & ſic non erit medium inter elementa: quod eſt cōtra id quod ſuppoſitum eſt. Si autem illud corpus non habet paſſionē vel proprietatem elementarem: ſed eſt priuatum ea: cum priuatio cum altero ſemper ſit contrariorum. Aliter enim materia elemētorum eſſet a forma ſeparata: quod eſt impoſſibile. ſequitur quod id mediū corpus non ſit ſine contrarietate ſicut quidam dicunt: quod ipſum eſt quoddam infinitum non habens qualitatem aliquam: & omnia cōprehendens. Similis autem ratio eſt quodcūq; horū medium eſſe materia elemētorum ponatur. ergo aut nihil tale eſt medium: aut illud eſt aliud quatuor elementorum: quod eſt contra poſitionem. Si ergo non poteſt eſſe aliqđ corpus ſenſibile prius iſtis quatuor elementis: neceſſe eſt ut ipſa quatuor elemēta ſint principia corporum ſenſibilium. Commētator aūt aliter deducit iſtam rationem. Dicit enim quod ſi ponatur aliquod corpus medium eſſe materiam elementorū: ſequitur idem inconueniens: quod contingebat ponētibus vnum elementorum aereum eſſe ſubiectum. Sequitur enim contraria eſſe in eodem: quia cum omnis tranſmutatio ſit in contraria & ex cōtrarijs: vt ſupra dixit Philoſophus. cum ex tali corpore generatur aer vel aliud elementum: in eodem erunt qualitates ipſius corporis medij: cum ipſum in tranſmutatione ſecundum ſubſtantiam permaneat: & qualitates aeris generati quæ de neceſſitate illis oportet eſſe contrarias. Sequitur etiam ſecundum eum illud eſt ens & nō ens: quia cum vnum eſt priuatio alterius: & priuatio eſt non ens: ſecundū vnum contrariorum eſt ens: & ſecundum aliud eſt non ens. vltimo autem cum dicit.

O

P

Auer. deductō

Q

Alcyo. *Propterea neceſſe eſt elementa uel ſemper manere: & inter ſe non commutari, uel commutari: & uel omnia: uel quædam ita affici: quædam eiuſmodi non eſſe: ut Plato in Timeo literarum monimentis prodidit. At nos eadem ipſa inter ſe neceſſario mutari: eademq; uelocitate aliud ex alio non fieri: & quæ cognatione iunguntur celerius ex mutuo ortu prodire: & quæ talia nō ſunt tardius ita affici docuimus. Quapropter ſi res una contraria eſſet: per quā elementa uiciſſitudines ſubeunt, duo elemēta neceſſario haberentur:*

materia

A *ſu obuia: tum inſeparabilis eſt: ſed cum plura cernantur, res contrariæ duæ ad minimum reperiuntur: cumq; totidem ſint, elementa in tria redigi non queunt. immo quatuor ſupputantur: ut etiam conſtat. tot enim paria connectuntur. Nam cum ſex enumerentur: nulla tamen ratione fieri poteſt, ut duo illarum ſint: quoniam inter ſe contrariæ ſunt. Sed quoniam hæc iam ante diſputata ſunt.*

Antiqua. Tex.cõ 34 *Neceſſe igitur aut ſemper manentia & immutabilia inuicem: aut tranſmutabilia: & aut omnia: aut hæc quidem hæc aut non in Timæo Plato ſcripſit. Quoniam quidem igitur tranſmutari inuicem neceſſe eſt dictum eſt prius. Et quoniam non ſimiliter cito aliud ex alio dictum eſt prius. Quoniam habentia quidem ſymbolum citius generantur ex adinuicem: non habentia autem tardius. Siquidem igitur contrarietas una eſt ſecundum quam tranſmutantur: neceſſe duo eſſe. Materia enim medium inſenſibilis ens & inſeparabilis. Quoniam autem plura uidentur entia: duæ utique erunt minimæ. Duabus igitur entibus non poſſibile eſt eſſe tria ſed quatuor: quemadmodum uidetur. Tot enim erunt coniugationes: ſex enim exiſtentibus duas impoſſibile eſt generari: quæ contrariæ ſunt adinuicem. De his quidem igitur dictum eſt prius.*

Hñtia ſymbolũ facilius inuicẽ generanẽ, ñ hñtia uero tardius. B

Recapitulat. Recapitulando concludit principale propoſitum dicens quod iſta corpora aut ſemper manentia in formis ſuis & immutabilia inuicem: aut tranſmutantur adinuicem. Et ſi tranſmutantur aut omnia tranſmutantur aut quædam ſic: & quædam non ſicut Plato ſcripſit in Timæo quod terra propter latitudinem ſuorum triangulorum non tranſmutatur. Sed manifeſtum eſt quod omnia elementa adinuicem tranſmutantur: non tamen omnia æque cito: quia ea quæ habent ſymbolum citius generantur adinuicem: quæ autem non habent tardius. Si enim in elementis eſt contrarietas vna tantum: neceſſe eſt eſſe duo elementa: quia vnum ſolum non poteſt eſſe ſimul ſub duobus contrarijs: & materia tunc eſt medium duorum. Sed quia nos videmus quod elementa ſunt plura quam duo: neceſſe eſt ad minus ſint duæ contrarietates. Duabus autem exiſtentibus contrarietatibus impoſſibile eſt quod elementa ſint tantum tria: ſed oportet de neceſſitate quod ſint quatuor. Tot enim contingit fieri vniuerſales coniugationes tangibilium qualitatum: per quas ſumitur numerus elementorum. Sunt enim in vniuerſo ſex coniugationes: ſed duæ ſunt impoſſibiles: vt ſupra patuit: quia contraria eſſent in eodem.

Platonis placitum. C

D

Alcyo. *Ex iis, quæ mox tractabimus: perſpicietur fieri nõ poſſe: ut elementorum principium conſtituatur in extremis: hoc eſt in igni & terra: aut certe in medijs: hoc eſt in aere & aqua: non in extremis: propterea quod omnia ignis, aut terra eſſent: eademque ratio congrueret: ut ſi diceres ex igni mutato: aut ex terra omnia gigni.*

Antiqua. *Quoniam autem quæ tranſmutantur adinuicem impoſſibile eſt principium aliquid eſſe horum. Aut in extremo: aut medio ex his manifeſtum. In extremis quidem igitur non erit: quoniam ignis non erunt aut terra omnia: & eadem ratio ſi dicamus ex igne: aut terra eſſe omnia.* E

Lectio. VI.

POSTQVAM Philoſophus ſecundum propriam opinionem determinauit de mutua tranſmutatione elementorum. in parte iſta ponit opiniones aliorum & deſtruit eas. Fuerunt enim circa hoc duæ opiniones. quidam enim dixerunt quod non omnia elementa adinuicem tranſmutatur: ſed quædam. verbi gratia: ſicut aer mutatur in aquam & ignem: ignis vero non mutatur in aerem & in aquam. Aliqui vero non: vt Empedo. & eius ſequaces dixerunt elementa eſſe immutabilia. primo ergo ponit rationem contra primam. ſecundo contra ſecundam. ibi {Admirabitur autem.} Quia vero prima opinio ſupponit quoddam elementum medium eſſe principium in tranſmutatione aliorum: quod eſt contra id quod ſupra probatum eſt: ideo Philoſophus breuiter adducendo id quod ſupradictum eſt. oſtendit quod neq; extremum elementum poteſt eſſe principium; neque medium elementum poteſt eſſe principium. Et circa hoc duo facit. primo oſtendit quod non extremum. ſecundo quod neque medium. ibi. {Quoniam autem neque medium.} Dicit ergo primo quod quia elementa adinuicem tranſmutantur: impoſſibile eſt aliquod ipſorum eſſe principium neque medium neq; extremum. Quod extremum elementum non poteſt eſſe principium manifeſtum eſt ex ſupra dictis. Si enim dicatur quod extrema ſicut ignis aut terra ſunt principia cum ipſa & in tranſmutatione permaneant; omnia erunt ignis: quod eſt manifeſte falſum: & eadem ratio eſt de terra. Deinde cum dicit.

Tex cõ.37. F

G

Alcyo. *Nec media principium continent: quod nonnullis placet: ut aer in ignem mutetur: & aquam: hæc autem in aerem, & in aquam: atq; extrema poſt hæc inter ſe non commutantur: quando eiuſmodi mutationem conſiſtere oportet: nec recto curſu ad utrunq; latus procedere: infinitæ enim res contrariæ in uno uerſabuntur.*

Antiqua. *Quoniam autem neq; medium ut uidetur quibuſdam aer quidem & in ignem tranſmutatur & in aquam. Aqua autem & in aerem & in terram: ultima autem non amplius inuicem. Oportet quidem ſtare: non in infinitum ire hoc in rectitudine ad utraq;. Infinitæ enim contrarietates in uno erunt.*


H


Oſtendit quod neque medium elementum poteſt eſſe principium. ſicut illi dicebant qui ponebant non omnia elementa adinuicem generari. Et circa hoc duo facit. primo præſupponit quoddam medium. ad propoſitum oſtẽdendum. ſecundo probat propoſitum. ibi. {Terra ſit g.} Proponit ergo primo, quod non ſolum aer mutaretur in aquam ſed & in ignem: nec aqua ſolum in aerem ſed & in terram: vt illi dicebant extrema non amplius mutabantur in medium: ſed oportet in iſtis tranſmutationibus eſſe ſtatum non ire in infinitum. ſi enim iretur in infinitum: tunc in vno & eodem eſſent infinitæ cõtra-

I rietates. & hoc eſt infra magis manifeſtum. Deinde eum dicit.

Alcyo. *Itaque terra ſit in T. aqua in A. aer in ✝. ignis in I. ſi ✝ in I. & A. commutetur, res nimirum contraria inter ✝. & I. intercedet: atque illa ipſa ſit randor, & nigror. Rurſum ſi in A. & ✝. mutatio fiat, alia erit: quoniam in idem non recidunt A. & I. Sint ſiccitas, & humor: & illa per S. hic uero per Hu. deſignetur. Ergo ſi randor manebit: aqua tum humens, tum randida erit. ſin minus nigrum reddet colorem. nam in cōtraria conficitur mutatio: itaq; neceſſario aqua colorem uel randidum, uel nigrum reddet. Primum candidum reddat eque propterea ipſi etiam I. ſiccitas: que per*
K *S exprimitur, inerit: quapropter ipſius etiam I. quo ignis intelligitur: in aquam mutatio erit: quoniam contraria ſunt: ignis enim primum niger erat: dein ſiccus: aqua uero humens: dein cādida. Perſpicuum igitur eſt uiciſſitudinem omnium fieri: atq; adeo eorum: que commemorauimus: quandoquidem in T. tum retera inſunt: tū duo attribuuntur que cognatione inter ſe cōtinentur: nigror, & frigus: hec enim nondum connexa ſunt.*

Antiqua. *Terra ſit g. aqua y. aer a. ignis p. Si utiq; a. tranſmutatur in p. & y. contrarietas erit eorum que a. p. Sit autem hec albedo & nigredo. Rurſus quia in y. a. erit alia: non enim idem p. & y. Sit quidem ſiccitas & humiditas. a. quidem ſiccitas. y. autem humiditas. Quapropter ſiquidē manet album exiſtet aqua humida & alba: ſin autē nigra erit*
L *aqua. In contraria enim tranſmutatio. Neceſſe igitur aut albam aut nigram eſſe aquam: ſit itaq; album primum. Similiter igitur exiſtit & p. y. ſiccitas. Erit igitur et p. ignis tranſmutatio in aquam. Contraria enim exiſtit. Ignis enim prius niger erat: deinde autē ſiccum. Aqua autem humida. deinde autē alba. Palam quidem utiq; quoniam omnibus adinuicem erit tranſmutatio & in his. Et quoniam in g. terra exiſtunt reliqua duo ſymbola nigrum & humidum. hec enim non coniunguntur unquam.*

M


 N

O

Probat propoſitū. & circa hoc duo facit. primo ponit rationē ſuam. ſecūdo probat quoddam quod ſuppoſuerat ſcilicet ꝙ in elemētis eſt ſtatus in aſcendendo. ibi {Quoniam autem non in infinitum.} Dicit ergo primo, quod ſi aer mutetur in aquam & in ignem neceſſario aer & ignis & aqua poterunt adinuicem tranſmutari. Sit ergo terra. g. & aqua. y. aer. a. ignis. p. ſi ergo quod eſt ſignum aeris mutatur in duo elemēta ſcilicet in. p. & in. y. hoc eſt in aquam & in ignem: oportet quod aer habeat aliquam contrarietatem cum p. igne: quia non tranſmutantur adinuicem niſi contraria. ſit autem hæc contrarietas gra
tia exēpli albedo & nigredo: ita quod ignis ſit corpus nigrum ſiccum & aer ſit corpus album ſiccum. P
Rurſus etiam quia. a. aer tranſit in. y. aquam oportet eſſe aliam contrarietatem inter aerem & aquam. & ſit hæc contrarietas ſiccitas & humiditas. ſiccitas ſignificetur per literam. a. & conueniat aeri. humiditas ſignificetur per literam. y. & cōueniat aquæ. ergo aer mutatur in aquam: aqua remaneat alba: quia album aeri & aquæ eſt contingens: erit autem aqua humida & alba. Si autem album non ſit contingens vtriq; cum aer mutatur in aquam erit aqua nigra & humida. cū aer ſupponatur albus & ſiccus: oportet enim quod omnis mutatio ſit inter contraria. In tali ergo mutatione oportet aquam eſſe albam, vel nigram. ſi aer qui eſt prior aqua ponatur eſſe corpus album: quia ſi communicant in mera Q
albedine tunc aqua eſt alba. ſi autem non tunc eſt nigra. Similiter etiam cum aer mutatur in ignem ipſi. p. hoc eſt igni conuenit ſiccitas: conueniunt enim aer & ignis in ſiccitate. Cum ergo ignis ſit ſiccus & niger: & aqua humida & alba: manifeſtum eſt quod poterunt adinuicem tranſmutari cum ſint contraria ignis enim eſt niger & ſiccus: aqua humida & alba: ſic ergo manifeſtum eſt quod omnia elementa adinuicem tranſmutantur. quia & in. g. quod ſignificat terram: ſunt reliquę duę qualitates ſcilicet humidum & nigrum: duo elemēta erunt ſymbola cum ipſa terra quæ eſt nigra & humida. communicat enim in nigro cum igne & in humido cū aqua. hæc enim ſcilicet humidū & nigrū nunꝗ contingūt eſſe cū qualitatibus aeris: & in quo ſunt albū & ſiccū: & terra cum

aere

A aere non habet ſymbolū. Aduertendū eſt q̄ iſte quali-
Notabile de exemplis. litates non ſunt propriæ elementorum: ſed vtitur eis Ariſt. gratia exempli. parū.n. curauit Philoſophus de
Com.67. exēplis. Inde dicit Cōmē. in ſecūdo de anima de exēplo aūt non intēditur niſi manifeſtatio: non verificatio. Ex omnibus iſtis verbis intēdit hic Philoſophus
Ratio Philoſophi. talē rationē. Quęcunq; ſunt cōtraria adinuicē trāſmutantur. Sed omnia elementa ſiue habeāt ſymbolū ſiue nō: ſunt cōtraria in ambabus vel in altera qualitate. ergo omnia elemēta adinuicē tranſmutātur. Et hoc eſt cōtra opinionē dicentiū: quędā ſed nō oīa adinuicem tranſmutari: vt dictum eſt: quā Philoſophus hic deſtruere intendit. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Sed ex iis, quæ præcipiemus cōſtabit minus licere in infinitum excurrere: quod quidem cum propoſuiſſemus hic demonſtrare, accidit, ut ante illud ſit expoſitum. Nam ſi rurſum ignis cuius nota I, eſt in alterū mutetur: & repliratio*
B *non agatur: ut in notas P S. alia omnino a ſuperioribus res cōtraria, igni & P S, reddetur: quādo cōſtituimus P S, non eaſdē eſſe ut id, qđ uel p T, uel p A, uel per ┿, uel per I, notatū expreſſimus. Itaq; aſſignentur I, ipſi Ho, hoc eſt boneſtum, & T V R, hoc eſt turpe ipſis P S, et Ho, certe omnibus his T, A, ┿ reddetur: quandoquidē illorum uiciſſitudo eſt. Sed hoc nec dū demōſtrauimus: cū illud tamē exploratū ſit: ſi deintegro P S, in alterū cōmutentur, rē alterā contrariā ipſis etiā P S, & igni: qui p notā I, declaratur: reddendā eſſe. Ita ſemper cū appendite res contraria in ſuperioribus inerit: propterea ſi elementa interminata erūt: in uno etiā interminate res contrariæ inerūt. Qđ ſi hoc fiet: nulla rerū*
C *interminatarū definitio: aut generatio erit: nam ſi aliud ex alio eſt futurū, tot res cōtrariæ: atq; adeo plures trāſiliendæ ſunt: ob eāq; cauſam nulla quorundam erit uiciſſitudo: ſi quæ media interſiſtunt: infinita prouehātur: quod certe neceſſe fuerit: ſi infinita ſtatuātur elemēta. Quinetiā nulla mutatio ex aere in ignē fiet: ſi res cōtrariæ infinitæ ſint: atq; etiā oīa unū reddētur: cū.n. ſit neceſſe omnes ineſſe inferioribus qdē ipſo I, res ſuperiorū contrariæ: ſed ſuperioribus res inferiorum cōtrariæ: oīa in unū coagmētata proponentur.*

Antiqua. Tex.cō.36. *Quoniam autē non in infinitū poſſibile eſt ire qđ futuri eramus oſtendere ad hoc prius uenimus manifeſtum ex hiis. Si enim rurſus ignis.p. in aliud tranſmutatur & non reuoluitur uerbi gratia in.x. Contrarietas igitur inter.p. & .x. aliæ exiſtet præter prædictas. Nulli.n. idē ſupponitur.g.y.d.*
D *p. qđ.x. Sit igitur.p.r. & .x.f.r. aūt oībus utiq; exiſtet.g.y.a.p. trāſmutātur.n. inuicē. Sed q̄ hoc qdē nondū demōſtratū eſt, Sed illud manifeſtum quoniā ſi rurſus.x. in aliud alia erit contrarietas. Et.x exiſtet & igni.p. & nō quæ exiſtet y. & p. Similiter aūt ſemper cū adiecto contrarietas aliqua exiſtet eius quæ ante. Quapropter ſi infinitæ & contrarietates infinitæ uni exiſtunt. Si aūt hoc non erit diffinire neq; generare. Oportebit.n. ſi erit aliud ex alio tot trāſire qualitates: & amplius plures. Quapropter in quadā quidē nunq̄ tranſmutatio erit. uerbi gratia ſi infinita media neceſſe infinita elemēta. Amplius aūt neq; ex aere in ignē trāſmutatio ſi infinitæ cōtrarietates generatæ. Fiūt aūt & oīa unū: neceſſe.n. exiſtere oēs in inferioribus qdē.p. quæ ſuperiorum: his autem quæ inferiorum: quapropter omnia unum erunt.*

Oſtendit q̄ tranſmutatio elementorū nō procedit in infinitū. ſi enim hoc ponatur ſequuntur quatuor in-
E conuenientia: quorū primū eſt q̄ in vno elemēto erūt infinitæ qualitates. Si.n. ignis qđ eſt quartū elementū mutetur in aliud q̄ ſit.x. non reuoluat nec ita.ſ. q̄ non mutetur in ignem: cū omnis mutatio fiat inter cōtraria oportet q̄ inter.p. et.x. ſit alia cōtrarietas diuerſa a cōtrarietatibus quatuor elemētorū: quia ipſum quintū elementū qđ eſt.x. nō ponitur eſſe idē alicui quatuor elementorū: ſed cum oīs contrarietas ſit ſm qualitates: oportet q̄ aliq̄ qualitas ſit in igne ſm quā cōtrariatur ipſi.x. & ſit qualitas illa.r. Et ſimiliter oportet q̄ in ipſo.x. quinto elemēto ſit aliq̄ qualitas illi cōtraria: & ſit illa qualitas.f. illa aūt qualitas.r. non ſolū erit in ipſo igne, ſed etiā in oībus quatuor elemētis: quia oīa poſſunt mutari in ipſum x. oīs.n. mutatio eſt inter cōtraria. Et qđlibet inferiorū elementorū habebit tres qualitates primas. Verū aūt ita ſit elementū nondū eſt demōſtratū.
(Qđ trāſmutatio elemētorū non procedit vltra quartū.)
F Sed tū manifeſtū eſt, q̄ ſi rurſus illud quintū mutetur in aliud: eſt etiā alia contrarietas inter quintū & ſextū diuerſa a cōtrarietate omniū inferiorū: & ſic oportet q̄ una alia qualitas inſit omnibus inferioribus eadē ratione. Et ſic illa quatuor elemēta priora habebunt quatuor qualitates primas. Et ſic addito vno elementorū adderetur vna qualitas & vna contrarietas. Quapropter ſi eſt ſic in corporibus ſimplicibus elemētorum procedere in infinitū: in vno & eodē erunt infinitę cōtrarietates & infinitę qualitates: & hoc primū eſt impoſſibilę. Secundū inconueniens ponit cū dicit. {Si aūt hoc.} Dicēs q̄ ſi hoc eſt.ſ. q̄ ſint infinita elemēta et infinitæ qualitates: non erit diffinire nec generare: quia ſi aliqđ debeat mutari in aliud: oportet q̄ infinitas qualitates pertrāſeat. Sed cū in infinitis infinita ſine mediis
G Tex.cō.75. & infinita non eſt pertrāſire: vt dicitur in.8. phyſi. ſequitur quod talia nunq̄ adinuicē mutabuntur. Tertiū inconueniens ponit cū dicit. {Amplius aūt.} Dicens quod etiā proximum elementum nō poterit mutari in ſibi proximū: ſicut ignis nunq̄ tranſibit in aerem nec econuerſo: quia in quolibet iſtorū ſunt infinitę qualitates: quas impoſſibile eſt pertranſire. Quartū inconueniens ponit cum dicit. {Fiunt aūt & omnia.} Dicēs quod oia infinita erunt vnum: quia omnes qualitates elementorum quæ ſunt ſupra.p. quod eſt ignis conueniunt etiam inferioribus & econuerſo. Quorum aūt primæ qualitates ſunt eædem: & ipſa ſunt eadem. ergo omnia infinita erunt vnūquodq; de inferioribus: ita quod vnumquodq; erit.

Alcyo. *Veruntamen illos demirabere: qui ita plura uno corpo-*
H *rum elementa ſtatuunt: ut nulla eorum ipſorum ſit uiciſſitudo, e quorum numero Empedocles extitit.*

Antiqua. Tex.cō.37. *Admirabitur autem aliquis aliquos dicentes plura uno corporum elementa ut non tranſmutent inuicem: ſicut Empedocles inquit.*

Lectio. VII.

POSTQVAM Philoſophus deſtruxit vnā falſam opinionem de tranſmutatione elementorum: hic deſtruit aliam quæ fuit opinio Empe. qui dixit elementa nunq̄ adinuicem trāſmutari. Et circa hoc duo facit. primo ponit eam. ſecundo reprobat. ibi. {Quomodo cōtingit eis dicere comparabilia.} Dicit ergo primo, q̄ Empe. poſuit elementa eſſe plura corpora: non tū adinuicē tranſmutantur: ita q̄ ex aqua fiat aer, & ex aere ignis (vt in primo manifeſtum eſt.) quapropter Tex.cō.2.

I admirabitur aliquis ipſum ſic dicentē. Deinde cū dicit.

Alcyo. *Quo pacto ex ſua diſciplina affirmare poſſint: elementa comparabilia eſſe. Atqui ita ait: hæc ſunt æqualia cuncta. Nā ſi per quantitatem ea comparari poſſe indicat: neceſſario idem erit, & in omnibus: quæ comparantur inerit: quo metiri poſſumus: ut ſi ex aquæ hemina decem aeris impleantur. ergo ambo idem eſſent: ſi eadem re metiantur.*

Antiqua. *Quomodo contingit eis dicere comparabilia elementa. Sed tamen dicit ſic: hæc enim æqualia eſſe omnia. Si ergo ſecundum quantum neceſſe idem aliquid eſſe exiſtens in omnibus comparabilibus quo menſurantur. uerbi gratia ſi ex aquæ pugillo erunt pugilli aeris. x. Idem aliquid erant igitur ambo ſi menſurantur eodem.*

K Tex. cō. 38. Reprobat opinionem prædictam: & primo per Empe. ſecundo deducendo ad quandam aliam inconuenientiam quæ ſequitur ad ipſam. ibi. {Sed neq; augmentatio.} Circa primum ſciendum eſt q̄ Empe. licet poneret elementa eſſe intranſmutabilia: poſuit tamen ipſa eſſe adinuicem comparabilia. Ex hoc ergo ſumit Ariſt. contra eum & eſt ratio talis. (Reſpōſio Philoſophi.) Quæcunq; ſunt tranſmutabilia: ſi ſunt comparabilia: ſed elementa ſunt comparabilia ſecundum Empe. ergo ſunt trāſmutabilia. Poteſt etiam aliter formari. & ſic. Si elementa ſunt intranſmutabilia non ſunt cōparabilia: ſed conſequens eſt falſum: ſecundum Empe. qui dicit ea eſſe comparabilia: dicebat enim ea eſſe æqualia: ergo & antecedens eſt falſum. ſ. ipſa eſſe intranſmutabilia. Circa rationem iſtam ſic procedit. primo ponit eam per modum quæſtionis dicens q̄ ſi elementa ſunt intranſ-

L mutabilia quomodo cōtingit q̄ ſint comparabilia. q. diceret nullo modo: ſed tamē Empe. dicit ſic. ſ. q̄ ſunt comparabilia dicit enim ea eſſe æqualia. Secundo ibi. {Si ergo ſecundum quantum.} Probat primam propoſitionem. ſ. q̄ ſi ſunt cōparabilia ſunt trāſmutabilia. Et quia comparatio eſt duplex. ſ. ſecundum quantitatem & ſecundum virtutem. primo probat eā ſi ſunt comparabilia ſecundum quantitatem. ſecundo ſi ſunt comparabilia ſecundum virtutem. ibi. {Si autem non ſint.} Dicit ergo primo, q̄ ſi elementa comparātur ſecundum quantitatē: vt ſi ex vno pugillo aquę fiant. x. pugilli aeris neceſſario oportet q̄ vnum aliquid ſit in eis in quo conueniunt: & in quo menſurantur. In omnibus. n. comparabilibus eſt vnū aliquid quo menſurantur. & hoc eſt illud in quo comparantur. cum aūt ex tanta aqua: puta ex vno pugillo aquæ fiant. x. pu-

M gilli aeris: oportet vnam eſſe materiam quæ ſit minoris & maioris quātitatis ſub forma aquę & aeris. Sed quæcūq; cōmunicāt in materia trāſmutātur adinuicē. ergo elementa ſunt tranſmutabilia. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Quod ſi per quantitatem ita comparabilia non ſint: ut quantitas ex quantitate ſed quo ad facultatem habent: ut ſi aquæ hemina tantundem frigoris indere poteſt: quantū decem aeris: & ita per quantitatem fiat: certe quoad habent quantitatē non cōparantur: ſed quoad aliquid ualent. Enimuero fieri poteſt: ut facultates non quantitatis menſione: ſed proportione comparentur. exempli gratia: ſicut hoc albū, ita illud calidum eſt. At ipſum ſicut hoc in qualitate ſimilitudinem: in quantitate æquabilitatem indicat. Itaq; per abſurdum uidetur ſi corpora: quorum nulla datur uiciſſitudo, nō proportione: ſed facultatum menſione comparabilia ſint, et in ea ratione qua ſit æque calida: aut ſimiliter ignis tanta pars, & aeris multiplex. idem. n. quamuis paulo auctius ſit: cū eodē genere iungatur: tamen huiuſmodi ſeruabit rationē.*

N

Antiqua. *Si autem non ſint ſecundum quantum comparabilia: ut quantum ex quanto: ſed ſecundum quantū poteſt. Verbi gratia ſi pugillus aquæ æqualiter poteſt infrigidare & x. aeris & ſic non ſecundum id quod quantū cōparabilia: ſed ſecundum id quod poſſunt aliquid. Erit ergo & non quanti menſuram comparare: & ſecundum potentias & ſecundū proportiones. Verbi gratia ut hoc calidum: hoc autem album: hoc autem ut hoc ſignificat in quali quidem ſimile: in quanto autem æquale. Inconueniens ergo uidebitur ſi corpora immutabilia entia: non proportione comparabilia: ſed menſura potentiarum: & q̄ eſſe æquale calidum aut ſimile: ignis tantum & aeris multiplex. Idem enim eſt plus: quia homogeneos talem habebit rationem.*

O Probat eam dato q̄ elementa comparantur adinuicem ſecundū contrarietatē & virtutē dicens. Quod ſi non ſic cōparantur adinuicem elementa ſ. ſecundum quantitatem: vt quantū fiat ex quanto: ſed cōparentur ſecundū quantitatē potentię vel virtutis. verbi gratia ſi ponatur aer eſſe frigidus: & quæratur vtrū tm̄ poteſt infrigidare vnus pugillus aquę quantū poſſunt infrigidare. x pugilli aeris. Tunc fiat cōparatio ſecundū quantū virtutis: vt quantū poſſunt: & non ſcd̄m quantitatē dimenſionis. Hęc aūt cōparatio poteſt fieri dupl'r. ſ. ſecūdū ſimilitudinē: et ſecūdū proportionē. (Cōpatio ſm ſiltudinē & ſʒ proportionē.) Dico aūt cōparationē fieri ſm ſimilitudinē: qn̄ fit i vna qualitate quę eſt in diuerſis ſubiectis. Quia ſimilitudo eſt rerū diuerſarū eadē qualitas. Secūdum proportionē

P aūt dicitur fieri qn̄ fit in oppoſitis ſiue diuerſis qualitatibus, in vna habitudine ſe habētibus ad duo ſubiecta uel plura. Si ergo fiat cōparatio ſecundū qualitatē: tūc cōtingit cōparare nō quātitatis quidē menſurā, ſed potius menſurā quę eſt ſecundū potentias ſiſtum qualitatū, & ſecundū proportionē diuerſarū qualitatū. Verbi gratia: ſicut hoc eſt calidū: ita hoc eſt albū. Cū aūt hoc dicimus ut hoc ſignificamus in qualitate q̄dē ſile: & in quantitate ęqu. le. Si igitur fiat cōparatio elementorū non ſecundū proportionē: ſed ſecūdum menſuram potentiarū: quæ eſt cōparatio in qualitate: ſicut in calido aut ſiſi. incōueniēs eſt ſi hæc ponātur immutabilia elēta. verbi gratia ſi dicatur quātum eſt calidus ignis tm̄ eſt calidus aer: quia idē plus caſm cum ſit homogeneos. i. vnius generis eſt minus calido: ſecūdum q̄ ea

Q quę habent eandē materiā dicūtur eſſe vnius generis. & habēt ſe ſicut materia ad ſubiectū: & habebit rationem talem: ſicut cōparabile in quanto: quę eſt relatio vnica. ergo & materia eſt vna. quorū aūt materia eſt vna ſunt adinuicē tranſmutabilia. Falſum eſt ergo qd̄ dicit Empe. quod elementa non tranſmutantur adinuicem. (Vis rationis Philoſophi.) Si quis ergo diligenter aduertat tota virtus iſtorum verborum eſt in hoc: q̄ ea quæ comparantur ſiue primo modo: ſiue ſecundo: habent eandem materiam: & talia neceſſario ſunt mutabilia: vt dictum eſt. Sed videtur q̄ iſtud quod dicit Philoſophus ſit falſum. (Dubiū primū.) Conſtat enim q̄ quantitas terræ & aliorum elementorum eſt comparabilis quantitati ſtellarum: & tamen non eſt eadem materia vtrorumque: ut dicitur in. 12. meta. Pręterea dubitatur de alio. (Dubiū ſcdm.) Non enim omnia comparabilia adinuicem ſecundū

potentiam

A potentiam vel virtutem communicant in materia. Ignis enim & ſol, ſunt comparabiles in calefactione ſecundum magis & minus: & tamen non communicant in materia vt dictum eſt. Solõ pmi ſ3 quoſdam. Ad primum ergo dicendum eſt ſecundum quoſdam: ꝙ non loquitur hic Philoſophus de quantitate ſecundum extenſionem ſed de quantitate ſecundum ſubſtantiam: & hæc ſignificat cum dixit. x. pugillos aeris eſſe æquales vni pugillo aquæ. Sunt enim æquales in materia: quia tantum ibi eſt de materia quantum hic. vnde cum communicent in materia neceſſario adinuicem tranſmutantur. Talis autem comparatio non eſt inter elementa & cœleſtia corpora. Solõ proſa. Vel dicendum ꝙ hæc comparatio eſt ſecundum rarum & denſum. Nam per hoc variata materia: elementa ad ſeinuicem tranſmutantur: & vocatur hæc comparatio ſecundum quantitatem: quia B rarum & denſum non addunt ſuper partes materiæ qualitatem: quæ eſſentialiter ſit qualitas: ſed potius ſitum in partibus materiæ: ad diſtenſionem per maiorem & minorem quantitatem. Solõ ſecũdi. Ad ſecundum vero dicendum ꝙ intelligit Philoſophus de his quæ comparantur ſecundum qualitatem: vel virtutem: vniuoce acceptam in vtroq;. Talis autem non eſt virtus calefactiua ſolis & ignis: & ideo ceſſat obiectio. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Neq; uero ſi Empedoclem audiamus: ullum aliud accretionis genus: q̃ per adiectionem erit. ignis enim ignem augebit: atq; ut ille cecinit. Ipſa ſuum genus auxit tellus: etheraque ether. Sed huiuſmodi res per appoſitionem ampliãtur. Et certe quæ augeſcunt: non ita acceſſionem conſequi uidentur. C Quinetiam multo difficilius cauſe generationis: quæ ſecundum naturam obeatur, afferri poſſunt. ſiquidem omnia: quæ natura gignuntur: aut ſemper talia ſiunt: aut magna ex parte. Quæ uero nec ſemper: nec magna ex parte gignũtur: ea ſponte: & fortuito prodeunt. Et iam quid cauſe fuerit? cur ex homine homo ſemper: aut magna ex parte proueniat: & ex tritico triticum: non olea: aut certe ſi hoc modo compoſitio fiat: os formetur. Non enim quoquo modo facta congregatione: ut ille inquit. ſed ratione aliqua ita fit. Quænam igitur horum cauſa afferetur? nec enim ignis: aut terra: nec gratia: & ſimultas: quandoquidem altera cogendi: altera ſecernendi cauſam duntaxat ſuſtinet. Quod autẽ quæritur cuiuſq; rei ſubſtantia eſt. nec ut ille ait. nihil naturæ tenere uidetur. Mixtio ſed ſolum: & mixtarum ſedera rerum. Fortunam enim hiſce in rebus nominamus: non rationem. D Quãdoquidem fieri poteſt, ut caſu, & fortuito permixtio fiat. naturæ autem rerum cauſæ: ita ſe habere: hoc eſt ratione ſic fieri. Et hæc uniuſcuiuſq; rei natura eſt. Cuius quidem ille omnem ſupprimit mentionem. nihil ergo de natura locutus eſt. Quinetiam hoc idem de ratione loquor, rectum rei, bonumq; eſt. ille tamen laudibus miſtionem tantummodo effert. atqui non ſimultas: ſed gratia elementa ſecernit. quæ quidem per naturam uel ipſo Deo priora ſunt. Di autem illa etiam ſunt.*

Antiqua. *Sed neq; augumentatio utiq; erit ſecundum Empedoclẽ:* Tex.cõ.38. *ſed ſecundum adiectionem. Igne autem augetur ignis: auget enim puluis proprium genus: æther autem ethera. Hæc autẽ adiunguntur. Videntur autem non ſic augeri quæ augentur.* Tex.cõ 39 Quę generãt ſm naturã. *Multum autem difficilius tradere ſecundum naturam de generatione. Quæ autem generantur ſecundum naturam: aut ſemper: aut ut multum. Ea autem quæ preter: ſemper & multum: ab euentu & fortuna.* E Quę ab euẽtu & fortuna 2 phy 48. *Quæ igitur cauſa ab homine hominem: aut ſemper: aut ut multum: & ex frumento frumentum: ſed non oliuam? Aut ſi ita componatur os.* Tex.cõ.40 *Non enim ut contingit conuenientibus nihil generatur: quemadmodum ille inquit: ſed ratione aliqua. Quæ igitur horum cauſa: non enim ignis aut terra. Sed tamen neq; amicitia neque lis.* Tex.cõ.41 *Congregationis enim ſolum hæc. hæc autem ſegregationis cauſa. Hæc autem eſt ſubſtantia uniuſcuiuſq;: ſed non ſolum & mixtio & ſeparatio mixtorum: quemadmodum ille inquit. Fortuna enim ad æquale nominatur ſed non ratio. Eſt enim miſceri ut contingit. Natura igitur entium cauſa eſt: ita habere & uniuſcuiuſq; natura hæc de qua nihil dicit.* Natura q̃ eſt forma eſt bonũ & optimũ vniuſcuiuſq; rei. *Nihil igitur de natura dicit: ſed tamen & bonum eſt hoc & optimũ. hic autem mixtionem ſolum laudat: etenim & elementa ſegregat nõ lis: ſed amicitia. Quæ natura Deo priora: Dei autem & hæc.* Deus .i. cœlũ. Idẽ S T 2 cęli ſup tex. 2.

F Reprobat prædictam opinionem deducendo ad alia inconuenientia: & ſunt duo. Primum eſt ꝙ hæc opinio tollit augumentum. Hoc ſic oſtendit: quia ſi elementa non tranſmutantur: tunc oportet quod vnũ addatur alteri: ſicut lapis lapidi: hoc autem eſt quædam accumulatio: & non eſt augumentum: neq; ſecũdum eos neq; ſecundum nos: quia oportet ꝙ id per quod augumentum fit tranſmutetur in augumentatum: neq; etiam ſecũdum eum qui dixit ꝙ illud quod augetur: augetur ſolũ a ſuo ſimili ſcilicet igni: augetur igne & vnumquodq; quod augetur, augetur per aliquid ſui generis: ſicut ether augetur ethere. Talis autem congregatio eſt eorundem manentium in forma. res autem non ſic videntur augeri: vt ſupra in primo oſtenſum eſt. G Secundum inconueniens ponit. ibi. {Multum autem difficilius.} Tex.cõ.33. Et eſt ꝙ hæc opinio tollit generationem dicens: ꝙ multum eſt difficilius tradere aliquid de generatione ſecundum naturam: ſi elementa non tranſmutantur adinuicem. Cum enim ea quæ generantur ſecundum naturam generentur eodem modo ſemper, aut frequenter. ea autem quæ præter multum & ſemper: fiunt enim raro: fiunt ab euentu & fortuna. Et nõ poteſt reddi cauſa quare ſemper ex homine generetur homo. & quare ſemper ex frumento generetur frumentum & non oliua. ſemper enim generatum eſt in forma generantis niſi peccatum naturæ propter defectũ fiat. Si aũt fit: vt dicit Empedocles ſcilicet ꝙ elementa non ſint tranſmutabilia: H ęqualiter poteſt generari ex homine aſinus et homo: quia vtrunq; eorum non eſt niſi congregatio elementorum: & homo generans non habens formam: non inducit formam in generato: nec conuenit cum eo in formam. Aut ſi os & caro ita componantur ſcilicet per quandam accumulationem elementorum conuenientium: ſicut ille dicit: tunc nihil generatur: ſed in his quæ generantur eſt ſolum ratio vel relatio aliqua: nõ quidem relatio mixtorum: ſed compoſitorum. Quæ igitur eſt cauſa iſtorũ ꝙ ex homine generetur homo ſemp̃ aut frequenter: & ſimiliter ex frumento frumẽtũ & nõ oliua. Iſtorũ. n. cauſa non poteſt eſſe ignis aut terra: quia iſta ſunt cõtraria in qualibet cõpoſitione. Similiter nec lis nec amicitia: quæ Empe. poſuit eſſe duo principia mobilia: nõ poſſunt eſſe cã horũ. amicitia. n. non eſt cauſa niſi congregationis. lis aũt ſolũ eſt cauſa

I ſegregationis: ſed neceſſarium horum eſt forma rei
quę facit hominem eſſe hominem: & carnem eſſe car
nem. forma enim eſt ſubſtantia uniuſcuiuſq;: & ideo
non ſolum in re eſt mixtio, ideſt compoſitio congre-
gatorum & ſeparatio eorum: ſicut dicit Empe. ſed
etiam eſt forma. In tali ergo congregatione & ſe-
gregatione narratur ab Empedo. fortuna: & non ra-
tio quæ eſt ſumpta forma. Dicit enim ꝙ mixtio fit vt
contingit, ideſt a caſu & fortuna: cum tamen natura
quæ eſt forma ſit cauſa entium: quare ita ſe habet ꝙ
ab homine ſemper vel frequenter generatur homo.
Sed de hac forma vel natura nihil dicit Empe. cum ta-
men ipſa natura quæ dicitur forma ſit bonum & opti
mum vniuſcuiuſq; rei. Bonum quidem in ſe: & opti
mum in ordine vniuerſi. Laudat autem Empedo. ſo-
K lum mixtionem: quæ in rei veritate nõ eſt mixtio: ſed
ſolum quædam compoſitio. Quia ꝙ elementa ſegre
gentur a compoſito in quo ſunt ſaluata. hoc non facit
lis: ſed amicitia: quæ vult ea congregare ad homoge-
nea. Et hæc elementa dicit Empe. eſſe priora Deo,
ideſt cœlo: quia etiam cœlum dicebat ex elementis
componi. Deinde cum dicit.

Cęlũ e ex elemẽtis cõpoſitũ ſm Emp.

Alcyo. *Iam uero de motu ſimpliciter diſſerit: qua in re non ſatis
eſt dicere gratiam & ſimultatem mouere: niſi talis motio-
nis ratio gratie: talis autem ſimultati præſcribatur. Deniq;
uel definire, uel conſtituere, uel demonſtrare debebat, aut di-
ligenti: aut molli, pinguiue mineru*a*: aut alia ratione. Præ-
terea cum corpora naturalia, & ui, & præter naturam: &
ſecundum naturam moueri uideantur: ut ignis ſurſum qui-
L dem ſubuolat non ui: quod cum deorſum truditur euenit: cũ-
que id quod uiolentum ingruit: & id quod ſecundum natu-
ram eſt, contraria ſint: nimirum ſi ignis motio ui cietur: ſe-
cundum naturam etiam ciebitur: atq; eiuſdem ipſius motio-
nis gratia: & amor auctor eſt: necne? cum enim terra in
infimum defertur: contrarium ſue nature ſubit: & ſecretio-
ni ſimilis uidetur. Atq; etiam ſimultas potius cauſa eſt mo-
tionis ſecundum naturã: ꝙ gratia & amor. Itaq; ſimultas
cauſa præter naturam omnino magis erit. atq; ſine contro
uerſia niſi gratia: aut ſimultas mouerit: nulla corporum mo
tio: aut quies fuerit: quod certe abſurdum eſt. Præterea mo
ueri etiã uidentur: ſimultas enim ſecreuit & diſcluſit. Ether
item ab eadem ipſa ſimultate in ſublime elatus non eſt. Verũ
aliquando cenſet id fortuito fieri, & temere. Celeriter enim
M inquit: ſic pergere ei contigit. ſepe uero alio agetur motu:
ignemq; aliquando ſuopte nutu petere ſupera tradit etiam
ſi cecinerit. Radices ether telluri credidit altas. Et ſimul
mundum eque nunc ſimultatis tempore ſe habere ſcribit: at-
que olim gratie tempore. Et quid iam princeps erit motor?
princepsq; motionis cauſa? Non gratia & ſimultas: quan-
doquidem certe motionis hæ probantur cauſe: ſiquidem
illa principium eſt.*

Antiqua. Tex.cõ.42 *Amplius autem de motu dicit ſimpliciter. Non enim ſuffi
cit dicere quoniam amicitia & lis mouent. Sed non hoc fuit
amicitie eſſe q. motu tali. liti autem q. tali. Oportebat igitur
aut determinare: aut ſupponere: aut demonſtrare, aut cer-*
Tex.cõ.43 *te: aut molliter: aut aliter qualiter. Amplius autem quoniã
uidentur & ui & præter naturam moueri corpora: & ſe
cundum naturam. Verbi gratia. ignis quidem ſuperius non
ui: inferius autem ui. Vi aut ei quod ſecundum naturam con*

Vi ei qd ẽ ſꝫ naturã cõtrariũ.

trarium. Eſt autem quod ui, eſt igitur & ſecundum natu- N
*ram moueri. Hanc igitur amicitia mouet aut non. Contra-
rium enim terra ſuperius: & ſegregationi aſſimilatur: &
magis lis eſt cauſa eius qui ſecundum naturam motus ꝙ ami
citia. Quapropter & uniuerſaliter præter naturam amicitia
erit magis. Simpliciter autem niſi amicitia & lis moueat
eorum corporum nullus motus eſt neq; mora: ſed inconue-*
niens. Amplius autem & uidentur mota: ſegregat enim qui- Tex.cõ.44
*dem lis ductus eſt autem ſuperius ether non aliter: ſed quan
doq; inquit ut a fortuna. ſic enim cõſtituit currens tunc: mul
totiens autem aliter. Quandoq; quidem inquit innatum eſſe
ignem ſuperius agi. Ether autem ingrediebatur terræ pro-
fundas radices. Similiter autem & mundum ſic habere in-
quit in lite nunc & prius in amicitia quid igitur eſt quod*
mouet primum & cauſa motus. Non enim amicitia: & lis: O
ſed cuiuſdam hæc cauſa: ſi utiq; eſt illud principium.

Hic deſtruit opinionem Empe. de principijs mo-
uentibus per tres rationes. quarum primam ponit di-
cens: ꝙ Empedo. locutus fuit inſufficienter de motu.
Non enim ſufficit ſimpliciter dicere ꝙ amicitia & lis
ſunt principia mouentia, niſi forte eſſe ipſius amici-
tiæ, ideſt de natura ſua habet vt cauſet, ideſt motum
talem: ſed quia hæc non eſt certa: oportebat quod
hoc determinaret aut certitudinaliter per cauſam p-
priam aut mobiliter: ſicut per cauſam non conuerti-
bilem ſiue remotam: aut aliter qualiter ſicut per pro-
babiles rationes: vel per inductiones vel exemplum:
ſed Empedo. nihil horum facit: & ideo ſimpliciter &
inſufficienter dixit. Secundam rationem ponit. ibi. P
{Amplius autem quoniam.} Et eſt talis: corpora natu-
ralia mouentur violenter & præter naturam: & mo-
uentur ſecundum naturam. verbi gratia ignis moue-
tur ſurſum non violentia ſed natura. deorſum aut vio
lenter. Quod autem eſt violenter eſt contrarium ei
quod ſecundum naturam. videmus enim corpora
moueri per violentiam. ergo mouentur ſecundum
naturam. Contraria enim habent fieri circa idẽ. Quę-
ramus enim ab Empedo. verum motus amicitiæ ſit
naturalis vel uiolentus: terram enim moueri ſuperius:
ſicut & ignem inferius eſt contra naturam. hoc autem
quod eſt contra naturam aſſimilatur cuidam ſegre-
gationi. Contra tamen ſic. Elementa congregentur:
quia niſi ignis deſcendat & terra aſcendat non con-
gregabuntur elementa. cum ergo congregare ſit effe-
ctus amicitiæ ſecundum Empe. motus amicitiæ eſt Q
violentus & ſegregationi ſimilis: & lis magis eſt cau
ſa motus naturalis ꝙ amicitia: quod eſt impoſſibile
ſecundum eum: & ideo impoſſibile eſt ponere amici-
tiam & litem eſſe principia mouentia. Si autem hæc
non ſunt principia mouentia cum non ſint alia princi-
pia ſecũdum Empe. nullus eſt motus naturalium cor-
porum; nec aliqua quies. Habitus enim & priuatio
habent fieri circa idem. hoc autem eſt manifeſte fal-
ſum. Tertiam rationem ponit. ibi. {Amplius autem.}
Per quam oſtendit Philoſophus ꝙ Empedo. ſibijpſi
contradicit & peccat etiam dicens naturalia fieri a ca
ſu & a fortuna. contradicit autem ſibijpſi in hoc ꝙ cũ
poneret tantum duo principia mouentia ſcilicet litem
& amicitiam: poſuit tamen quidem motum eſſe a ca-
ſu & a fortuna. vnde dicendo eſſe tantum duo princi-
pia mouentia dicit ea eſſe cauſam omnis motus. Di-

cendo

A cendo autem aliquem motum eſſe a caſu & a fortuna dicit illa principia non eſſe cauſam omnis motus. dicit enim ꝙ quando aliquod compoſitum corrumpitur: tunc ſegregantur elementa quæ erant in eo per litem: & mouetur ignis ſurſum vt a lite: ſed quandoq; a fortuna: quia ſic caſus conſtituit: tunc curſum ignis ſiue etheris. ethera enim dicebat Empe. eſſe ex igne claro: non autem ſemper ſurſum mouetur ether: ſed multotiens aliter: quia dixit quod aliquando a fortuna: ſicut dictum eſt ignem ferri ſurſum: aliquando autem ingrediebatur ad radices, ideſt ad cauernas terræ: ſicut apparet in montibus ardentibus. In hoc ergo peccat Empe. ꝙ naturam caſui & fortune ſubiacere dicebat. Simul autem cum dictis impoſſibile dicit ꝙ mundus ſimiliter ſe habet nunc in tempore litis quando de cõfuſo & permixto egreſſa ſunt omnia: ſicut prius ſe ha-
B buit in amicitia: quia ſicut ignis quandoq; a fortuna aſcendit & quandoq; deſcendit: ita fecit in confuſo: per caſum enim tunc aſcendit, & per caſum deſcendit. cum autem caſus & fortuna ſint cauſæ per accidens reducuntur ad per ſe. quid eſt ergo quod primo per ſe mouet, & per ſe eſt cauſa motus. oportet enim cauſam per ſe, eſſe prius quam cauſa per accidens. Amicitia enim & lis non eſt cauſa motus ſimpliciter: ſed ſolum cuiuſdam motus ſcilicet congregationis & ſegregationis: ſi tamen eſt ita ſicut dicit Emped. quod amicitia vel lis eſt prius mouens. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Abſurde quoq; aſſeritur animam ex elementis conſtare: aut unum eorum eſſe. Alterationes enim que anime ad-*
C *ſcribuntur, qui erunt? ut muſices peritia: & muſices imperitia: memoria: & obliuio. Nam ſi anima ignis eſſet: conſtaret omneis affectiones ei reddi poſſe: que igni tribuũtur: quoad ignis eſt. Sin mixta ſit: affectiones corporeas ei adſcribi oportebit: cum nulla omnino talis ſit. Verum hæc tractanda ſuſcipere alterius intereſt diſputationis.*

Antiqua. Tex.cõ.45 *Inconueniens autem & ſi anima ex elementis: aut unum aliquod eorum. Alterationes enim animæ quomodo erunt. Verbi gratia. muſicum eſſe & rurſus ſi non muſicum: aut memoria: aut & obliuio. Palam aũt quoniam ſiquidem ignis anima: paſſiones erunt ei quæcunq; ignis ſecundum ꝗ ignis. Si autem miſcibile corporalis. Harum autem nulla corporalis. Sed de his alterius opus eſt contemplationis.*

D Reprobat opinionem Empe. in hoc ꝙ dicebat animam componi ex elementis per duas rationes. quarum primam ponit dicens. Quod inconueniens eſt dicere ꝙ anima ſit ex elementis omnibus, vel ex aliquibus, vel ex aliquo eorum: quia ſi anima eſſet elementum aliquod puta ignis: vt quidam dixerunt: vel eſſet ex elementis: vt dixerunt alij: tunc alterationes animę quomodo erunt, ideſt quomodo poſſet alterari anima proprijs alterationibus? quaſi dicat. nullo modo. Verbi gratia. ſi anima eſt elementum, vel ex elementis: quomodo anima habebit habitum muſice: & rurſus quomodo mutabitur de muſica in priuationem muſice: ita ꝙ ſit ſine muſica: nec etiam poterit immutari de memoria in obliuionem, uel econuerſo: ſed potius ſi anima eſt ignis quæcunq; ſunt paſſiones: ſecundum ꝙ ignis inerunt animæ: quod eſt impoſſibile. Se-
Tex.cõ.85. cũdam rationem ponit ibi. (Si autem miſcibile.) Quę taliſ eſt. Si non ſunt miſcibilia niſi corpora: vt in primo dictum eſt: & animarum nulla eſt coeporalis: cõſtat quod anima non eſt elementum nec mixta ex elementis. Sed de his determinare eſt opus alterius contemplationis: quia pertinet ad librum de anima. E

In explicanda natura elementorum ex quibus corpora conſtitui ſolent, omnes, qui exiſtimant uel aliquid commune illis ſubeſſe, uel inter ſe commutari: neceſſe habent aſſerere, ſi alterum eueniat, alterum itidem euenire. Verum qui mutuam generationem non proponunt: et ex ſingulis res nullo alio modo oriri poſſe contendũt: niſi quo ex pariete lateres finguntur: abſurde ſentẽtiæ ſe auctores probant. Quo enim pacto ex illis ipſis caro oſſa, & alia eiuſdem generis omnia formari poterunt? Sed quæ diximus in deceptatione uerſantur apud illos præſertim: qui mutuam rerum molitionem affirmant: quoniam modo ex illis quicquam aliud extra hæc, gignatur, ut ſi ex igni oriatur aqua: & ex hac ignis. Subiectum enim quoddam commune eſt. Sed cum ex his etiam caro: & medulla formentur: qui hæc fiunt? nam ex illorum auctorum ſententia: que ſupra a nobis recitata eſt: ut Empedocles: ecquis erit modus quo compoſita habeantur? Etenim ita coagmentatio ſit neceſſe eſt, ut maceria ex lateribus & lapidibus extruitur. Et quemadmodũ ſubſtructio eiuſmodi una ex integris quidem elementis: ſed inter ſe per minutas parteis compoſitis & commiſſis eſt: ita carnem & reliqua omnia formari conſtabit. Immo uero accidit non ex quacũque carnis parte ignem & aquam gigni. Haud ſecus, atq; in ... ra obſeruare licet: ex cuius altera parte globus fingitur: ex altera uero figura, que in longum protendatur. Sed fieri etiam poteſt: ut ex utraq; parte utrunq; formetur: atq; hoc ſane modo ex quauis parte carnis utrunq; fingitur. At quomodo illi contendunt: nihil tale fit: niſi ut ex pariete lapides & lateres: ubi ex diuerſis locis: & partibus utrique probe extruuntur. Eodem modo qui unicam rerum materiam ſubdunt quendam ſibijpſis ſcrupulum inijciunt, & dubium. Quo pacto ex utroq; aliquid gigni poſſit, ut ex frigore, & calore, aut ex igni, & terra. Nam ſi caro ex utroque formatur: & neq; alterum eorum eſt: neq; compoſitio ex incolumibus excitatur: quid iam quæſo relinquitur? niſi ut materia idipſum ſit: quod ex illis conſtituitur: præſertim cum alterius interitus uel alterum: uel materiam pariat.

Alcyo. (margin, beside the first line of the preceding paragraph) F (margin) G (margin)

Ex elementis autem ex quibus corpora conſtituta ſunt: in quibus quidem uidetur eſſe aliquid commune: aut tranſmutari inuicẽ: neceſſe. n. ſi alterũ horũ et alterũ contingere. Quicunq;. n. non faciunt ex inuicem generationem: neq; ex unaquaq;: niſi ſicut ex pariete lateres: inconueniens. Quomodo enim ex illis erunt carnes & oſſa & aliorum quodcunq;. Habet autem quod dicitur quæſtionem & ex alterutris generantibus. Quomodo generatur ex eis aliud aliquid præter hoc. Dico autem. Verbi gratia: ex igne eſt aqua & ex hac generari ignem. Eſt enim aliquod commune ſubiectum: ſi utiq; & caro ex eis generatur & medulla: hæc utique generantur quomodo? Illis quidem enim qui dicunt: ut Empe. quis erit modus? Neceſſe enim eſt compoſitionem eſſe, ſicut ex lapidibus & lateribus paries. Mixtura utiq; hic ſaluatis utiq; erit elementis: ſecundum paruas autem adinuicẽ compoſitis. Ita utiq; caro & aliorum unumquodq;. Contingit itaq; non ex quacunq; parte carnis generari ignem &

Antiqua. Tex cõ.46 De gñatione cõpoſitoꝝ ex elẽtis. H Tex.cõ.47

I *aquam. Sed quemadmodum ex cera generatur utiq; ex hac*
quidem parte ſphera: pyramida autem ex aliqua alia. Sed
contingebat ex alterutro alterutrum generari. Hæc quidẽ
igitur hoc generantur modo ex carne: ex quolibet ambo.
Eis autem qui illo modo dicunt non contingit: ſed ut ex pa-
riete lapis & lateres: alterutrum ex alio loco & parte. Si-
Tex.cõ.48 *militer autem & facientibus unam eorum materiam habet*
aliquam queſtionem quomodo erit aliquid ex ambobus. Ver
bi gratia ex calido & frigido: aut ex igne & aqua. Si enim
eſt caro ex ambobus: & neutrum eorum. Neq; rurſus com
poſitio ſaluatorum: quid relinquitur niſi materiam eſſe
quod ex illis. Alterius enim corruptio: aut alterum facit:
aut materiam. Lectio. VIII.

POSTQVAM Philoſophus determinauit de
generatione elementorum: hic determinat de gene-
K ratione compoſitorum ex elemẽtis. Et circa hoc duo
facit. Primo determinat de generatione compoſito-
rum ex elementis. Secundo oſtendit ꝙ ad generatio-
nem mixtionis elementa concurrunt in omnia mixta
Tex.cõ.49 corpora. ibi. {Omnia enim mixta} Circa primũ duo
facit. Primo arguit ad oſtendendum quod non poſſit
eſſe verus modus generationis mixtorum. Secundo
Tex.cõ.48 determinat veritatem. ibi. {Quapropter quando.}
Circa primum conſiderandum eſt quod ſicut ſupra
patuit: duplex eſt opinio de elementis. Quædam eſt
vera ſcilicet quod elementa ex quibus ſunt corpora
conſtituta: habẽt aliquid commune: quod eſt vna ma-
teria. Similiter neceſſe eſt dicere: quod ſi elementa
L transmutantur adinuicem: neceſſe eſt quod habeant
Quõ materia elẽtorum dicatur vna. vnam communem materiam. Quæ dicitur vna: ab
vnitate potentię quæ eſt in ea: & eſt potentia ad for-
mã: cum ſemper habeat potentiam ad omnes formas
elemẽtorum: neceſſe eſt ipſam cõpleri per ſucceſſionẽ
motus in omnes formas: et ſic neceſſe eſt quod de una
forma ad aliam tranſmutetur. Et hanc opinionem pri
mo ponit. Secunda opinio fuit Empe. qui dixit elemẽ
ta eſſe intranſmutabilia & hanc innuit. ibi. {Quicunq;
enim.} Et diuiditur in quatuor partes. in prima oſten-
dit ꝙ ſecundũ opinionem Empedoclis non poteſt da
ri verus modus generationis mixtorum. Dicit enim
quod quidam ſunt qui dicunt elementa non adinuicẽ
generari. Illi etiam non dicunt quod vnumquodque
elementum fiat ex qualibet parte corporis mixti: ſed
dicunt quod elementa fiunt ex corpore ſicut lapides
& lateres ex pariete. Sed hoc eſt inconueniens. Non
enim poſſunt dicere quomodo ex elementis ſic com-
M poſitis non vere mixtis: ſint carnes & oſſa: & vnum-
quodq; aliorum corporum mixtorum. Si enim com
Declaratio ponantur & congregentur elementa in vnum rema
nentibus formis & operibus ſuis: ſic ignis in vna par-
te compoſiti erit adurens: & aqua fluens: terra incon
tinua: aer expirans. Similiter ignis non ligatus euola-
bit ſurſum: terra autem deſcendet deorſum: & ſic nũ-
quam conſtabit vt faciat oſſa & carnes & huiuſmo-
di. Secundo ibi. {Habet autem quod dicitur quæſtio-
nem.} Oſtendit quod etiam ſecundum ipſam opinio-
nem eſt dubium quomodo ex elementis generentur
compoſita dicens quod licet prima opinio ſit vera:
quæ dicit elementa in alterutrum tranſmutari: tamen
ſecundum ipſam eſt dubium: quomodo ex elementis
poteſt generari aliquid præter ipſa. Elementa enim
adinuicem generantur ſicut aqua ex igne, & ex aqua
ignis: & ſimiliter eſt de alijs. & hoc ideo quia habet N
vnũ cõmune ſubiectũ: vt dictum eſt: ſed etiam ex eis
generatur caro & medulla & alia mixta corpora:
ſed quomodo fiat horum generatio adhuc eſt du-
bium. Tertium ibi. {Illis quidem enim.} Redit iterum
ſuper ſecundam quæſtionem vt melius oſtẽdat quo-
modo ex ipſa non poteſt dari verus modus genera-
tionis dicens quod illi qui dicunt ſcilicet elementa eſ-
ſe intranſmutabilia: ſicut Empe. dicit: non poſſunt aſſi-
gnare modum quomodo corpora mixta componan
tur ex elementis. Neceſſe eſt enim ſecundũ eos ꝙ cõ-
poſitio elementorum ſit quædam mixtura: talis qua-
lis eſt mixtura lapidis in pariete. Dicunt enim quod
elementa ſaluantur in mixto ſecundũ formas ſubſtan-
tiales, & actus ſuos: & talis cõpoſitio eſt ſecũdum par O
tes minimas: quod eſt inconueniens. Quia quod vni Ex lib. primo.
eſt mixtum: puta male uidenti: qui non diſcernit inter tex. cõ. 86.
partẽ & partẽ. alteri ſ. bene vidẽti videbitur non eſſe
mixtum: & ſic idem eſſet mixtum & non mixtum.
Adhuc etiam ſequitur aliud inconueniens: quia ſecun-
dum iſtos non ex quacunq; parte carnis generabitur
quodlibet elementum: ſed ex vna parte vnum: & ex
alia parte aliud: ſicut ſi ex vna parte cere fiat ſphera:
ex alia parte fiat figura pyramidalis. Hoc autem pa-
tet eſſe falſum per ea quæ dicta ſunt ſupra capitulo de
mixtione. Sed ſicut in vnaquaque parte cere poteſt
quælibet figura formari: ita ex qualibet parte mixti
per reſolutionem poteſt quodlibet elementum gene
rari. Hæc ergo ambo elementa ſcilicet ignis & terra,
& etiam alia, generantur ex qualibet carne, ideſt ex
qualibet parte carnis. Sed illi qui dicunt ſicut Empe:
ſcilicet elementa eſſe intranſmutabilia: non poſſunt P
hoc dicere: ſed ſicut ex diuerſis partibus & locis ip-
ſius parietis tolluntur diuerſi lapides: ita ex diuerſis
partibus & locis ipſius mixti diuerſa elementa opor-
tet eos dicere generari: ita quod ignis ab vno loco &
parte: & aer ex alia. Quarto ibi. {Similiter autem &
facientibus.} Opponit contra ipſam opinionem dicẽs
quod etiam ponentibus elementa habere vnam mate
riam & eſſe tranſmutabilia: ſequuntur inconuenien-
tia: ſi dicatur aliquid generari ex elementis. Habet
enim quæſtionem & dubium: quomodo genera-
bitur aliquid ex ambobus: ſicut ex calido & frigido:
aut igne & aqua. Si enim caro eſt ex ambobus: et neu
trum eorum eſt ipſa caro: nec etiam ſaluantur ipſa ele
menta: quia aliter non eſſet mixtio: & nihil relinqui-
tur: niſi materia: quod eſt impoſſibile. Si autem rema- Q
neat alterum: & alterum corrumpatur: tunc eſt cor-
ruptio vnius & generatio alterius: quia corrupto
vno aut generatur alterum: aut remanet pura mate-
ria. Quomodo ergo fiat ex eis generatio dubium
eſt. Deinde cum dicit.

An cum calor & frigus maiorem, minoremue conſequã Alcyo.
tur acceſſionem: quando ſimpliciter alterum actu eſt: alte-
rum poteſtate erit: & quoties id omnino tale non eſt, ſed ca
lor, ut frigus, & frigus ut calor ſit: quia in permixtione
alterum alterius redundantiam delet: toties neq; materies:
neq; illorum contrariorum alterum ſimpliciter actu: ſed
medium erit. Sed tamen qua ratione potentia magis calidũ
eſt q̃ frigidum: aut contra: ea duplo uel calidior potentia
erit: uel frigidior: uel triplo: uel eiuſmodi alia proportione.
Reliqua item uel ex mixtis contrarijs: uel ex elementis con
ſtituuntur

A *ſtituuntur: atq; etiam elementa ex ipſis mixtis ita per facultatem quodammodo ſe habentibus prodeunt. Quanquam nõ tanquam materia: ſed quo ſupra diximus modo habentur. Ita mixtio fit. Quod ſi illos audiamus, id quod gignitur: materia eſt.*

Antiqua

Quapropter & quoniam eſt magis & minus calidum & frigidum. Quandoquidem eſt ſimpliciter alterum actu: potentia alterum erit. Quando autem non omnino. Sed ut quidem ens calidum & frigidum: ut autem frigidum calidũ. Quia quæ miſcentur corrumpunt intentiones adinuicem. Tunc neq; materia erit: neq; illorum contrariorum alterutrum actu ſimpliciter: ſed medium. Secundum id uero quod eſt potentia magis calidum: aut frigidum: uel contrariæ alterutrum: ſecundum hanc rationem: & ratione dupliciter
B *calidum. potentia q̃ frigidum: uel tripliciter: uel ſecundum alium talem modum. Erunt utiq; mixta alia ex contrarijs: aut ex elementis. Et alia elementa ex illis potentia qualiter entibus. Non ita uero ut materia: ſed ſecundum prædictum modum. Et erit ita quidem mixtio. Illo uero modo materia ſecundum q generatur.*

Quæ miſcentur corrũpũt intẽtiones ad inuicem.

Determinat veritatem: & circa hoc duo facit. Primo oſtendit modum generationis in vniuerſali. Secũdo magis in ſpeciali contrahendo ipſum ad mixtionẽ elementorum in conſtitutione compoſiti. ibi {Quoniam autẽ patiuntur.} Primo ergo relicta prima opinione tanquam falſa & impoſſibili: & ſuppoſita prima: ponit verum modum generationis corporum mixtorum. Ad cuius euidentiã præmittit duo. Quorum primum eſt q̃ differentiæ elementorum ſunt cõ
C trariæ ſcilicet calidum & frigidum & huiuſmodi: & ſuſcipiunt magis & minus. Secundũ eſt quod quando alterum elementum fuerit ſimpliciter actu: & alterũ ſimpliciter in potentia fuerit: tunc non poteſt eſſe mixtio. Quando vero vnum non eſt omnino actu: nec per exceſſum prædominatur alteri elemento: tunc generabitur quoddam medium quod nec eſt ſimpliciter calidum: nec ſimpliciter frigidum: ſed quodãmodo naturam participans vtriuſq;. Et hoc ideo quia quando elementa miſcent: intentiones ſiue formę corrumpuntur: & remanent in virtute: & tunc illud medium generatum nõ eſt ſic in potentia: ſicut materia: nec ſimpliciter alterum elementorum: ſed medium inter ea: quod quidem medium diuerſificatur: ſecun-
D dum quod diuerſificantur virtutes miſcibiliũ. Si enim potentia ignis excedet virtutem aquæ: medium generatum eſt magis calidum q̃ frigidum. Et ſic ſecundũ proportionem virtutis vnius elementi ad virtutem alterius: vt ſi in duplo ſi in triplo excedit caliditas frigiditatem: & medium dupliciter eſt calidius: & tripliciter. Secundum ergo hunc modum erunt mixta ex contrarijs elementis: & per compoſitionem vel mixtionem: & elementa erunt ex illis mixtis per reſolutionem. Ipſa enim mixta ſunt potentia quatuor elementa: nõ quidem ſicut materia: ſed ſicut dictum eſt. Deinde cum dicit.

Alcyo.

Cum autem contraria, ut ex iis perſpici, ac intelligi licet: quæ paulo ante definita reliquimus: inter ſe patiantur (actu enim calidum: poteſtate frigidum eſt: contra frigidum actu, calidum poteſtate eſt) hinc accidere ſolet: ut eorũ ipſorum uicißitudo fit: niſi æquabilitate teneantur. Similis aliorum quoq; contrariorum modus. Ac primũ quidem elemẽta non aliter immutantur: & ex illis caro, oſſa, & reliquæ eiuſdem generis partes formantur: cum calor refrixerit: et frigus caluerit: ad mediumq; peruenerint, ubi neutrum eſt:
B *medium autem multiplex eſt: nec indiuiduum cõſtat. Eodẽ modo humor, ſiccitas, & reliqua eiuſmodi ſecũdum mediocritatem carnem: & reliqua ſimilia formant.*

Antiqua

Quoniam autem patiuntur contraria ſecundum in primis determinationem. Eſt enim actu calidum: potentia frigidum & actu frigidum: potentia calidum. Quapropter ſi non coequantur tranſmutantur inuicem. Similiter autem & in alijs contrarijs. Et primo ita elementa tranſmutantur. Ex his autem carnes & oſſa & quæ talia. Calido quidem
F *generato frigido: frigido autem calido: quando ad medium ueniunt: hoc enim neutrum. Medium enim multa & nõ indiuiſibile. Similiter autem & ſiccum et humidum: & alia talia: ſecundum medietatem faciunt carnem: & os & alia.*

Contrahit modum qui dictus eſt vniuerſaliter ad propoſitum dicens quod quia omnia contraria patiũtur adinuicem: ſicut dictum eſt prius in capitulo de actione: quia quod eſt actu calidum eſt potentia frigidum: & econuerſo: ſi ipſa elementa nõ adequatur potentijs ſuis: ſed vnum omnino alteri prædominatur: tunc tranſmutantur adinuicem: & non fit mixtio: ſed corruptio debilioris & generatio ſiue augumentum prædominantis. Et quod dictum eſt de calido & frigido intelligendum eſt ſimiliter in alijs contrarijs ſcilicet ſicco & humido. Sed elementa prius ſe inuicem
G tranſmutant in generatione: adequatis vero potentijs eorum ſecundum quandam proportionem generatur quoddam medium: ſicut carnes & oſſa & huiuſmodi talia. Calido autem ſecundum aliquid infrigidato: & fri ſecundum aliquid calefacto (quia in mixto materia vniuſcuiuſq; contrarij partem capit alterius) quando veniunt ad medium: medium enim eſt contrarij: medium autem illud non eſt vnius proportionis tantum ſcilicet quod ſemper fit per æqualẽ contrariorum participationem: neq; eſt indiuiſibile, ideſt non eſt vno modo tantum: ſed diuerſis modis ſecundum diuerſitatem proportionis contrariorum: & ſic eſt medium inter calidum & frigidum ſecũdum multiplicem proportionem ipſorum. Ita etiam intelligendum inter humidum & ſiccum: quæ ſecundum me-
H diorum diuerſitatem: quædam aliqua proportione conuenientia faciunt carnem: & in alia proportione faciunt os: & in alia faciunt alia: quorum complexiones variantur: ſicut eſt homo: cuius complexio maxime vicina eſt temperamento: & leo qui eſt calidæ complexionis: & aſinus qui eſt frigidæ complexionis. Deinde cum dicit.

Libro pmo. t. cõ. 50. & 51.

Hõis cõplo maxime vicina tẽperamento.

Alcyo.

Mixta uero corpora quecũq; etiam medio in loco uerſantur ex uniuerſis corporibus ſimplicibus compacta ſunt. Terra enim ad omnia adaggeratur: quia ſingula in primis: & ea quidem ampliſſima in locis continentur ſuis. Aqua item conditur: quoniam compoſita definienda ſunt. Aqua porro una ſimplicium omnium uim definiendi: & facile terminandi obtinet. Accedit etiam q omnis facultas eripitur terræ ſine humore permanendi: immo humore ipſo cõ

I *tineri ſolet. Si enim ex terra humor omnino eximeretur, ni mirum dilaberetur & diſſiparetur. Terra quidem et aqua propter has cauſas inſunt.*

Antiqua. Tex.cõ.49 *Omnia enim mixta corpora quæcunq; circa locum medium ſunt: ex omnibus compoſita ſunt ſimplicibus. Terra quidem ineſt omnibus: quia unumquodq; eſt maxime & multum in proprio loco. Aqua autem: quia oportet terminari quodcunq; compoſitum: ſola autem eſt ſimplicium bene terminabile aqua. Amplius autem & terra ſine humido non poteſt commorari: ſed hoc eſt quod continet. Si enim auferatur omnino ex ipſa humidum: decidit utiq;. Terra quidem igitur & aqua propter has inſunt cauſas.*

K Tex.cõ.50. Oſtendit quod in quolibet mixto ſunt omnia elementa. & primo per cauſam. Secundo per effectum. ibi. {Teſtificari autem videtur.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quod in quolibet mixto eſt terra & aqua. Secundo quod ignis & aer. ibi. {Aer aũt} Q͛d terra ſit ĩ quolꝫ mixto Dicit ergo primo quod omnia corpora mixta quæcunq; ſunt circa mediũ quod eſt terra neceſſario ſunt compoſita ex omnibus ſimplicibus corporibus quæ ſunt quatuor elemẽta: & quod in omni corpore mixto ſit terra: ſicut oſtendit locus & locatum ſecundum Commenta. aut eſſe ſunt eiuſdem naturæ: aut prædominatur natura loci in locato: ſed omnia mixta naturaliter quieſcunt in terra: ſicut in loco: ergo oportet quod in quolibet mixto ſit terra: & non ſolum quod Q͛d aqua. ſit: ſed vt prædominetur in ipſo. Quod autem aqua ſit in quolibet mixto. probat ex hoc: quia terra pura L non habet continuationem: nec in ipſa aliqua figura poſſet conſiſtere: partes autem cuiuslibet mixti: oportet eſſe terminatas. ſola autem aqua: vt ſupradictum: eſt bene terminabilis. Et prima terra propter naturalem ſitum quod eſt in ea: nullatenus commoratur ſine humido: quod eſt in cauſa cõtinẽte: vnde humidum quod eſt in ea continet ipſam. Si autem ex ipſa humidum totaliter auferatur: ſtatim decidet & cõuertetur in puluerem. Terra ergo & aqua propter dictas cauſas ſunt in corporibus mixtis. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Sed aer & ignis: quoniã aquæ & terræ contrarij ſunt: terra aeri: aqua igni contraria eſt: non aliter ſane: atq; contingit ſubſtantiam ſubſtantiæ contrariam eſſe. Itaq; cum rerum ortus ex contrarijs ſint: cumq; ubi contrariorum extremum adeſt: neceſſe ſit alterum quoq; adeſſe, fit propterea, ut in quouis compoſito ſimplicia omnia corpora ingeſta reperiantur.*

H M

Antiqua. Terra aeri: igni vero aqua contraria eſt. *Aer autem & ignis: quoniam contraria ſunt terræ & aquæ. Terra quidem aeri: igni uero aqua contraria eſt: ut contingit ſubſtantiam ſubſtantiæ contrariam eſſe. Quoniam igitur generationes ex contrarijs ſunt. Inſunt autem altera extrema contrariorũ: neceſſe & altera ineſſe. Quapropter in omni compoſito omnia ſimplicia erunt.* In oĩ cõpoſito, oĩa ſimplicia erunt.

Quod ignis & aer. Primo probat quod in quolibet elemento eſt aer & ignis tali ratione. Terra & aqua alterantur in mixto: cum autem vnumquodq; miſcibilium alteretur à ſuo contrario: oportet aerem & ignem eſſe in compoſito. nam aer contrariatur terræ & ignis aquæ. Dico autem elementum eſſe contrariarum elementorum prout ratione qualitatum contingit ſubſtantiam eſſe Q͛ ſo elm̃tũ elm̃to cõtrariã, & ſub a ſubſtantiæ. contrariam ſubſtantiæ. Quoniam igitur generationis ſunt ex contrarijs & in mixtis ſunt extrema contrariorum ſcilicet frigidum ſiccum: quod eſt terra & frigidum humidum quod eſt aqua neceſſe eſt reliqua ineſſe ſcilicet calidum cum ſicco: & calidum cum humido: quæ ſunt ignis & aer. Quapropter in omni cõpoſito ſunt omnia ſimplicia corpora. Deinde cũ dicit. N

Alcyo. *Teſtimonio quidem eſſe poteſt uel cuiuſq; mixti alimentum. Omnia enim ex quibus conſtant: iiſdem aluntur & ſuſtentantur. Omnia autem rebus aluntur compluribus: atq; ſtirpes eiuſmodi ſunt: quæ quidem ex unico elemento: hoc eſt ex aqua uictum petere uideri poſſent: ſed terra aquæ commixta eſt: quamobrem cultiore etiam agrorũ ſtudioſi permixtione facta irrigant.*

O Antiqua. Tex.cõ.50. O͛a nutriunt ex qb⁹ ſunt. Mixta eſt aquæ terra. *Teſtificari autem uidetur et nutrimentum uniuſcuiuſq;. Omnia quidem enim nutriuntur eiſdem ex quibus ſunt. Omnia enim multis nutriuntur. Etenim quæcunq; uidentur uno ſolo nutriri ut aqua plantæ multis nutriuntur. Mixta eſt enim aquæ terra: ideo ruſtici tentant miſcentes irrigare.*

Probar idem per effectum: & diuidit in partem principalem & incidentalem. pars incidentalis incipit. ibi. {Quoniam autem eſt nutrimentum.} Dicit ergo primo: quod hoc dictum eſt ſcilicet quod omnia mixta componantur ex quatuor elementis: teſtificari & approbare uidetur nutrimentum uniuſcuiuſq;. Nã vnumquodq; nutritur ex eis ex quibus eſt: ſed omnia quidem nutriuntur ex multis elementis. ergo ex eiſdẽ quatuor elementis omnia mixta conſiſtunt. Maioris propoſitionis ratio poteſt eſſe: quia nutrimentũ tranſmutatur in naturam nutriti: non autem poſſet tranſmutari: niſi haberet eandem materiam. Minorem vero probat ſumendo argumentum a minori. Minus P enim videtur quod plantæ: quæ ſunt magis terreſtres: nutriantur ex pluribus, q̃ alia nutrita. Sed iſte licet videantur ſolum nutriri ex aqua: nutriuntur tamen ex omnibus: ergo multo magis alia. Quod autem plantæ nutriantur ex omnibus ex hoc videtur. Manifeſtũ eſt enim quod nutriuntur ex terra & aqua: & ex agricultura. Ruſtici enim colentes plantas miſcent terram cum aqua ad nutrimentum plantarum. Si autem ineſt terra & aqua: neceſſe eſt eſſe alia duo extrema ſcilicet aerem & ignem eadem ratione qua ſupra: Deinde cum dicit.

Alcyo. Q *Sed cum alimentum materia ſit eius quod alatur: & id quod alitur forma ſit: quæ cum materia iungatur, eidemq; connectatur, nihil ab ratione diſcrepat: ſi ignis unus omnium nutritia aſſequatur commoda. Cum enim omnia ſibi mutuo brius extorqueant: quod ueteribus etiam placuit: ſolus ignis ad formã pertinere maxime uidetur: propterea quod ſuapte natura ad terminum: & fines petendos aptus eſt. Siquidem naturali propenſione omnia ad ſedes ſuas adeundas comparata ſunt. Species autem & omnium forma finibus maxime ſepta continetur. Ita probauimus nulla corpora eſſe: quæ ex ſimplicibus omnibus non conſtituerentur.*

Antiqua. Inter ſimplicia corpa ſolũ ignis nutrit *Quoniam autem eſt nutrimentũ quidem materiæ. Quod nutritur autem coniunctum eſt materiæ forma & ſpecies. Rationabile iam ſolum ſimplicium corporum nutriri ignẽ omnium ex inuicem generatorum. Quemadmodũ & priores*

A *res dicunt. Solus enim & maxime eſt ſpeciei ignis: quia innatus eſt ferri ad terminum. Vnumquodq; autem innatum eſt ferri in ſuijpus regionem. Forma enim & ſpecies in terminus omnium. Quoniam quidem igitur omnia corpora ex omnibus conſtituta ſunt ſimplicibus dictum eſt.*

Oſtendit incidēter ꝙ inter ſimplicia corpora ſolus ignis nutritur: non tamen proprie: quia ſola vegetabilia proprie nutriuntur dicens ꝙ quia nutrimentum eſt ſicut materiale reſpectu nutriti: quia in ſuam naturam conuertitur: vt dictum in capitulo de augumento: ipſum autem nutribile eſt ſicut forma & ſpecies cō iuncta materiæ. Rationale eſt vt ſolus ignis inter ſimplicia corpora nutriatur: eo ꝙ inter omnia elementa quæ adinuicem generantur ignis eſt magis formalis: (Ignis eſt maxime formalis.) B quod patet ex hoc ꝙ ipſe naturaliter fertur ſurſum ad terminum, ideſt ad circunferentiam orbis qui maxime formalis eſt inter omnia corpora: vnū quodq; enim natum eſt ferri ad ſuijpſius generationem quæ eſt connaturalis ei: forma autem & ſpecies omnium rerum inferiorum (præter hominem) eſt in terminis omnium. Quia ſuperiora ad inferiora ſe habent ſicut forma ad materiam. (Superiora ſe hñt vt forma ad inferiora.) Cum ergo ignis tangat orbem lune conſtat ꝙ ipſe ſit connaturalis orbi in formalitate. Vltimo recapitulat: & eſt planum.

Alcyo. *Cum quedam in rerum natura ita agnoſcantur, ut genita, & mortalia ſint: & generatio medio in loco excitari ſoleat orationem de unaquaq; generatione ſimiliter inſtituē dam arbitramur: & explicandum quot & qualia illius* C *principia conſtituenda ſint: quandoquidem ſic minore difficultate afficiemur in ſingulis rebus tractandis, cum uniuerſitas ante propoſita erit.*

Antiqua. *Quia uero: ſunt quedam generabilia & corruptibilia:* Tex.cō.51. *& generatio contingit eis que ſunt circa medium locum dicendum de omni generatione ſimpliciter quot & que eorū principia. Facilius enim ſic ſingularia inſpiciemus quando de uniuerſalibus accipiemus prius.* (Facilius ſingularia inſpiciem⁹ ſ acceptis vlibus.) Lectio. IX.

POSTQVAM Philoſophus determinauit de generatione & corruptione tam ſimplicium ꝗ compoſitorum ex ſimplicibus: hic determinat de cauſis ſiue de principijs generationis & corruptionis elementorum & mixtorum. Et circa hoc duo facit. primo dat intentionem. ſecundo proſequitur intentum. ibi. {Sunt enim & numero.} Dicit ergo primo: cum ſint D quædam generabilia & corruptibilia: & generatio & corruptio ſit in eis quæ ſunt circa medium locum. Dicendum eſt ſimpliciter & vniuerſaliter de generatione: quot & quæ ſint eorū principia. Facilius enim in libris particularibus inſpiciemus cauſas principiorum generationum: quando cauſas vniuerſalis generationis acceperimus. Curſus enim ab vniuerſalibus ad particularia eſt maior & vniuerſalior via in natura. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Illa autem totidem enumerantur: & genere eadem redduntur, ac que rebus æternis: primasq; tenentibus tribuuntur: aliud enim ut materia: aliud ut forma redditur. At par eſt tertium quoq; adiungere: cum duo tantum ad generationem conſtituendam ſatis non ſint: que ne rebus quidem primas tenentibus ſatis ſunt. Ergo materia genitis cauſa adſcribitur: materia inquam que tum eſſe; tum non eſſe poteſt. alia enim ex neceßitate ſunt, ut perpetua, atq; æterna:* E *alia non ex neceßitate. Atq; horum ipſorum quedam fieri non poteſt: ut non ſint: quedam fieri non poteſt, ut ſint: qđ non accidat res aliter ſe habere, atq; neceſſe ſit. Sed quedam & eſſe, & non eſſe poſſunt, ut ea, que oriuntur: & illorum ortum mortalitas conſequutur. nam hæc partim deſiderantur, partim non deſiderantur. Quapropter neceſſe eſt ortum & interitum rerum conſiſtere in ijs, que eſſe & non eſſe poſſunt. idcirco ut materia hec genitis cauſa affertur: ut autem id intellegitur: quod cuius rei gratia appellare conſueuimus, forma & ſpecies habenda eſt: que quidem ratio unicuiq; eſſentiæ redditur. Sed tertiam quoq; adhibere oportet: quam tametſi omnes ſomniant: nemo tamen eam exprimit.*

F Antiqua. *Sunt enim & numero æqualia & genere eadem principia que in ſempiternis & in primis. Hoc quidem enim eſt ut materia: hoc autem ut forma. Oportet autem & adhuc tertium exiſtere: non enim ſufficientia ad generandum duo: quemadmodum neq; in primis. Vt materia quidem in generabilibus: quod poßibile eſt eſſe & non eſſe cauſa.* (Materia in generabilibus ē cauſa ꝙ res poſſit eſſe & non eſſe.) *Hæc quidem enim ex neceßitate ſunt ut æterna: horum autem hæc quidem impoßibile non eſſe: hoc autem impoßibile eſſe: quia non contingit circa neceſſarium aliter ſe habere. Quedam uero poßibile eſſe & non eſſe: quod eſt generabile & corruptibile. Quandoq; quidem enim hoc eſt: quandoq; autem non eſt hoc. Quapropter neceſſarium generationem & corruptionem circa poßibile eſſe & non eſſe. Ideoq; ut ma-* G *teria quidem hec cauſa eſt generabilibus: ut autem cuius gratia forma & ſpecies: hæc autem eſt ratio uniuſcuiuſq; ſubſtantie. Oportet autem adeſſe & tertium: quod omnes* Tex.cō.52. *quidem ſomniant: dicit autem nullus.*

Proſequitur intentum: & circa hoc tria facit. Primo ponit opinionem ſuam de principijs. Secundo opiniones aliorum. ibi. {Sed hi quidem ſufficienter.} Tertio inquirit ſpecialiter & ſufficienter de principio mouente. ibi. {Nobis autem.} Ad euidentiam eorum quæ hic dicuntur notandum eſt ꝙ corporum Tex.cō.55. generabilium & corruptibilium: quædam ſunt principia extrinſeca: & quædam intrinſeca. Principia extrinſeca ſunt agentia ſiue mouentia. (Pricipia extrinſeca.) Et ita ſe habent in quodam ordine: quia quædam ſunt proxima: & quędam remota ſiue prima: & prima quidem principia ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ: quarum ſuprema eſt Deus. & iſta ſunt eadem omnium corporalium. & propter H hoc dixit Philoſophus ꝙ corruptibilium & ſempiternorum ſunt eadem principia numero ſemota: proxima vero nō ſunt eadem: quia principia corporum cœleſtium ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ: vt dicitur in ſecundo meta. ſed proxima principia corruptibilium Tex.cō.24 ſunt ipſa corpora cœleſtia: vt dicit Philoſophus primo metheo. & Commentator. Intrinſeca vero principia ſunt materia & forma: Tex.cō.1. (Principia intrinſeca.) & iſta non ſunt eadem numero corruptibilium & incorruptibilium: ſed ſunt eadem ſecundum analogiam: quia nec materia: nec forma corrumpitur per ſe: ſed ſolum per accidens: vt primo phyſi. Et ideo dicit Philoſophus ꝙ principia Tex.cō.82. corruptibilium & incorruptibilium ſunt eadem principia genere, ideſt analogia ſiue proportione. Hoc ergo præmiſſo procedit in propoſito dicens ꝙ principiorum rerum generabiliū & corruptibilium: aliud

Q̃ðo vltra materiam & formã oportet adeſſe & agens.

I eſt materia:aliud eſt forma: oportet autem adeſſe tertium. Quia ſicut in ſempiternis non ſufficiunt duo ad motum:ſed oportet adeſſe mouens:ita nec in generabilibus ſufficiunt ad generationem duo :ſed oportet adeſſe tertium ;quod eſt efficiens. Materia vero cum ſint ens in potentia eſt cauſa; quare iſta inferiora poſſunt eſſe & nõ eſſe. Forma vero eſt cauſa eſſe tantum. Sed efficiens mouet materiam:vt trãſmutetur de potentia ad actum. Ad declarationem autem dictorum ponit quandam diuiſionem dicens q; quędam ſunt de neceſſitate ineſſe :ſicut ſunt æterna : vt corpora cœleſtia:quæ in ſua ſubſtantia : & in ſuis motibus ſunt neceſſaria:& ſimiliter ſubſtantiæ ſeparatæ:& his opponuntur impoſſibilia adeſſe. Quædam vero ſunt poſſibilia eſſe & non eſſe:& iſta ſunt generabilia & corruptibilia;quæ quandoq; ſunt:& quandoq; non ſunt. Et

Quę neceſſaria eſſe & quę aliter.

K ideo neceſſarium eſt q; generatio & corruptio ſint circa corpora talia quæ poſſint eſſe & non eſſe. Illud autem ex quo talis potentia ad eſſe & non eſſe in eis eſt materia dicitur. Sed cauſa finalis in phyſicis : quæ eſt:cuius gratia mouens mouet: eſt forma & ſpecies: hic enim eſt finis motus & intentionis naturalis agentis. Et hæc eſt ratio diffinitiua vniuſcuiuſq; ſubſtantiæ. Sed ſicut dictum eſt: cum his duobus oportet eſſe tertium principium:quod eſt efficiens : quod omnes antiqui ſomniauerunt: ſed nullus de ipſo aliquid veritatis dixit expreſſe. Deinde cum dicit.

Ex materia eſt potentia ad eſſe & non eſſe.

Alcyo. *Cum alij ipſam formarum naturam cauſam ad res procreandas ſatis idoneam arbitrati ſint:ut in Phedone Socrates:qui cum reliquis philoſophis ſuccenſuiſſet : ut nihil de hoc locutis conſtitutum uoluit :eorum quæ ſunt alia formas eſſe: alia per communionem haberi capacia formarum:*
L *atq; hæc ſingula dici per formas conſiſtere:per communionem autem earum ipſarum oriri : & per amiſſionem labefactari:atq; interire. Quod ſi hæc,ut uera defendenda ſunt, exiſtimare cogitur ,formas neceſſario tum generationis, tum interitus cauſas eſſe. Quanquam alij materiæ hoc tribuunt: quia motus ex ea prouenit.*

Antiqua. *Sed hi quidem ſufficienter exiſtimauerunt cauſam eſſe ad generari ſpecierum naturam : quemadmodum in Phedone Socrates. Etenim ille increpans alijs ut nihil dicentibus ſupponit: quoniam ſunt entium :hæc quidem ſpecies:hæc autem participalia ſpecierum. Et quoniam eſſe quidem unũquodq; dicitur ſecundum ſpeciem: generari aũt ſecũdum ſuſceptionem: & corrumpi ſecũdum eiectionem Quapropter ſi hæc*
M *uera ſunt ſpecies exiſtimant ex neceſſitate cauſas eſſe generationis & corruptionis. Hi autem ipſam materiam: ab hac enim motum.*

Põ pþonis de tertio principio in Phædone.

Ponit opiniones aliorum de principijs. & circa hoc duo facit. primo ponit eas. ſecũdo improbat eas. ibi. {Neutri autem.} Fuerunt autem duæ opiniones: quarum ponit primam dicens quod quidam ſomniauerunt naturam ſpecierum, ideſt ipſas ſpecies ſeparatas:quas Plato appellauit ideas:eſſe ſufficientem cauſam ad hoc q; res generarentur:quemadmodum Plato in Phedone vbi inducit Socratem ad confirmationem ſuæ opinionis. Vnde dicit ibi q; Socrates increpat alios tanquam dicentes nihil. Et ſupponit q; entiũ quædam ſunt ſubſtantię ſeparatæ:quędam vero participalia ſpecierum ſicut mediate; & q; vnumquodq; compoſitum dicitur eſſe actu ſecundum ſpeciem: generari autem ſecundum illius ſpeciei ſuſceptionem: & dicitur corrumpi ſecundum illius ſpeciei abiectionem:dixit enim ſpecies rerum eſſe æternas: quæ ſunt quaſi quædam ſigilla impreſſa rebus generabilibus. Et cum ſigillatur materia quæ fit per illarum participationem:tunc res generantur: & cum eijcitur forma ſigillata:manet quidem perpetua:ſed deſtruitur indiuiduum per eiectionem talis formæ. Quapropter ſi iſta eſt idearum natura(vt ipſe Socrates & Plato exiſtimant)neceſſe eſt ipſas ſpecies eſſe cauſas generationis & corruptionis. per præſentiam quidem generationis : per abſentiam vero corruptionis. Secundam opinionem ponit ibi. {Hi autem.} Dicens q; alij non dixerunt primum mouens eſſe extrinſecum ſicut Plato:ſed dixerunt principium tranſmutationis materiæ eſſe ipſam materiam : & ipſum motum rerum eſſe ab hac, ideſt ab ipſa materia diſpoſita & informata qualitatibus primis. Deinde cum dicit.

N

Gñatio fit per ſigillum.

Aliorum põ

O

Alcyo. *Neutri tamen perite dicunt . nam ſi formas pro cauſis habeas :quid ita ſemper: & cõtinue generationem non excitant? Sed partim hoc efficiunt,partim non item : cum ſemper formæ ſint:& res earum participes probe ſuggerantur. Propterea in nonnullis alijs diuerſam quandam cauſam perſpicere licet: medicus enim curat :& peritus docet: cum bonæ ualetudinis,& doctrinæ rationes,& res : quæ talium bonorum participes ſunt,agnoſcantur . Similis quoq; ratio aliorum eſt : quæ per facultatem : hoc eſt habitum actiones abeunt ſuas.*

Antiqua. *Neutri autem dicunt bene. Siquidem enim ſunt cauſæ ſpecies . Quare non ſemper generant continue : ſed quandoq; quidem: quandoq; non: entibus:& ſpeciebus ſemper:& par*
P *ticipalibus. Amplius autem in quibuſdam uidemus aliam cauſam entem: ſanitatem enim medicus facit:& doctrinam doctor: ente & ſanitate ipſa & doctrina : & participalibus. Similiter autem in alijs ſecundum potentiam operantis . . .*

Tex.cõ.52.

Reprobat prędictas opiniones. & primo primam. ſecundo ſecundam. ibi. {Si autem materiam.} primã reprobat duabus rationibus : quarum primam ponit dicens q; neutra opinio bona eſt: quia ſpecies ſeparatæ non ſunt cauſæ ſufficientes generationis cum materia:quia ſi ſunt ſufficientes:quare non ſemper: & continue generantur res : & non quandoq; ſic: & quandoq; non. Non enim eſt maior ratio : quare in vno tempore ſpecies generentur q̃ in alio. cum ipſe ſpecies & participalia,ideſt quæ materiæ innatæ ſunt ſuſcipere illas ſpecies ſemper & eodem modo ſe ha-
Q beant. Poteſt autem ſic ratio formari,ideſt. Idem manens idem ſemper natum eſt facere idem. ſed ſpecies vel ideæ ſemp manẽt eædẽ eodẽ modo. ergo ſemper deberent generare :ſed hoc eſt falſum q; ſemper generent: quia quædam quandoq; ſunt : & quandoque non. ergo illæ non ſunt cauſæ generationis & corruptionis. Secundam rationem ponit. ibi {Amplius autem in quibuſdam } Dicẽs q; nos videmus ad ſenſum in quibuſdam:ſicut in artificialibus; q; neceſſarium eſt eſſe aliquod primum mouens præter ſpecies: vt patet in artificialibus:medicus enim facit ſanitatem: & ſimiliter doctor facit doctrinam: cum tamen præter illos ipſa ſanitas & doctrina ſint ſpecies : & anima diſcentis &

Ex tex.c.56. infra.

A tis & complexio corporis ſint participalia ipſarum
Tex c.4.c.5: ſpecierum. Et ſimiliter eſt in alijs ſecundum potentiā,
met.1.cō 17. ideſt ſm artem operantis. Dicuntur enim artes & ſciē
Q̄uo artes dicūtur potentię. tiæ potētiæ: vt dicitur .9. meta. quia per artem homo operatur: & per ſcientiam conſiderat. cum ergo ars imitetur naturam: & in arte inueniamus hanc tertiam cauſam. ergo in natura eſt tertia cauſa ſcilicet mouens præter naturam & formam. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Verum ſi dixeris, materiam propter motum gignere: profectò magis e natura cauſam reddes, quam illi fecerunt: q superiorem modum probarunt: nam id quod alterandi, & transfigurandi uim habet: magis rerum gignendarum cauſam ſuſtinet. Quinetiam efficientis nomine in naturæ iuxta: ac artis operibus id proſequi ſolemus, quod uel mouendi facultatem obtinuerit.*

B

Antiqua. Tex.cō.53. *Si autem materiam quis inquiet generare propter motū naturalium utiq; dicet ita dicentibus. Alterans.n. & transformans magis cauſa generationis: & in omnibus aſſueti ſumus hoc dicere efficiens. Similiter & in his quæ natura: & in his quæ ab arte. Ab arte autem quodcunq; mutans eſt.*

Reprobat ſecūdam opinionē: & circa hoc duo facit. primo comparat eam primæ opinioni. ſecūdo deſtruit eā. ibi. {Sed tamen nec hi.} Dicit ergo primo, q̄ ſi aliquis dicat q̄ materia prædicto modo diſpoſita generet propter motū: quem ipſa mouet: magis dicit ſm naturam: q̄ illi qui dicūt ſpeciem ſeparatam generare. Quia id quod alterat & transformat magis eſt cauſa generationis in phyſicis; materia autem ſecundum quod dicunt ſic informata: vt dictum eſt: alterat
C & trāsformat: & nos etiā conſueti ſumus dicere in artibus: & in natura q̄ hoc eſt efficiens quod eſt tranſmutans & alterans. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Verum iſti quoq; non recte ſentiūt: nam propriū eſt materiæ affici, & moueri: alterius uero facultatis afficere, & mouere: quod perſpicue ea declarant: quæ tū natura, tum arte finguntur. Etenim aqua nullam ex ſeipſa format animal: nec lignum fabricatur lectulū, qui certe ab arte conficitur. Ita cōſtat tum propter hæc ipſa: tum quia potiorē cauſam deſinunt, nimis inſulſe de tota re ab iſtis eſſe diſputatū: illam enim quā appellamus quid res ſit adimunt, & formam. Huc accedit, q̄d facultates: per quas res gignantur: ualde inſtrumentarias corporibus attribuunt: atq; interea cauſam: quæ*
D *ad formā pertinet, auferunt: cum.n. calor, ut inquiūt: ſuapte natura affectus ſit ad ſecernendū: & frigus ad cogendum: et reliquorum omnium aliud agat, aliud patiatur, ex his: & p hæc aiūt reliqua omnia oriri, & interire: quanq̄ ipſe quoq; ignis & moueri, & pati uidetur. Addā illud etiam, quod nō aliter agunt, ac ſi cauſam rerū, quæ conficiantur, ſerræ, atq; alijs eiuſmodi inſtrumentis attribueres. materia.n. per adactam ſerrā ſecetur: & per adhibitā aſciā leuigetur: atq; expoliatur neceſſe eſt: quod pariter in alijs quoq; cōfirmandū eſt. Ergo ignis quanq̄ maxime agit, et mouet: illi tamen non obſeruant quomodo id præſtare ſoleat: uehementius nimirum: & deterius, q̄ inſtrumenta.*

Antiqua. Mi e eſt pati & moueri. *Sed tamen nec hi iuſte dicunt: materiæ enim pati & moueri: mouere autem & facere alterius potentiæ. Manifeſtum autem & in his quæ arte & natura generantur. Non enim ipſa facit aqua ex ſeipſa animal: neque lignum lectum: ſed ars. Quocirca & dicunt nō recte propter hoc. Et quoniam relinquūt principaliorem cauſam. Auferūt enim quod eſt eſſe & formam. Amplius autem & potentias attribuunt corpori: propter quas generant ualde organice: auferentes eam quæ ſecundum ſpeciem cauſam. Quoniam enim innatum eſt ut inquiunt calidum quidem ſegregare: frigidum autem congregare: & aliorum unumquodq; hoc quidem facere: hoc autem pati. Ex his dicunt & per hec omnia alia generari & corrumpi. Videtur autem & ignis ipſe motus pati. Amplius uero ſimile aliquid faciunt: ut ſiquis ſerræ & unicuiq; inſtrumentorum attribuit cauſam eorum quæ generantur. neceſſe enim ſerrante diuidi: & incidente coequari: & in alijs ſimiliter. Quocirca ſiquidem maxime facit & mouet ignis: ſed quomodo mouet non uident: quoniam deterius q̄ organa.*

E mouere autē & facere alterius potētię.

Tex.cō.54

Tex.cō.55.

F

Reprobat iſtā opinionem per tres rationes. Quarum prima talis eſt cauſa materialis cum efficiente nunquam incidunt in idem numero. Sed materiæ eſt pati & moueri: facere autem & mouere eſt alterius potentiæ: quia potentiæ actiuæ quæ eſt in agente. ſequitur ergo quod materia non poteſt eſſe mouens vel efficiens: alias enim potentia actiua & paſſiua eſſent idem. Et hoc manifeſtat in naturalibus & artificialibus. Et primo in naturalibus. Aqua enim quæ ſecundum quod dicit Thales: eſt materia omnium vt habetur primo metaphyſi. in prologo. capitulo ſecundo non facit ex ſeipſa animal nec aliquid aliud. Similiter nec lignum quod eſt materia lecti: aut ſcānni: ſed artifex per artem quam habet in mente. Ex his ergo patet quod iſti non recte dixerunt. Secundam rationem ponit. ibi. {Et quoniam.} Dicens quod Thales non recte dicunt: quod patet & alia ratione. Quia ſcilicet derelinquunt principalē cauſam. Auferunt enim formam: & quodquideſt vniuſcuiuſq; rei. Et hoc patet per ſupradicta: quia dictum eſt quod ipſi auferunt cauſam mouentem: quia ſublata (cum materia quæ eſt in potentia non poſſit ſe mouere ad actum) neceſſario aufertur etiam formam. Sed adhuc manifeſtat hoc idem per aliud quod ipſi dicunt. ibi {Amplius autem} Dicens q̄ iſti attribuunt corporali materiæ potentias paſſiuarum qualitatum: & per illas potentias valde organice: & tanquam per organa & inſtrumenta: dicunt q̄ materia generat: aliam auferentes cauſam quæ eſt ſecundum ſpeciem, ideſt ſecundū cauſam formalē: per quā vnūquodq; collocatur in ſpecie vt dicitur .2. phy. Dicunt.n. quod calidum quod eſt in materia innatum eſt ſegregare: frigidum autem natū eſt congregare. Segregat enim calidum & diſſoluit: frigidum autem congregat, & inſpiſſat, miſcet, & confundit. Et quia res omnes conſtituunt mixtura quadā & diſtinctione: ideo dicebant q̄ ex his duobus omnia alia agant & patiuntur: & oīa ex eis generātur & corrumpūtur: intantū etiā q̄ ignis qui eſt formaliſſimus & maxime actiuus: aliqn̄ motus a frigido, hoc modo inſtrumentaliter patitur: & non dixerunt aliq̄ cauſam efficientem vel formalem. Tertiam rationē ponit. ibi {Amplius vero ſimile} Quæ talis eſt. Dictum eſt q̄ materia generatur per potentias paſſiuarum qualitatū tanq̄ p organa ſiue inſtrumēta. Sed hoc dicere idē eſt ac ſi diceretur q̄ ſerra & vnūquodq; inſtrumentorū

Cū materia & efficiens nunq̄ incidunt in idem numero.

Aqua ē materia omnium ſm Thaletem.

G

H

Tex.cō.11.

Calidi natura ē ſegregare frigidi aūt congregare.

I ſit cauſa eorum quæ generantur. Cum ergo hoc ſit falſum: quia ſemper oportet lignum diuidi aliquo mouente: ſertã aut ſecare, & lignum coæquari aliquo homine incidente & mouente dolabram: & ſimiliter eſt in alijs inſtrumentis: falſum eſt quod materia mediantibus principijs talium qualitatum ſe moueat ad generationem. Et ideo oportet quod aliquid moueat, & dirigat qualitates elementares ad ſpecies elementorum producendas. Et hoc eſt motus cœli: vt infra patebit. Quocirca & ſi ignis: maxime aliquid faciat & moueat: tamen iſti non vident quomodo moueat: quia multo deterius mouet q̃ organum: quia ſicut dictum eſt: organum dirigitur ab artifice ad actum talem vel taliter: qui inducit formã operis artis. ſed ignis corrumpit complexiones: & K hoc eſt multo peius q̃ actio organi ordinata ab eo quod mouet organum.

Ignis multo deterius mouet q̃ organũ niſi ipſe ſit organum.

Alcyo. *Ac nos quidem iam ante in uniuerſum de cauſis orationem ſuſcepimus: & nunc pro tempore de materia ſimul: & forma præcepimus: atq; cum demonſtratum ſit impulſum æternum eſſe: neceſſe eſt rerum generationem perpetuam propagari: quando hæc ſunt: nam impulſus propterea continuam parit generationem: quod ſolem procreandarum rerum auctorem admoueat, & remoueat.*

Antiqua. *Nobis autem & uniuerſaliter prius dictum eſt de cauſis & nunc determinatum eſt de materia & forma. Amplius uero quoniam ſecundum allationem motus demonſtratum eſt: & quoniam perpetua. Neceſſe eſt his entibus & generationem eſſe continue. Allatio enim faciet generationem actualiter: quia adducit & abducit generans.* Lectio X.

Allatio facit gñationẽ actualiter.

L POSTQVAM Philoſophus determinauit de principijs generationis vniuerſaliter ſecundum opinionem ſuam: et reprobauit etiam opiniones aliorum de principio mouente. hæc ſpecialiter inquirit de ipſo & circa hoc duo facit. primo determinat de ipſo. ſecundo circa determinata mouet quaſdã q̃ones.
Tex.cõ.63. ibi. {Quoniam autem in continue.} Circa primum duo facit. primo dicit quod eſt principium mouẽs ad generationem. ſecũdo probat quoddam quod ſuppo
Tex.cõ.61. ſuerat. ibi. {Quoniam autem neceſſe.} Circa primum duo facit. primo oſtendit q̃ mouens ad generationẽ eſt motus circuli cœleſtis: ex quo etiam probat continuitate generationis & corruptionis. ſecundo oſtẽ
Tex.cõ.59. dit idem ex parte finis. ibi. {Semper vero vt dictum eſt.} Circa primum duo facit. primo dicit q̃ mouens
M ad generationem eſt motus circuli cœleſtis. ſecundo
Tex.cõ.56. oſtendit quid ſit ille motus. ibi. {Quoniam aũt ſuppoſitum} Circa primum duo facit. primo proponit. ſecundo probat. ibi. {Similiter autem manifeſtũ.} Dicit ergo primo, quod nobis volẽtibus vniuerſalem cauſam efficientem perpetue generationis manifeſtare: ſupponẽda ſunt ea quę dicta ſunt vniuerſaliter de cau
Tex.cõ.27. ſis in.2. phyſi. & ea quæ dicta ſunt de allatione qui eſt
Tex.cõ.55. motus circuli cœleſtis. Demonſtratũ eſt.n.in.8.phyſi.
&.56. q̃ ipſa allatio i. loci mutatio eſt motus ꝑpetuus. His autem ſic ſe habentibus: neceſſe eſt generationẽ continue eſſe. Materia.n. continue paſſibilis eſt. qualitates elementorum continue agunt & patiuntur adinuicẽ: hæc autem ideo facit mutatio: quia adducit & abducit generans. ſ. ſolem qui eſt cauſa omnis generationis & corruptionis. Deinde cum dicit. N

Alcyo. *Quinetiam ſimul conſtat nos admodum ſcienter antedocuiſſe: cum impulſum nõ generationem principem mutationum omnium diximus: nam multo probabilius eſt: ut id q̃d re uera eſt potius cauſa generationis eius ſit: quod minime eſt, q̃ contra. Sed quoniã id, quod impellitur eſt: & id, q̃d gignitur non eſt: ideo uel ipſe impulſus generationẽ antecedit.*

Antiqua. *Similiter autem manifeſtum: quoniam & ſi priora bene dicta ſunt: tranſmutationem primam allationem: ſed non generationem dicendum. Multũ enim rationabilius ens non entia generationis cauſam eſſe: q̃ nõ ens enti eſſe. Quod fertur quidem igitur eſt: quod generatur autem non eſt. Propter quod & allatio prior eſt generatione.*

O Probat quod dixit per duas rationes: quarum primam ponit dicẽs q̃ ſicut bene dictũ eſt in prioribus, ideſt in.8. phyſi. allatio. i. loci mutatio eſt prima omnium mutationum. Sed illud quod eſt prius eſt cauſa poſterioris. & non econuerſo. ergo. Secundam rationem ponit. ibi. {Multum.n. rationabilius.} Quæ talis eſt. multum rationabilius eſt q̃ id quod eſt ſemper & perpetuum & perfectum in eſſe ſit cauſa non entis q̃ econuerſo. Cum igitur illud quod fertur localiter ſit ens: quod autem generatur non ſit: quia ſi eſſet nõ generetur. ergo allatio eſt prius generatione: & non ecõuerſo: & per cõſequens eſt cauſa generationis: hoc autem eſt intelligendum: quia in vno & eodẽ generabili prius eſt generatio q̃ loci mutatio. Deinde cũ dicit.

Mot⁹ localis eſt prim⁹ omnium motuum. 8. Phy. t. cõ. 55.

R ónabili⁹ eſt ens non ens gñationis cã eſſe q̃ cõtra

Alcyo. *Præterea cum conſtitutum: & demonſtratum ſit res haud intermiſſo opere ortum habere, & obitu deleri: cũq; affirmemus impulſum cauſam eſſe ortus, ſtatuimus etiam fieri non poſſe: quando eiuſmodi impulſus unus eſt: ut uterq; efficiatur: quia cõtrarij ſunt: nam id, quod idem eſt: atq; ſemper eandẽ retinet naturam: ad idem ipſum efficiendũ ſuapte natura accommodatum eſt: propterea ſemper uel ortus, uel interitus fiet. Motiones autem numeroſæ & contrariæ aut impulſu: aut inæqualitate eſſe debent: quandoquidem rerum cõtrariarũ contrariæ ſubſunt cauſæ. Itaq; non princeps cõuerſio cauſa eſt ortus, & interitus: ſed quæ per obliquum agitur orbem: huic.n. unum cõtinuationis genus annectitur: et duplex cietur motio: quia neceſſe eſt, ſi rerũ ortus, et interitus perpetuus eſt futurus: perpetuũ quoq; cieri motũ: ne eiuſmodi uiciſſitudines intermittantur. Sed duæ nimirũ motiones aguntur: ne alter ſolum fiat. cõtinuati operis nullã aliam agnoſcimus cauſam, quã uniuerſi impulſum: incuruus aũt obliqui orbis habitus profectionis et reuerſionis auctor eſt: ita.n. accidit ſolẽ modo remotũ, mõ propinquũ exiſtere: atq; etiã cũ ĩteruallũ inæquale interiectũ ſit motus inæqualis agitur. Itaq; ſi aduẽtu: propinquitateq; ſua rerũ ortũ excitat: & digreſſu: longinquitateq; ſua interitum in eaſdẽ ipſas importat: atq; ſi crebro aduentu uſq; ad uigorem ætatis auget: & crebro diſceſſu uſq; ad obitum attenuat, & imminuit: rerum. n. cõtrariarum cauſæ ſubſunt contrariæ. Auctio quoq;: & diminutio: quæ naturæ præſcriptione fiunt: æquali temporis menſu circunſcribi ſolent.*

P

Q

Antiqua. *Quoniam autem ſuppoſitum & demonſtratum eſt q̃ eſt cõtinua ens rebus generatio & corruptio. Dicimus autem cauſam eſſe allationem generationis. Manifeſtum quidem*

dem

A *dem q. una ente allatione non contingit fieri ambo: quia con*
Idē ſimilr ſe hñs ſp facit idem. *traria ſunt. Idem enim & ſimiliter ſe habens ſemper idem innatum eſt facere. Quocirca generatio ſemper erit: aut corruptio. Oportet autem multos eſſe motus: & contrarios motus: aut allatione: aut inæqualitate. Contrariorum enim contraria cauſa. Ideo non prima allatio cauſa generationis eſt & corruptionis. Sed quæ circa obliquum circulum. In hac enim & continuum ineſt & moueri ſecundum duos motus. Neceſſe enim ſi erit ſemper & continua generatio & corruptio ſemper aliquid moueri ut non deficiant tranſmutationes hæ. Duo autem ut non alterum contingat ſolum. Continuitatis quidem igitur totius allatio cauſa. Præſentiæ uero & abſentiæ cauſa inclinatio. Cōtingit n. quandoq; longe fieri: quandoq; prope. Inæquali enim diſtātia ente inæqualis erit motus. Quocirca ſi in accedendo &*
Cōtrariorũ cōtraria cauſa. Allatio circa obliquū circulū eſt cauſa generationis & corruptionis.
B *in prope eſſe generat: & in recedendo & longe fieri idipſum corrumpit. Et ſi in multotiens adueniendo generat: & in multotiens recedendo corrūpit. Contrariorum enim con*
Tex.cō.57 *traria eſt cauſa. Et inæquali tempore generatio & corruptio quæ ſecundum naturam.*

Sol recedendo per ſex ſigna, corrumpit.



Sol accedendo per ſex ſigna, generat.

D Oſtendit q̄ allatio circuli cœleſtis eſt cauſa generationis & corruptionis motus circuli obliqui qui dicitur zodiacus & non motus primus mobilis. Et circa hoc duo facit. primo probat hoc per rationem. ſe-
Tex.cō.58. cundo per ea quæ ſunt ſenſui manifeſta. ibi. {Apparet autem.} Prima in duas. primo ponit rationem ſecundo infert quoddam corollarium. ibi. {Ideoq; & tempus.} Dicit ergo primo, q̄ quia ſuppoſitum eſt & de-
Tex.cō.17. terminatum ſupra in primo libro q̄ generatio eſt cōtinua & ſemper. Nos etiam dicimus q̄ motus corporis cœleſtis eſt cauſa continue generationis: cum autem generatio & corruptio ſint contraria non contingit fieri ambo ſcilicet generationē & corruptionem ſi ſit tantum vna allatio ſiue vnus motus localis. Quia idem manēs idem: & ſemper ſimiliter ſe habens ſemper natum eſt facere idem: & non contraria. Si enim

E eſſet tantum vna loci mutatio eſſet tantum generatio vel tantum corruptio. Cum ergo non ſit tantum alterum: vt patet ad ſenſum: oportet eſſe multos contrarios motus altero duorum modorum: aut allatione ſcilicet q̄ vnus ſit contrarius alteri: quod non poteſt eſſe in motu circuli. vt probatum eſt in primo de Tex.c3. cœlo. vel in æqualitate, id eſt q̄ ſit vnus & idem motus: ſed inæqualiter ſe habeat ad ipſa generabilia ſecūdum diuerſas circuli partes: qui ex vna circuli parte cauſet vnum: & ex alia parte cauſet aliud. Contrariorum enim effectuũ cuiuſmodi ſunt generatio & corruptio: oportet eſſe contrarias cauſas. Cum autem motus primi orbis qui dicitur motus diurnus ſemper vniformiter ſe habeat: ſuper circulos æque diſtantes a circulo æquinoctiali: non poteſt eſſe cauſa generationis & corruptionis. Sed motus circuli obliqui qui
F dicitur Zodiacus eſt cauſa ſufficiens vtriuſq;: propter motum acceſſionis & receſſionis ſolis in eo. In hac loci mutatione eſt continuitas generationis & corruptionis. ergo neceſſe eſt q̄ ſi generatio & corruptio debeant eſſe perpetue: q̄ aliquid ſemper & continue moueat: vt non deficiant mutationes iſtę. Deficiente enim cauſa neceſſe eſt & effectum deficere. Secundū autem duo duos oportet motus eſſe ſcilicet ſecūdum acceſſum & receſſum: vt non contingat ſolum generatio & ſolum corruptio. Cauſa ergo continuitatis eſt motus totius orbis: cauſa vero præſentię & abſentiæ eſt inclinatio: & eleuatio ipſius zodiaci: quando enim inclinatur a circulo æquinoctiali ex vna parte eleuatur ex alia: & contingit q̄ ipſum generans quandoq; eſt prope locum generationis: & quandoq; lōge: quando vero diſtantia generationis non fuerit
G æqualis: neceſſe eſt motum eſſe inæqualem. Et ideo ſicut in adueniendo & in prope eſſe generat rem: ita in recedendo & in longe eſſe corrumpit idipſum. Et ſi multotiens in adueniendo ſecundum vnam medietatem circuli generat: multotiens recedendo ſecundū aliam medietatem corrumpit. contrariorū enim contrariæ ſunt cauſæ. Conſiderandum eſt autem q̄ mo- Notabile.
tus vnius medietatis circuli non eſt contrarius motui alterius medietatis per ſe: ſed ſecundum reſpectum radij ad locum generationis: quia cum recedit, reſpicit obliquiori modo: & tunc dominatur frigus mortificans. Ratione ergo modi dicitur eſſe in obliquo circulo contrarietas motus: vel ratione acceſſus & receſſus. Ex hoc autem concludit q̄ tempus generationis eſt æquale tempori corruptionis: & econuerſo.
H Quia ſol accedendo per ſex ſigna generat & per ſex ſigna deſcendendo corrumpit. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Quocirca animalium omnium uita: temporaq; numeris cluduntur: atq; hiſce numeris ſingula illorum genera diſtinguntur. omnia enim ſuo ſtant ordine: rataq; diſpoſitione nituntur. Quinetiam uniuerſum tempus: & uitam ſuus metitur ambitus, & traiectio: ſed non eadem traiectio omne tempus: quoniam aliud maior, aliud minor circunſcribit. nam traiectio menſi ipſa ſuo alia annuo duntaxat tempore: alia longiore: alia breuiore comprehenditur.*

Antiqua. Oē tempus & vita mēſurātur periodo. *Ideoq; & tempus & uita uniuſcuiuſq; habet numerum: & hoc modo determinantur. Omnium enim eſt ordo. Et omne tempus & uita menſuratur periodo. Sed tamen non eadem omnes: ſed hi quidem minori: hi autem maiori. His*

I *quidem enim annus: his autem maior: alijs autem minor periodus eſt menſura.*

Concludit quoddam corollarium dicens, ꝙ quia generatio & corruptio inferiorum cauſatur a ſuperiori motu circuli obliqui. ideo omne tempus quod eſt in re tēporali: & omnis vita vniuſcuiuſq; viui habet numerum determinatum ex circulo cœleſti. Ex

Omniū ē ordo quo inferiora a ſupioribus dependeant.

ipſo enim conſideratur quantum ſe excedit virtus generātis: ſicut patet ex ſcientia aſtronomica. Omnium enim inferiorum rerū ordo dependet ex ordine ſuperiorum: & omne tempus: & omnis vita periodo mēſuratur. Eſt autem periodus modulatio. circuli dicta a pi, quod eſt circum, & odos modulatio: ſed tamen nō omnia menſurantur eadem periodo: ſed quędam habent maiorem: & quidam minorem. Quorundam

Periodus quid.

K enim periodus eſt vnus annus. ſunt enim quædam animalia quæ non viuunt: niſi per annum. Quorundam vero minor & quorundam maior: ſecundum ꝙ magis vel minus ſunt ſuſceptibilia & receptilia virtutis ſibi influſę a cœleſti corpore. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Verum quæ rationibus noſtris plana facta ſunt: eadem ipſa ſenſus etiam fide comprobari queunt. uidemus enim aduentante ſole generationem excitari: eodemq; recedente interitum inuehi: ac utrunq; pari temporis circunſcriptione agi: nam obitus, & ortus naturales æqualibus temporis momentis continentur. Sed tamen plerunq; uſu uenit: ut animalia propter mutuam elementorum concretionem breuiore occidant tempore: cū enim materia inæqualis, & non ubiq;*

L *eadem ſubſternatur: neceſſe eſt ortus etiam rerum inæquales eſſe: atq; alios maturius: alios tardius effici: propterea ex huiuſmodi generatione interitus alijs importatur.*

Antiqua. Tex.cō.58. *Apparent autem & ſecundum ſenſum cōfeſſa his quæ a nobis dicta ſunt. Videmus enim ꝙ aduenienti quidem ſole generatio eſt: recedente autem diminutio: & inæquali tempore alterutrum. Aequale enim tempus generationis & corruptionis: quæ ſecundum naturam. Sed cōtingit multotiens in minori corrumpi propter adinuicem confuſionem. Inæquali enim ente materia: & non ubiq; eadem: neceſſe & generationes inæquales eſſe: has quidem citiores: has autē tardiores. Quocirca accidit propter horum generationem alijs generari corruptionem.*

Equale tempus generationis & corruptiōis quę ſm naturam

Oſtendit idem ad ſenſum dicēs ꝙ ea quę dicta ſunt vera apparent etiā ad ſenſum. Videmus enim ad oculum ꝙ ſole adueniente ad punctum arietis: quando directe locum noſtrum tangit: incipit eſſe generatio terræ naſcentibus. Recedente aūt ſole a principio librę,

M incipit rerum diminutio & corruptio. Et vtrūq; fit in æquali tempore: quia tm̄ eſt tēpus generationis ſm naturam: quantum eſt tempus corruptionis. Quia tā tus eſt aſcenſus ſolis: quātus eſt deſcenſus: vt dictū eſt. Si aūt contingat aliqn̄ corrumpi aliquā rem in minori tēpore: hoc eſt anteꝗ vis generationis cœleſtis ſm rationem periodi recedat: hoc eſt per accidens. Quia ꝓpter confuſionem adinuicē i. propter confuſionē quatuor elemētorū: quę ſunt materia cuiuslibet generati: vt ſupra oſtenſum eſt. Vel propter cōfuſionem ſolis: cū alijs planetis contrariū effectū habentibus. Prima tn̄ expoſitio magis eſt ſm literam: quia. ſ. materia inæqualiter ſe habet: & non receptibilis virtutis cœleſtis: & non eodem modo ſe habet in periodo: neceſſe

Cur viole & hmōi velociu. corrumpantur.

Tex.cō.49

eſt generationes & corruptiones inæquales eſſe: &

N ideo erunt quædam citiores & quædam tardiores. & idcirco accidit propter generationem alijs generari corruptionem. & ecōuerſo: quia corruptio vnius eſt generatio alterius: & econuerſo. Ad euidentiam autē eorum quæ hic dicuntur duo ſunt conſideranda. primum eſt quid appellet Philoſophus generans. ſecundum eſt quid faciat periodum. Circa primū notādum eſt ꝙ cum ſuperiora agant in iſta inferiora per motū & lucē: vt habetur in primo metheo. illi maxime attribuenda eſt virtus generādi quod maxime lucet: & quod lucem ſuā omnibus tribuens: ipſam a nullo participat. Huiuſmodi autem eſt ſol. Vnde ibidē dicitur, ꝙ licet per motum ſtellarū cauſetur calor: maxime tn̄ per motum illius ſphęre cui ſol exiſtit infixus: quia ſicut dicitur in primo metheo. ad cauſandum calorē in iſtis inferioribus duo requiruntur. ſ. ꝓpinquitas & velocitas mobilis: quæ duo ſufficienter ſunt in ſole. In cęteris vero ſtellis deficit alterū: quia in his quæ ſunt ſupra ſolem licet ſit ſufficiens velocitas: deficit tn̄ propinquitas. In his vero quæ ſunt infra ſolē licet ſit propinquitas deficit ſufficiens velocitas. Veruntamen nō ſolum ſol eſt cauſa: ſed etiam alij planete generationis: niſi forte pro tanto dicatur; quia ſolus ſol lucens lumine ꝓprio omnes alios planetas illuminat ſicut maxime apparet in luna. Recipitur tamen lux eius diuerſimode in diuerſis: & non omnino ſm eādem virtutē quę eſt in ſole: quia vnūquodq; quod eſt in alio eſt in eo per modum recipientis & non omnino per modū recepti. Circa vero ſecundum ſciendū eſt ꝙ non ſolū acceſſus vel receſſus periodum facit: quia aliter in hieme nullū animal naſceretur: ſed potius quodlibet moreretur: & nullius vita deberet extendi vltra annum: quod eſt manifeſte falſum. Sed periodum facit relatio aſcendentis ſigni ſuper orizontem: ad oīa ſigna circuli cum ſuis ſtellis & planetis in hora generationis rei inferioris: quæ cauſatur a circulo cœleſti. Hoc. n. modo menſura quorundā eſt annus: & quorundam plus vel minus ſm effectus ſignorum & fortitudines ſtellarum: quæ ſitę ſunt in ſignis. Et hoc modo verum eſt ꝙ æquale eſt tempus generationis & corruptionis. Quia a primo ſigno aſcendente in hora rei, cōputatur profectus rei vſq; ad ſeptimū ſignū eiuſdē circuli: & a ſigno ſexto vſq; in primum cōputatur defectus. Et ideo in aſtrologia, ſeptimum ſignū vocatur domus mortis & aſcendens vocatur domus vitæ. Et ideo generatio rei vocatur profectus uſq; ad ſtatū: poſt ſtatū vſq; ad declinationem: & a declinatione vſq; ad mortē vocatur periodus corruptionis: quia æqualia ſunt ſm naturam: quia a primo vſq; ad ſeptimū tātum eſt quantū eſt a ſeptimo vſq; ad primū per aliā & aliā partē circuli menſurando: & ideo ſi periodus profectus hominis ſunt. 35. vel. 40. anni: vt dictum eſt a medicis periodus defectus tantūdem erit. Ita ꝙ ætas hominis erit 70. aut. 80. annorum. Poteſt tamen hoc impediri per accidens; vt per cibum malum vel per mortē uiolentam vel alio quocunq; modo. Et hoc vocat Ariſto. materiæ inæqualitatem: quia ſcilicet per accidentia multa aliter diſpoſita ꝙ moueatur a circulo. Et ideo diuerſimode moriuntur homines citius & tardius ꝙ per naturam mortales ſint. ſimiliter & alia animalia. & hoc modo ætates ſunt omnium rerum: quia planete in circulo periodali poſiti: quādo ſunt fortiores dāt

Notabilia.

Quid pro generans intelligatur.

Tex.cō.1.

Sol ē generās

Tex.cō.1.

O

Et alii planete.

Quid faciat periodum.

P

Diuerſorum diuerſę menſurę.

7. ſignum dr̄ domꝰ mortis

Q

Diuerſi ſtatꝰ vitę.

Hois ętas.

Impedimentū piods per accidens. Accedit ad textum.

plures

A Corollari.13. plures annos vitæ: & quando ſunt debeliores dant pauciores. Hoc etiam modo innoteſcit ꝙ qui ſciret uirtutes ſignorum & ſtellarum in eis poſitarum: dum naſcitur res aliqua, cognoſceret quantum eſt de influẽtia cœleſti: & poſſet pronoſticari de tota vita rei generate: licet hoc neceſſitatem non poneret: vt dictum eſt: quia poteſt impediri per accidẽs. Deinde cũ dicit.

Alcyo. *Enimuero generatio, & interitus: ut ſupra docuimus: contento ſemper opere efficientur: & propter cauſam, quam ante reddidimus: nunquam intermittentur. Atq; id optima ratione accidit. cum enim affirmemus naturam omnibus in rebus ſemper id, quod melius ſit expetere: meliuſq; ſit eſſe quam non eſſe (quot modis hoc dicatur alio loco explicatum eſt) id autem in omnibus ineſſe nequit: quoniam longe ab ipſo principio abſunt: idcirco Deus modo deficienti conſulens uniuerſum compleuit: cum generationem inſtituiſſet continuam: hoc enim modo ſtatus rerum potiſsimum connexus erit: quandoquidem perpetua generatio ſubſtantiam proxime accedit: cuius rei cauſa, ut ſæpe etiam diximus: ipſa plane conuerſio eſt: quæ quidem ſola prouehitur continua. Itaque alia etiam, quæcunque per affectiones, uel perpeſsiones potius: & facultates in uiciſsitudines incidunt: ut ſimplicia corpora: rotundam imitantur agitationem: cum enim ex aqua oritur aer: & ex aere ignis: & rurſum ex igni aqua, generationem in orbem uolui aſſerimus: quia in ſe recurrit. Itaq; directus etiam impulſus conuerſionem imitatus: perpetuus intenditur.*

B

Antiqua. C *Semper uero ut dictum eſt continua erit generatio & corruptio: nunquam deficiet propter quam diximus cauſam. Hoc autem rationabiliter contingit. Quoniam enim in omnibus inquimus. Quod melius deſiderare naturam ſemper. Melius autem eſt eſſe ꝙ non eſſe. Eſſe autem quot modis dicimus in alijs dictũ eſt. Hoc autem in omnibus impoſſibile exiſtere propter longe a principio diſtare reliquo modo compleuit eſſe Deus faciens cõtinuam generationem. Ita enim maxime continuabitur eſſe: quia proxime eſt ſubſtantiæ fieri ſemper per generationem. Huius autem cauſa ut dictum eſt multotiens in circuitu allatio: ſola enim continua. Ideo & alia quæcunq; tranſmutantur adinuicem ſecundum paſsiones & potentias. uerbi gratia ſimplicia corpora imitantur in circuitu allationem. Quoniam enim ex aqua aer generatur: & ex aere ignis & rurſus ex igne aqua in circuitu dicimus circuire generationem: quia rurſus reuertitur. Quocirca & recta allatio aſſequens eam quæ in circuitu continua eſt.*

Tex.cõ.59. Nĩ ſp deſiderar quod me. lĩ eſt, melius eſt aũt eſſe ꝙ non eſſe.

D

D: fine. Ponit continuitatem generationis: ex parte finis: & hoc primo. ſecundo ex determinatis ſoluit quandã quæſtionem antiquorum. ibi. {Simul autem manifeſtum} Dicit ergo primo, ꝙ generatio & corruptio ſemper erunt: vt dictum eſt ſolum per continuum motum qui eſt cauſa efficiens continuitatis eius: vt diximus. Sed hæc rationabiliter contingit etiam ratione finis. Natura enim ſemper deſiderat quod melius eſt: melius autem eſſe eſt ꝙ non eſſe. Cum ergo naturale deſiderium non poſſit eſſe fruſtra: oportet quod res naturales habeant ſemper eſſe. Hoc autem eſt eſſe diuinum. Et quia impoſſibile eſt exiſtere in omnibus: quia quædam ſunt quæ longe diſtant a primo principio: ſicut ſunt res materiales generabiles & corruptibiles: & iſta ſunt quæ modicum participant de eſſe diuino: & ideo alio modo compleuit Deus materiæ deſiderium perpendendo ſcilicet eius eſſe per continuam generationem. Hoc enim modo contribuitur eſſe: quia ſcilicet contingit ſemper fieri generationem proximæ ſubſtantiæ ſcilicet ſemper contingit generari ſubſtantiam eiuſdem ſpeciei cum generante. Non enim generans generat ſibi idem numero: ſed idem ſpecie: vt infra dicetur. Sic igitur continua eſt generatio ratione finis. Quæ autem ſit cauſa efficiens dictum eſt multotiens: quia motus circularis cœleſtis corporis. Iſte enim eſt ſolus continuus & perpetuus: ut probatum eſt in. 8. phyſi. Ideo autem alia quæ adinuicem tranſmutantur per paſſiones & potentias ſuas: cuiuſmodi ſunt ſimplicia corpora quatuor elementorum: ſequuntur quodammodo circularem motum: dum adinuicem circulariter tranſmutantur. Quando enim ex aqua generatur aer: & ex aere ignis: & iterum ex igne aqua: tunc dicimus ꝙ ſit generatio circularis: & ideo recta allatio, id eſt motus rectus qui eſt in elementis: conſequens eam quæ eſt in circuitu, eſt continua. Quia ſole recedente, conuertuntur elementa ſuperiora in inferiora. Accedente vero conuertuntur inferiora in ſuperiora: & ſic faciunt circuitum perpetuum ſecundum naturã. Deinde cum dicit.

Eſſe eſt diuinale eſt naturalium ſinis.

E

Tex cõ.70.

Tex.cõ.73. Elñe: i generatione imitant circularem motum

F

Alcyo. *Atque his ſimul id planum eſt factum: quod nonnullis ambiguum erat: cur corpora iam diuulſa non ſint: cum illorum quodcunq; per infinitum tempus ad ſedem contenderit ſuam. Huiuſce quidem rei cauſa eſt illorum uiciſsitudo: nam ſi ſuis in locis ſingula ſe continerent: & a proximis non mutarentur, diſtracta iam eſſent. Itaq; mutantur quoniam duplex impulſus genus eſt: nullumq; eorum propter eiuſmodi mutationem præſcripta in ſeſe continere ſe poteſt. Ex his, quæ præcepimus: conſtat ortum atque interitum rerum eſſe: & quam ob cauſam: tum quid genitum, & mortale ſit.*

G

Antiqua. Tex.cõ.60. *Simul autem manifeſtum ex his: ꝙ quidam quærunt quare unoquoq; corporum in propriam allato regionem in infinito tempore non diſtant corpora. Cauſa enim huius eſt quæ adinuicem tranſitio. Si enim unumquodq; maneret in ſua ipſius regione: & non tranſmutaretur ab eo quod prope iam utiq; deſtitiſſent. Tranſmutantur quidem igitur propter allationem duplicem entem. Quia tranſmutant aũt non contingit manere ullum eorum in aliqua regione ordinatum. Quod quidem igitur eſt generatio & corruptio: & propter quam cauſam: & quid generabile & corruptibile: manifeſtum ex his quæ dicta ſunt.*

H

Solo pulchri dubii. Ex determinatis ſoluit quandam quæſtionem. Dicens ꝙ his determinatis ſimul manifeſtum eſt quod quidam quærunt ſcilicet quare elementa iam infinito tempore tranſacto non diſtant abinuicem ſeparata & ordinata in proprijs locis: cum vnũquodq; moueatur ad ſuam regionem. Cauſa enim huius eſt mutua tranſmutatio eorum: quia vnumquodq; mutatur in quodlibet: vt ſupra oſtenſum eſt. Si enim vnumquodque maneret in ſua propria regione: & non tranſmutaretur ab alio elemento quod eſt iuxta ipſum: iam

Tex.cõ 24

I dlu deſtitiſſent tranſmutationes abinuicem: vel etiam defeciſſent actiones & paſſiones. Sed ſicut dictum eſt: tranſmutantur adinuicem ſecundum generationē & corruptionē: propter motum continuum obliqui circuli qui diuerſificatur nobis per acceſſum & receſſum. Quia autem ſic adinuicem tranſmutantur: nullū eorum manet ordinate in ſuo loco: ſed quantum vnū accipit de natura propinqui: tantum etiam accipit de loco eius, & permiſcetur ei. Vnde terra & aqua vaporantia tendunt ad locum aeris & permiſcentur cū eo. Et ſimiliter quando ignis & aer frigore inſpiſſantur; vadunt ad locum terræ & aquæ: & permiſcentur cum eis. Et ideo elementa non ſunt vbiq; pura: ſed in partibus in quibus ſe cōtingunt ſunt permixta. Quod autem dictum eſt de trāſmutatione elementorum intelligendum ſecundum partem et non totum: aliter .n. deſtrueretur mundus. Vltimo epilogat quæ dicta ſunt: & eſt planum in litera. Deinde cum dicit.

Elēta nō ſūt vbiq; pura.

K

Notabile.

Alcyo.

Cum ſit neceſſe motorem quempiam præeſſe: ſi motio eo modo cietur: quo alia tradidimus institutione: & ſi hec perpetua eſt: motorem quoq; perpetuum eſſe oportet: & ſi continuus producitur: idem unus a motione, ab ortu: ab alteratione alienus eſt: ſin conuerſiones plures agantur: cauſe etiam mouentes plures omnino enumerari poterunt: quæ tamen omnes quodam modo ſub principio condantur neceſſe eſt. Cum uero tempus continuum ſit: neceſſe quoq; eſt motionem continuari: ſiquidem tempus abſq; motu eſſe nequit: & ob eam rem tempus continue rei numerus eſt: ad cōuerſionē igitur refertur: ut in primis expoſuimus libris.

L

Antiqua. Tex.cō.61.

Quoniam autem neceſſe eſt eſſe aliquid mouens ſi motus erit ut dictum eſt prius in alijs. Et ſi ſemper ꝙ oportet aliquid eſſe ſemper. Et ſi continue unum: & idem: & in mobili: & in alteratione: & ingenerabile. Et ſi multi qui in circuitu motus multa quidem: omnia autem æqualiter eſſe hoc neceſſe ſub uno principio. Continuo autem ente tempore neceſſe motum eſſe continuum: impoßibile tempus ſine motu eſſe. Continui igitur alicuius tempus numerus. Eius quidem qui in circuitu ergo quemadmodum in his que a principio determinatum eſt.

Motus continuitas.

Probat quoddam quod ſuppoſuerat: dixerat enim ſupra quod continuitas generationis eſt ex continuitate motus. Sed quia in iſto libro non probauerat motum eſſe continuum & ſempiternum. ideo primo oſtendit continuitatem ſecundo dicit vnde talis motus continuitatem habeat ibi. (Continuus autem motus) Dicit ergo primo ꝙ ſicut dictum eſt in .8. phyſi. & in 12. meta. ꝙ ſi eſt motus: oportet ꝙ ſit mouens: & ſi ſemꝑ eſt motus: oportet ſemper eſſe mouēs. Et ſi ſemꝑ & continue mouens mouet ꝙ ſit vnum tamen immobile ſecundum locum & inalterabile: & ingenerabile. Dictum eſt autē ꝙ ſi ſint multi circulares motus: oportet eſſe multos motores: ita tamen ꝙ omnes ſint æqualiter ordinati ſub vno vniuerſitatis principio: quod mouet primum motum: ſicut demonſtratum eſt in .12. primæ philoſophiæ. Quod autem motus ſit continuus: probatur ex tempore, quod eſt ſecundum naturam continuum: & non deficiens. Impoſſibile enim eſt ꝙ tempus ſit ſine motu: ſicut impoſſibile eſt ꝙ paſſio ſit ſine proprio ſubiecto. Eſt enim tempus numerus alicuius continui motus. eſt ergo numerus motus circularis: quia ſicut determinatum eſt in his quę in principio diximus, id eſt in .8. phyſi. nullus motus poteſt eſſe continuus & perpetuus: niſi ſolus circularis. Deinde cum dicit.

M

Tex.cō.43

Tex.cō.43

Impoſſibile ē tēp eſſe ſine motu.

N

Tex.cō.73.

Alcyo.

At utrum motus continuatur, quod mobile continuetur: an quod id, in quo motus cietur, tale ſit? locum inquam: aut affectionem.

Antiqua. Tex.cō.62.

Continuus autem motus utrum quia quod mouetur continuum eſt: aut in quo mouetur uelut locum: dico autem paßionem.

Inquirit vnde motus habeat continuitatem. Et circa hoc duo facit. primo mouet quæſtionem. ſecundo ſoluit. ibi. (Manifeſtum itaq;.) Quærit ergo cum motus ſit continuus: habet ne continuitatem propter hoc ꝙ mobile ſit continuum: vel propter locum in quo eſt motus: vel propter paſſionem ad quam eſt motus. Deinde cum dicit.

O

Alcyo.

Sed conſtat motum perpetuari ex mobilis perpetuitate: nam qui affectio perpetuabitur, niſi res: in qua contrahitur, perpetuetur? Quod ſi id quoq; continuum eſt, in quo motus agitur: tantum locus talis erit: quia in magnitudinem ampliatur. Sed quandam huiuſce magnitudinis corpus rotundum tantummodo continuum eſt: propterea illud ſibijpſi ſemper continuum eſt: atq; corpus, quod in orbem uerſatur eſt id, quod cōtinuum reddit motū: hic ipſum tēpus.

Antiqua.

P

Manifeſtum utiq; quia in eo quidem ꝙ id quod mouetur. Quomodo enim paßio continua eſt: niſi quia res cui accidit continua eſt. Si autem & hoc eo ꝙ in quo ſolo loco exiſtit. Magnitudinem enim aliquam habet. Huius autem ꝙ circulo ſolum continuum. Quocirca idem ſibijpſi ſemper continuum. Hoc igitur eſt quod facit continuum motum ꝙ in circuitu corpus fertur. Motus autem tempus.

Mot⁹ cœli eſt cōtinu⁹: quia mobile ē cōtinuum.

Reſpondet dicens manifeſtum eſſe ꝙ motus cœleſtis eſt continuus: quia id quod mouetur eſt continuum: & non quia locus in quo eſt motus: quia primus orbis non eſt in loco per ſe: nec eſt motus continuus ab eo: & ideo non eſt continuus ab eo loco in quo mouet. Motus enim in genere, non habet continuitatem ab eo in quo mouetur: quia aliquando eſt motus in paſſione: quæ non eſt continua: niſi per accidens: quia id cui accidit eſt continuū. Si autem aliquis motus ſit continuus ab eo in quo mouet: hoc habebit ſolus motus localis: quia locus habet quandam magnitudinem & continuitatem. Sed nec omnis motus localis: ſed ſolus circularis: quia quod mouetur circulariter eſt idem ſemper & ſeipſo continuum: & ideo facit motum ſempiternum & continuum: motus ſempiternus facit tempus ſempiternum.

Q

Alcyo.

Sed quoniam in ijs, quæ uel per generationem, uel per alterationem, uel per quancunq; aliam mutationem continuum obtinent motum: uidemus ordine aliquid deinceps eſſe: & ita aliud poſt aliud confici: ut nulla intermißio fiat: æſtimandum eſt: utrum ſit aliquid quod neceſſario erit, an nihil: ſed euenire poßit ut nullus rerum ortus ſit.

Antiqua. Tex.cō.63.

Quoniam autem in continue motis ſecundum generationem aut alterationem: aut uniuerſaliter tranſmutationem

nem

A *nem huiuſmodi uidemus q; ens & generatum hoc poſt hoc ut non deficiat. Videndum eſt utrum eſt aliquid quod erit ex neceſsitate: aut nihil: ſed omnia contingit non fieri.*

Lectio. XI.

POSTQVAM Philoſophus determinauit de principijs generationis & corruptionis: & continuitatis eius. In parte iſta mouet quæſtionem quandam quæ poteſt oriri ex prædictis. Cum enim dictum ſit φ motus circularis ſit cauſa generationis & corruptionis & perpetuitatis ſiue continuitatis earum: & oſtenſum ſit φ iſte motus, ſit ex neceſſitate continuus & ſempiternus: non eſt oſtenſum φ effectus eius debeat eſſe neceſſarius. Et ideo hic quærit Philoſophus: vtrum omnia quæ generantur ex neceſſitate generentur. Et circa hoc duo facit. primo mouet quæſtionẽ. B Secundo oſtendit quomodo ſit generatio infinita ibi.

Tex.cõ.68 {Siquidem enim in infinitum} Circa primum duo facit. Primo mouet quæſtionem: & breuiter ſoluit.

Tex.cõ.65. Secundo repetit vt eam melius declaret. ibi. {Vtrum igitur omnia talia.} Circa primum duo facit. Primo mouet quæſtionem. Secundo ſoluit. ibi. {Quoniam

An aliquid ex neceſſitate generetur. enim quidem.} Dicit ergo primo φ quia nos videmus in omnibus continue motis, ſiue ſecundum generationem: ſiue ſecundum alterationem: ſiue vniuerſaliter ſecundum omnem tranſmutationem moueantur: φ poſt tranſmutationem eſt ens: & videmus φ vnum generatur poſt aliud & non deficit. videndum eſt vtrum aliquid ex neceſſitate generetur: vel incidentaliter: ſed omnia contingit eſſe generata: & non generata. Deinde cum dicit.

Alcyo. C *Cum præſertim conſtet quaſdam taleis eſſe: atq; id quod ſtatim erit: & id quod futurum eſt: propterea ſunt diuerſa. nam id quod re uera dicitur eſſe confirmandum eſt: aliquando re uera eſſe, ut ſit. In eo autem quod modo certum aſſerimus futurum eſſe, nihil impedit: quin fiat. Etenim qui iam iam ambulaturus eſt, facile non ambulabit.*

Antiqua. Tex.cõ.64 *Quoniam enim quidem quædam manifeſtum & quia mox erunt & futurum aliud propter hoc. Quod quidem enim uerum eſt dicere: quia erit oportet hoc eſſe quandoq; uerum: quia eſt Quod autem nunc uerum dicere: quia futurum eſt: nihil prohibet non fieri. Futurus enim incedere quis non incedet.*

Futurus incedere quis nõ incedet.

Ponit ſolutionem: & primo ponit eam. Secundo probat. ibi. {Vniuerſaliter autem quoniam continget} D Dicit ergo primo φ manifeſtum eſt in quibuſdam: quod mox vt erunt: quædam alia generantur ex neceſſitate: et propter illa ſint. Vt ſi terra madeſcit, neceſſe eſt terram vaporare, & ex vapore nubem generari, & ex nube pluuiam, & ex pluuia terram made fieri, & ex illa neceſſe eſt iterum exire in vaporem: & ſic in infinitum. Cum enim de aliqua re in ſua cauſa efficiente, & materiali determinata: verum eſt dicere nunc quoniam erit: & oportet illam aliquando exiſtere: ſicut patet in prædictis exemplis. Aliquid tamen futurum eſſe non habens cauſam determinatam: nihil prohibet contingere non eſſe. verbi gratia verum eſt nũc dicere de aliquo quod ipſe eſt futurus incedere: poteſt tamen impediri propoſitum eius: & ita non incedet. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Ad ſummam cum eueniat, ut ipſarum rerum, nonnulle tum eſſe: tum nõ eſſe poſsint, patet: quæ gignuntur ita etiam ſe habere: idq; nulla neceſsitate.* E

Antiqua. Tex.cõ.65. *Vniuerſaliter autem quoniã continget quædam entium eſſe: & non eſſe: manifeſtum quoniam & quæ generantur ita habebunt: & non ex neceſsitate hic erunt.*

ſupra tex.cõ 5t. poſt medium. Probat prædictam ſolutionẽ: & eſt ratio ſua talis. Sicut eſt in entis diuiſione: ita vniuerſaliter eſt in generatione: ſed in entibus ita eſt quod quædam ſunt cõtingentia eſſe & non eſſe: & quædam non contingunt non eſſe: ſed ſunt ex neceſſitate: ergo ita eſt in generatione: quia quædam ex neceſſitate generabuntur: & quædam contingit generari. Deinde cum dicit.

Alcyo. F *Quamobrem heſitandum uidetur utrum omnia eiuſmodi ſint, necne: ſed quædam neceſſe ſit ſimpliciter gigni. Et ut in rerum ſtatu in quibuſdam fieri non poteſt, quin illæ ſint, in quibuſdam fieri poteſt: ita de generatione ſtatuendum ſit; exempli gratia: neceſſe eſt ſolſtitia conſequi: certe fieri non poteſt, quin illa reuocentur & conſequantur. Sed num quicquam ſi præpoſitum ſit: neceſſario & id quod ſubſequi debebat, erit: ut domus & fundamenta: & ſi hæc iacta ſunt: lutum reſtagnauerit? tum ſi fundamenta poſita ſint ædes neceſſario ædificatæ ſint.*

Antiqua. Tex.cõ.66. *Vtrum igitur omnia talia: aut non: ſed quædam neceſſe ſimpliciter fieri. Et eſt quẽadmodũ cõtingit ineſſe. Hoc quidẽ impoſsibile non eſſe. hoc autẽ poſsibile: ita & circa generationẽ. Verbi gratia. conuerſiones igitur neceſſe fieri: &*

Tex.cõ.67. G *non poſsibile eſt non contingere. Sic igitur quod prius neceſſe eſt fieri: ſi quod poſterius erit. uerbi gratia ſi domus & fundamentũ: ſi uero hoc lutũ prius: ergo ſi fundamentũ factũ eſt neceſſe & domũ fieri.*

Repetit prędictam quæſtionem vt melius eam declaret: & circa hoc duo facit. Et primo ponit eam. Secundo ſoluit eam. ibi. {Aut non adhuc.} Quærit ergo primo: vtrum omnia quæ generantur ſint talia quod ex neceſſitate generentur: aut non ſunt talia omnia: ſed aliqua contingenter: vel quædam neceſſario: ita ſcilicet quod ſit ſicut in rebus, quod quædam ſunt contingentia & poſſibilia non eſſe: & quædam neceſſe eſt ſimpliciter eſſe, quæ impoſſibile eſt non eſſe. An ita eſt circa generationem: quod quędam neceſſario generentur, quibuſdam generatis: & quædam non poſſibile generari non generatis illis. verbi gratia ſi eſt neceſſe fieri conuerſiones, id eſt cum videamus quod vniuerſaliter generato poſteriori, neceſſe ſit generatum prius eſſe: an neceſſe ſit econuerſo ſcilicet generato priore neceſſe ſit generari poſterius. H verbi gratia nos videmus quod ſi domus eſt generata: neceſſe eſt fundamentum eſſe generatum: & ſi fundamentum eſt, neceſſe eſt prius: & ita fuerit generatum fuiſſe lutum. Quæramus ergo vtrum conuertatur: quod ſi fundamentum eſt generatum: quod etiam domus ſit generata vel non conuertitur. Deinde cum dicit

Alcyo. *An hoc euenire nequit? niſi illas quoq; ſuperſtructas fuiſſe ſimpliciter neceſſe ſit. Quod ſi hoc neceſſe eſt: ſubditis fundamentis domum ſuperſtructam fuiſſe neceſſum erit: ſic enim prius ad poſterius comparatum eſt. Propterea ſi hoc*

I *conſequetur: neceſſe eſt illud antegreſſum eſſe: atq; ſi neceſſario poſterius euenirt: & prius anteceßiſſe neceſſum eſt: & contra: ſed non antecedentis opera: immo quia conſequens ex neceßitate conſtitutum eſt. Quamobrem illa reciprocantur: in quibus neceſſario poſterius conſequitur: atq; antecedens ſemper conſecutio excipit.*

Antiqua. *Aut non adhuc ſi non: & illud neceſſe generari: aut non neceſſe eſt eſſe adhuc. Si autem & id neceße generari ſimpliciter. Si eſſet hoc & fundamento generato neceße generari domum. Sic enim fuit quod prius habens ſe ad poſterius. Quare ſi illud erit: neceße illud prius generari. Si igitur neceße generari & qđ poſtea: et qđ prius neceſſe. Et ſi quod prius & quod poſterius igitur eſt neceſſe. Sed hoc non eſt propter iſtud: ſed quoniam ſubiectum eſt ex neceßitate*
K *futurum. In quibus igitur quod poſtea neceſſe eſt eſſe: in his conuertitur: & ſemper priori generato neceſſe generari quod poſtea.*

Soluit propoſitam quæſtionem dicens: ꝙ non eſt neceſſe conuerſionē fieri: ita ꝙ vno generato generetur aliud: & econuerſo ex neceſſitate: niſi generato priori ſimpliciter neceſſe ſit generari poſterius. Si autem ita fuerit in domo & fundamento ꝙ ſcilicet generata domo neceſſe ſit neceſſitate abſoluta generari fundamentum: tunc etiam neceſſe eſt fundamento generato generari domum. Sic enim oſtenſum eſt ſupra ꝙ prius hoc modo ſe habet ad poſterius ſcilicet ꝙ vno generato generatur aliud: & econuerſo: quia ſi poſterius eſt generatum neceſſe eſt generari prius:
L & econuerſo: & ſi poſterius neceſſario generatur neceſſe eſt generari prius: & conuertitur: quia ſi illud quod eſt prius generatum: puta fundamentum: neceſſe eſt generari quod eſt poſterius puta domum. Sed ſi vere loquamur, non propter illud quod domus ſit cauſa generationis fundamenti: ſed quoniam ſubiectum ſit ex neceſſitate futurum: fuit neceſſitas ſuppoſitionis ex hypoteſi: quia poſito toto neceſſe fuit ſupponi & partem: & ideo non conuertitur. Conuertitur autem in omnibus in quibus poſterius generatur a priori: ſicut ex tota cauſa materiali tota manente: quodam continue accedente & recedente: quia in talibus: priori ſemper generato: neceſſario generatur

Reſolutio q̄ōnis. poſterius: & econuerſo. Eſt ergo ſumma ſolutionis in hoc ꝙ quando termini generationis ita ſe habent ꝙ

Q̄ñ vno generato neceſſario ſequitur aliud. vterq; ſit tota materia alterius: & econuerſo: ſicut eſt in exemplis terræ complutę vaporis: nubis: & pluuiæ: & ſimiliter in generatione elementorum ſub circulo decliui: tunc neceſſe eſt ꝙ vno generato genere-
M tur aliud: & econuerſo. Et hoc ideo quia vtrunq; eſt

Q̄ñ ñ neceſſario unū ſequitur aliud. prius & poſterius reſpectu alterius. Quando vero vnum non eſt tota materia alterius: ſicut fundamentum non eſt tota materia domus: tunc non eſt neceſſe quod priori generato generetur poſterius: ſicut fundamento generato non eſt neceſſe generari domum: domo tamen generata neceſſe eſt generari fundamentum: non quidem neceſſitate abſoluta: ſed ex ſuppoſitione: dato ſcilicet quod fundamentum ſit pars domus: quia poſito toto neceſſe eſt poni partem.

Alcyo. *Et certe ſi in immenſum quę conſequuntur procedunt: nihil neceßitatis interueniet: ut id quod conſequitur aut ſimpliciter: aut ex conſtitutione obeatur.*

Siquidem enim in finitum tendit & ad inferius: non erit N
neceſſe eorum quæ poſtea: hæc generari ſimpliciter: ſed ne- Antiqua.
que ex ſuppoſitione. Lectio. XII. Tex.cō 68.

IN ISTO LOCO Philoſophus oſtendit ex prædictis quomodo generatio ſit infinita: quia ſcilicet in circuitu: & non ſecundum rectum. Et primo hoc facit. Secundo mouet quaſdam quæſtiones. ibi. {Quare ergo hæc quidem.} Circa primum duo facit. Primo probat quod generatio ſit infinita non ſecūdum rectum ſed in circuitu. primo per diuiſionem. ſecundo per cauſam. ibi. {Et aliter apparuit.} Circa primum duo facit. Primo probat quod generatio non poteſt eſſe infinita ſecundum rectum. Secundo recolligit rationem & ordinat eam. ibi. {Neceſſe autem.} Circa primum intendit Philoſophus talem rationem. Si generatio eſt ſecundum rectum non erit ex neceſſitate & ſemper: ſed generatio eſt ex neceſſitate: vt oſtenſum eſt. ergo non eſt ſecundum rectum. In iſta ratione ſic procedit. Primo ponit maiorem. Secundo minorem. ibi. {Sed oportet ſemper generationem.} Tertio concluſionem. ibi. {Si igitur alicuius.} Circa primum duo facit. Primo probat ꝙ generatio non eſt neceſſaria in infinitis ſecundum rectum. Secundo in habentibus finem. ibi. {At vero neque in finem habentibus.} Circa primum duo facit. Primo proponit. Secundo probat. ibi. {Semper enim alterum anterius.} Ad euidentiam primæ partis ſciendum eſt: quod ſicut ſupradictum eſt: in his quæ generantur adinuicem, ſemper vnum eſt prius & alterum poſterius: & neceſſe eſt generato priori generari poſterius: & econuerſo: in his in quibus eſt neceſſitas abſoluta. In his vero in quibus eſt neceſſitas ex ſuppoſitione: oportet aliquid eſſe prius: & aliquid poſterius. Dicit ergo primo quod ſi generatio tendit in infinitum: ſiue ſuperius ad generata: ſiue inferius ad generanda: non eſt neceſſe nec neceſſitate abſoluta, nec neceſſitate ex ſuppoſitione, generari eorum quę poſtea, id eſt aliquid quod ſit de numero eorum quæ ſunt poſt. Quod eſt contra id quod ſupra eſt probatum. vbi dictum eſt, quod generato priori neceſſe eſt generari poſterius. Deinde cum dicit.

Tex.cō.70 · Tex.cō.69. · Rō quā Philoſophus intendit. · O · P.

Semper enim alterum neceſſario antegredietur: ut illud quoq; neceſſario conſequatur: itaq; niſi infinitionis origo ſit: nullum erit initium: quo aliquid neceſſario fiat. Alcyo.

Q
Semper enim alterum anterius neceſſe eſſe: ideo & neceſſe illud generari. Quocirca ſi non eſt principium infiniti: neque primum erit nihil: propter quod nil neceſſe erit generari. Antiqua.

Probat propoſitum dicens quod in his quorum primo genito neceſſe eſt aliud ſcilicet poſterius generari quacunq; neceſſitate, ſemper alterum eſt ante & aliud poſt. Sicut ante eſt terra madefacta ꝙ̄ vaporatio: licet etiam in conuerſione ante ſit vaporatio quam terra madefacta: quia vtrunque ſe habet ad vtrunq; vt prius & poſterius. Similiter eſt prius fundamentum quam ſit domus. Sed in infinitis nullum eſt primum: & per conſequens nec poſtremum: ergo non eſt neceſſe generari: & ita non eſt neceſſaria generatio. Deinde cum dicit.

A Alcyo. *Sed ne iſs quidem, quæ terminata ſunt: illud re uera confirmari poteſt: neceſſario ſimpliciter domum extructum iri poſtquam fundamenta ſubdita ſunt. Cum enim quippiam confectum eſt: niſi ſemper neceſſe eſt id confici: nimirum eueniet ſemper eſſe id quod contingit non ſemper eſſe.*

Antiqua. *At uero neq; in finem habentibus hoc eſt dicere uere: quoniam neceſſe ſimpliciter generari. uerbi gratia domum quando fundamentum generatur. Quando enim generatur ſi neceſſe generari ſemper hoc accidet ſemper eſſe contingens ſemper non eſſe.*

Oſtendit quod generatio non poſſit eſſe infinita in habentibus finem dicens: ꝙ neq; eſt verum dicere in habentibus finem ꝙ neceſſe ſit ſimpliciter generari. B Et eſt intelligendum ꝙ ſi non fiat reiteratio: quia ſi in talibus generatio reiteretur: tunc erit circularis: & nõ ſolum recta verbi gratia non eſt neceſſe generari domum, fundamento generato. ſi enim quando fundamentum eſt generatum: neceſſe eſt ſemper generari hoc, ideſt domum: ſequeretur ꝙ illud quod contingit non ſemper eſſe ſemper eſſet. Cum autem videamus ad ſenſum quod non ſemper generatur domus generato fundamento. Sequitur quod non ſit neceſſe generato fundamento generari domum. Deinde cum dicit.

Alcyo. *At uero generationem perpetuitas comitetur oportet: ſi ex neceſſitate generatio rei efficitur. Nam id quod ex neceſſitate produit ſemper et idẽ produit. id enim quod neceſſe* C *habet eſſe: nõ poteſt nõ eſſe. Propterea ſi ex neceſſitate eſt: perpetuitate nitetur: & ſi tale ex neceſſitate eſſe agnoſcetur. Atq; ſi rei generatio ex neceſſitate efficietur: ſempiterna quoq; illa fuerit, ſin ſempiterna: certe neceſſaria habebitur.*

Antiqua. *Sed oportet ſemper generationem eſſe ſi ex neceſſitate eſt eius generatio: ex neceſſitate enim & ſemp ſimul. Quod enim eſt neceſſe: non poſſibile non eſſe. Quocirca ſi eſt neceſſitate ſempiternum eſt: & ſi ſempiternum ex neceſſitate. Et ſi genēratio igitur ex neceſſitate perpetua eſt generatio huius: & ſi ſempiterna ex neceſſitate.*

Eſſe ſemper & ex neceſſitate conuertuntur.

Ponit minorem & probat eam: quia manifeſta eſt per prædicta. Vnde dicit ꝙ generatio eſt ſemper. quia generatio eius ſcilicet poſterioris ex neceſſitate abſoluta eſt generatio prioris: quod autem eſt ex ne-D ceſſitate: & quod eſt ſemper ſimul ſunt: quia ſi vnum eſt & reliquum. Et hoc ſic probat: quia illud quod neceſſe eſt eſſe: impoſſibile eſt non eſſe: & quod impoſſibile eſt non eſſe, neceſſe eſt ſemper eſſe. Quocirca ſi aliquid eſt ex neceſſitate, eſt ſempiternum: & econuerſo ſi eſt ſempiternum eſt ex neceſſitate. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Itaq; ſi ex neceſſitate ſimpliciter alicuius rei generatio efficitur: neceſſe eſt eam in orbẽ uerti: atq; recurrere. quandoquidem neceſſe eſt generationem aut exitu terminari: aut non terminari. ſi non terminatur uel directo curſu: uel in orbem agetur. At in directum tendere non poteſt, ſi perpetuitate nititur: cum nulla illius origo ſit. Nec id probatur in iſs, quæ conſequentur: ut futura intellegamus: nec in iſs, quæ plane antegreſſa iam ſunt: ut præterita cõprehẽdamus.*

Antiqua. *Si igitur alicuius ex neceſſitate generatio ſimpliciter neceſſe circuire & reuerti. Neceſſe igitur aut finem habere generationem: aut non: & ſi non: aut in rectum: aut in circuitu. Horum autem ſi erit ſempiterna: non in rectum poſſibile: quia nequaquam eſt principium: neq; ſi inferius: ut ad futura inſpiciamus: neq; ſi ſuperius ut ad generata.* E

Cõcludit ꝙ alicuius generatio eſt ex neceſſitate ſimpliciter: & nõ ex ſuppoſitione cum non poſſit eſſe ſecundum rectum: vt oſtenſum eſt: neceſſe eſt ꝙ ſit circularis & per reiterationem. Deinde cum dicit.

Verum neceſſe eſt illam ipſam & originem habere: & Alcyo. *ſempiternam eſſe cum nullo concludatur fine. Neceſſitas igitur cogit: ut in orbem circunferatur: pari ergo neceſſitate hæc reciprocabuntur: ſi aliquid ex neceſſitate eſt, aliquid omnino præceſſit: & contra idq; continue fieri oportet. nihil enim refert p duo: an p plura reciprocatio: neceſſariaq; cõ*-F *ſecutio deſignetur. Ergo id quod ſimpliciter neceſſarium eſt in rotunda motione: atq; generatione conſiſtet: atq; ſiue rotunda illa eſt: ſingula neceſſe eſt oriri: & orta eſſe: ſiue neceſſe eſt quædam oriri: eorum ipſorum ortus neceſſarius eſt. Recta igitur ratione hæc propoſita ſunt.*

Neceſſe autem principium: neq; finito ente: & ſempi-Antiqua. *ternum eſſe. Ideo neceſſe in circuitu eſſe. Conuerti igitur neceſſe erit. uerbi gratia ſi hoc ex neceſſitate eſt: & qđ prius ergo: ſed ſi hoc & qđ poſterius neceſſe generari: & hoc ſemper iam continue. Nihil enim hoc differt dicere per duo aut multa. In circuitu igitur motu & generatione eſt quod ex neceſſitate ſimpliciter. Et ſi in circuitu neceſſe generari & generata eſſe. Et ſi neceſſe: horum genera*-G *tio in circuitu. Hoc utiq; quidem eſt rationabiliter: quo*-Tex.cõ.69. *niam perpetuus.*

Recolligit rationem & ordinat dicens: quod neceſſe eſt quod generatio aut habeat finem aut non. Sed quod non habeat finem ſupra probatum eſt: tam ex parte motus in primo libro ꝙ ex parte motus & Tex.cõ.17. ex parte finis in ſecundo. Si ergo non habet finem: Tex.cõ.56. aut eſt infinita ſecundum rectum: aut in circuitu: ſed vſq; ad.59. ſicut ſupra oſtenſum eſt: non eſt poſſibile quod ſit infinita ſecundum rectum: quia in infinitis non eſt principium: neque ad inferius, ideſt ad futura generanda: neque ad ſuperius, ideſt ad præterita generata. Cum autem generatio: nec habeat principium: nec ſit finita: neceſſe eſt quod ſit ſempiterna: & per conſequens ſit in circuitu. & ſi eſt in circuitu, neceſſe eſt H eam conuerti ab vltimo in primum. Verbi gratia. Si hoc eſt ex neceſſitate generatum ab hoc: ſicut terra compluta a pluuia: neceſſe eſt quod generatum illud quod eſt prius ſcilicet pluuia eſt generata: neceſſe eſt quod prius fuerit aliquid generatum ſcilicet nubes: & ſi nubes: oportet prius quod fuerit vapor. & ſi vapor: oportet prius ꝙ fuerit terra madefacta: & ſic aliquando reuertitur in primum: & ſic fit cõtinua: quia nihil differt dicere quod conuerſio fiat per medium vnum: vel per duo: vel per plura: dummodo ab vltimo redeat in primum. Neceſſarium ergo ſimpliciter eſt quod vnum generetur ab altero in motu & generatione quæ eſt in circuitu: & ſi aliqua neceſſe eſt in circuitu generari, neceſſe eſt iſta ſimpliciter generari. Et econuerſo. Si neceſſe eſt iſta ſimpliciter generata eſſe: iſta neceſſe eſt in circuitu generari; hoc er-

Quę i circuitu generatur, neceſſario & ſimpliciter generantur & econtra.

I go ſcilicet quod generatio ſit perpetua non in recturn: ſed circulariter: rationabiliter apparuit. Deinde cum dicit.

Alcyo. *Cum alio etiam loco demonſtratum a nobis ſit rotundam motionem: cœliq; conuerſionem ſempiternā eſſe. Propterea ex neceſſitate hec ipſa oriuntur & orientur: & quotquot eius ſunt motiones: aut quotquot propter illam aguntur. Nam ſi ſemper quedam mouet quod uerſetur: eadem quoq; ipſa neceſſe eſt ad uolubilitatem reuocari: ut cū ſumma conuerſio agitur: ſol hoc plane modo luſtret. Que cum ita ſint: nihil mirum ſi temporum uiciſſitudines conuertantur & reuocentur: atq; his ita cedentibus de integro que ab illis emanant: ſic prodeant.*

Antiqua. K *Et aliter apparuit in circuitu motus & qui cœli: quoniam ex neceſſitate hec generantur & erunt quecunq; huiuſmodi motus & quecunq; propter hunc. Si enim quidem quod in circuitu mouetur ſemper aliquid mouet: neceſſe & horum in circuitu eſſe motum. uerbi gratia ſuperiori allatione ente in circuitu & ſol ſic. Quoniam autem ſit hoc: hore propter hoc in circuitu generantur & reiterantur. His autem generatis: ita iterum & que ab his.*

Oſtendit hoc idē per cauſam dicens. Quod aliter poteſt etiam hoc idem demonſtrari ſcilicet per motum cœli: quia enim ipſe eſt in circuitu: ideo ex neceſſitate elementa adinuicem generantur. Si enim motus cœli eſt in circuitu: oportet quod quæcunq; ſunt paſſiones huius motus & quæcunq; ſunt per hunc motum ſolum: ſicut per cauſam efficientem: quod etiam
L illa ſint. Si enim quod in circuitu mouetur, mouet elementa: neceſſe eſt etiam quod motus horum quę ſunt paſſiones eius: & quod motus eorum quæ ſufficiente generantur ab hoc ſint etiam ex neceſſitate. Verbi gratia. Cum allatio ſuperioris: hoc eſt circuli decliuis, ſit in circuitu: neceſſe eſt quod moueantur etiam alij planete. Quia vero hoc, ideſt ſol, mouetur in circuitu: neceſſe eſt etiā horas in circuitu generari & iterari: horis autē in circuitu generatis: neceſſe eſt quod omnia quæ ſunt a cauſa efficiente, ſicut a motu ſolis, et motu horarum: ſint etiam generata ex neceſſitate & in circuitu. Et hæ ſunt generationes elementorū: quia ex iſtorum generatione omnia alia generantur: maxime omnia temporalia. Deinde cum dicit.

Alcyo. M *Sed quid ita nonnulla in orbem oriri uidentur: ut aqua & aer: atq; adeo nebulæ: que ſi obtendantur: aquas pluuias mitti oportet: & ſi illæ decidant: nubilum quoq; cœlum antecesſiſſe par eſt? Homines uero & reliqua animalia in ſeipſa ita non recurrant: ut replicationis beneficio eadem renaſcantur? ſiquidem neceſſe non eſt ſi pater procreatus ſit: te itidem procreatum uiuere: ſed contra.*

Antiqua. Tex.cō.70. *Quare ergo hec quidem ita uidentur. uerbi gratia aer & aqua in circuitu generantur. Et ſiquidem nubes erunt oportet & pluere: & ſi pluet oportet & nubem eſſe. Homines uero & animalia non reiterantur in ſeipſos: ut rurſus generetur idem. Non enim neceſſe eſt ſi pater tuus generatus eſt: & te generari. Sed ſi tu: illum.*

Mouet duas quæſtiones ſecundam. ibi. {Principiū autem intentionis.} Circa primum duo facit. primo mouet quæſtionem. ſecundo ſoluit. ibi. {In rectum itaq;.} Quærit ergo primo quare in quibuſdam eſſe videtur quod in circuitu generantur. verbi gratia aer & aqua & cætera elementa: quia ſi nubes erit oportet pluere: & ſi pluet oportet nubes eſſe & iteratur. In quibuſdam vero non eſt ita. Nam homines & animalia non reiterantur. Non enim eſt neceſſe te generari: ſi pater tuus eſt generatus: ſed ſi tu es generatus, neceſſe eſt patrem tuum generatum fuiſſe. Deinde cum dicit. N Prima qō.

Hæc enim generatio in directum prouehi uidetur. Alcyo.

In rectum itaq; uidetur hæc generatio eſſe. Antiqua.

Soluit dictam quæſtionem dicens. Quod quare animalia non reiterantur eſt: quia eorum generatio eſt ſecundum rectum & non ſecundum circulum. Nā ſicut ſupra dictum eſt: vbi vterque terminorum non eſt tota materia ad alterum: vt vno motore diuerſimode ſe habente educatur vtrunq; de vtroq;: in his non eſt generatio circularis ſicut in te & patre tuo: quia pater tuus non tota materia tua: in elementis vero vnum eſt tota materia ad aliud: & vno motu decliuis circulo poteſt educi vnūquodq; ab altero: & ideo in eis eſt generatio circularis. Deinde cum dicit. Solo. In quibus circularis generatio ſit. Tex.cō.67. O

Etenim ipſius diſceptationis exordium iterum capiendum eſt, quod erat utrum omnia æque curſus: & recurſus conficiant necne: ſed potius alia numero: alia ſpecie tātummodo replicentur. Alcyo.

Principium autem intentionis rurſus hoc: utrum ſimiliter omnia reiterantur: aut non. Sed hoc quidem numero: hoc autem ſpecie ſolum. Antiqua. P

Ponit aliam quæſtionem: & primo ponit ſecundo ſoluit. ibi. {Quorum quidem igitur.} Quia enim probatum eſt quod generatio ſit perpetua per reiterationem: poſſet aliquis credere quod omnia eadem reiterantur: & ideo dicit quod principium intentionis in hac vltima parte eſt quærere vtrum omnia ſimiliter reiterantur aut non: ſed hæc quidem reiterantur eadem numero: alia vero ſolum eadem ſpecie. Ex quo enim omnium eſt generatio ſecundum materiam: videtur quod omnia eadem ſecundum numerum debeant iterari. Deinde cum dicit. Qō ſecunda. Vnde quæſtio oriatur.

Que igitur naturam mobilem: eandemq; immortalem obtinent: hec ipſa numero etiam eadem eſſe conſtat: motus enim mobile comitatur. At quorum non talis: ſed mortalis plane: & diſſipabilis eſt, illa ſpecie, non numero replicentur neceſſe eſt. ob eamq; rem aqua ex aere: & aer ex aqua ſpecie conueniunt: numero diſcrepant. Quod ſi conuenientia numeri in elementis etiam eſſet: certe illorum ſubſtantia non gigneretur. que quidē talis eſt: ut ei quoq; cōtingat nō eſſe. Alcyo. Q

Quorum quidem igitur incorruptibilis ſubſtantia mota: manifeſtum quoniam & numero eadem erunt. Motus enim ſequitur quod mouetur. Quorum autem non: ſed corruptibilis neceſſe ſpecie: numero autem non reiterari. Ideo aqua ex aere: & aer ex aqua: ſpecie idē: non autem numero. Si autem & hec numero: ſed non quorum ſubſtantia generatur: ens tale quale contingit non eſſe. Antiqua. Motus ſequitur mobile.

Soluit hanc quæſtionem dicens, Quod ea quorū · Solutio.

ſubſtantia

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A ſubſtãtia non corrumpitur in mutatione: manifeſtum Que eadem numero reiterẽtur & que eadẽ ſpecie. eſt quod iterantur eadem numero ſicut ſol reiteratur in obliquo circulo: quia motus ſequitur id quod mouetur: quia non eſt motus niſi exiſtente in actu: vt Tex.cõ.9 oſtenſum eſt in 5. phyſico. Ea vero quorum ſubſtantia non eſt incorruptibilis: ſed eſt corruptibilis: neceſſe eſt iterari eadem ſpecie & non eadem numero: & ideo aqua quæ eſt ex aere: & aer ex aqua ſunt ſpecie eadem: non eadem numero. corrumpitur enim eorum ſubſtantia in tali tranſmutatione. Sed tamen cum aer ſit tota materia aquæ: & econuerſo: talia reiterata magis accedunt ad identitatem materialem quam B animalia & homines reiterati. Que corruptibilia quomodo non eadem numero reiterentur. Vnum enim animal generans; puta bos: non eſt tota materia generati alterius bouis: & ideo minus accedunt ad identitatem numeralem quam elementa in circulari generatione elementorum. vnde & ſi propter hoc concedatur quod elementa aliquo modo reiterentur eadem numero:

non tamen conceditur quod propter hoc ſimpliciter C reiterentur eadem numero: quia eorum ſubſtantia eſt talis corruptibilis: qualem non contingit eſſe eadem in generato, & in eo ex quo generatur. Sed videtur in ſolutionibus iſtarum duarum quæſtionum Dubitatio. eſſe contradictio. Nam in prima dicit Philoſophus quod animalia non reiterantur. In ſecunda vero dicit quod reiterantur eadem ſpecie. Sed dicendum, quod Solo primæ prima dicit quod animalia non reiterantur eadem numero: & ſic concordat cum ſecunda. Vel quod non ſecunda. ex neceſſitate eſt in eis reiteratio in generatione: ſiue D ſecundum numerum: ſiue ſecundum ſpeciem. Et ideo patre tuo generato non eſt neceſſe te generari: ſed te generato neceſſe eſt patrem tuum generatum fuiſſe. Et in hoc non contradicit ſecundæ ſolutioni: quæ dicit quod ſi iterantur: iterantur eadem ſpecie non eadem numero.

FINIS.

REGISTRVM.

aa A B C D E F G H.

Omnes ſunt Terni: præter aa qui eſt Duernus.